PUB.

TERENTII COMOEDIÆ SEX,

Ex recensione Heinsianâ:

CUM

ANNOTATIONIBUS

THOMÆ FARNABII,

in Quatuor Priores:

ET

M. C. Is. F. in Duas Posteriores.

LONDINI,

Typis *Guil. Du-Gardi*; impensis *Laurentii Sadleri, Guil. Wellesii,* & *Tho. Williamsi*: apud quos veneunt in vico vulgò vocato *Little Britain.*

Anno Dom. 1651.

AUGUSTUS JOHN HIPPISLEY.

P. VB.

TERENTII COMOEDIÆ SEX,

Ex recensione Heinsianâ:

CUM

ANNOTATIONIBUS

THOMÆ FARNABII,

in Quatuor Priores:

ET

M. C. If. F. in Duas Posteriores.

LONDINI,

Typis *Guil. Du-Gardi*; impensis *Laurentii Sadleri, Guil. Welleſii,* & *Tho. Williamſi*: apud quos veneunt in vico vulgò vocato *Little Britain.*

Anno Dom. 1651.

10. 49.
60. 26.

TERENTII
EFFIGIES
In Bibliotheca Vaticana.

SEIREN LATEINA, QUAM
DEDIT VICTA AFRICA.

Mericus Casaubonus, Is. Fil. Lectori S.

QUod maximi Quintilianus olim vir judicii de Cicerone, Ille se profecisse sciat, cui Cicero valdè placebit: id tantò magis nos ad Terentium transferamus, quantò illum ex ipsius testimonio Ciceronis, tum verò magis ex ejus scriptis cuivis constare queat, ex omni scriptorum in quocunque genere numero, quem magis diligeret, quàm fecit Terentium, & ad imitandum sibi proponeret Cicero, nullum fuisse. Sed non hoc nobis hîc propositum est, ut Terentium laudemus. Huic autem tam classico, & ut A. Gellii verbo utar, tam assiduo scriptori, an hactenus adeò prospectum sit, ut quàm vulgò legitur ac teritur, tam benè intelligi possit, non sine caussâ dubitemus. De quo fortasse aliàs plura, Optimo certè, ut mihi quidem videtur, consilio Tho. Farnabius, vir doctus, & in hâc palaestrâ diu cum laude versatus, perpetuis eum scholiis illustrandum susceperat. Atque in eo tum maximè versabatur, jámque ex sex Comoedias quatuor, (exceptis duabus postremis Adelphorum scenis) absolverat, cùm filum scriptionis simul & vitae supremus dies interrupit. Sollicitatus ego non semel à Bibliopola, ad quem Farnabiani laboris fructus praecipuè spectabat, ut reliqua pertexerem, quanquam primò in re tam parvâ alieno labori quasi succenturiatum succedere vehementer animus refugeret; postea tamen identidem mecum reputans, quando quâ viâ maximè vellem, non liceret; quacunque potiùs, quàm nulla, publico prodesse praestare; à me ipso tandem impetravi, ut hoc illi non negarem. Farnabianis Notis ultimam manum & limam accessisse ut meum non est praestare, (neque enim fecerat ille me consilii sui participem) ita ex ipso genere scripturae cuivis in promptu colligere, non multum eum vel additurum vel mutaturum fuisse, neque aliud eum exemplar prelo destinâsse, quàm hoc ipsum quod reliquit. Si quod tamen ejusmodi in ejus Notis reperiatur, quod aliter melius, aut plenius esse debuerit, meminerit Lector postulatum hoc opus esse, quod ab omni censurae severitate securum esse lex humanitatis jubet. Ad me quod attinet, qui meminissem iis potissimum hanc operam navvi, qui sine cortice natare necdum possunt, sedulò dedi operam, ut nihil in quo vel minima obscuritatis esset suspicio (qualia non pauca aliis intacta reperi) praetermitterem. Vetere interprete Donato, vel alio, quicunque sit, qui cum Donato permixtus est, quoties supperebat & satisfaciebat, libenter usus sum: apposito etiam (quod in vera Lectoris futurum credidi) Donati ad singula loca nomine, vel certè nominis initialibus aliquot literis, ubicunque verba ipsius exhibentur. Caeterùm, casu factum est, ut numeri notarum sive scholiorum, quos solet Farnabius verbis in textu praponere, in nostris notis postponerentur. Res ipsa per se non tanti, fateor; sive praponas, sive postponas: sed ideò tanti fuit monere, nè consulto consilio factum putaves, quod casu contigit. Haec erant, Lector, quae te monendum credidi. Vale.

VETERUM
Scriptorum de TERENTIO judicia.
ORATORUM.

Cicero lib. 7. Epist. 3. ad Atticum.

SEcutus sum, non dico Cæcilium (malus enim autor Latinitatis est) sed *Terentium*; cujus Fabellæ propter elegantiam sermonis putabantur à Lælio scribi.

Idem in Lælio ex persona Lælii.

Verum est quod in Andria familiaris meus *Terentius* dixit. *Et meæ*: In obsequio, quoniam *Terentiano* verbo jubentes utimur, comitas adsit.

Tuscul. quæst. lib. 3.

Multa *Terentius* è Philosophia sumpsit.

Lib. 1. de Finibus.

An Synephebos ego potiùs Cæcilii, aut Andriam *Terentii*, quàm utramque Menandri legam?

Lib. de optimo gen. Oratorum

In re quod optimum est, quæritur, in homine dicitur, quod est. Ità licet dicere, & Ennium summum Epicum poëtam, si cui ità videtur, & Pacuvium Tragicum, & Cæcilium fortasse Comicum, Oratorem genere non divido: perfectum enim quæro. Unum est autem genus perfecti, à quo qui absunt, non genere differunt, ut ab Attio *Terentius*, sed in eodem non sunt pares.

M. Terentius Varro apud Nonium

In argumento Cæcilius poscit palmam, in ethesin *Terentius*, in sermonibus Plautus.

Plinius Junior Lib. 1. Epist. 16.

Legit mihi nuper Pompeius Saturninus epistolas, quas uxoris esse dicebat. Plautum vel *Terentium* metro solutum legi credidi.

Quintilian. lib. 10. Instit. Orat. cap. 21.

In comœdia (Latini) maximè claudicamus: licèt Varro Musas, Ælii Stilonis sententiâ, Plautino dicat sermone locuturas fuisse, si Latinè loqui vellent. Licèt Cæcilium veteres laudibus ferant, licèt *Terentii* scripta ad Scipionem Africanum referantur.

HISTO-

HISTORICORUM
ET
GRAMMATICORUM.

T. Livius lib. 30. ab V. C.

SEcutus Scipionem triumphantem est pileo capiti impositio *P. Terentius* Culleo: omníque deinde vitâ, ut dignum erat, libertatis autorem coluit.

Velleius Paterc. hiſtor. lib. 1.

Nam niſi aſpera ac rudia repetas, & inventi laudanda nomine, in Attio circáque eum Rom. tragœdia eſt: dulcéſque Latini leporis facetiæ, per Cæcilium, *Terentiumque* & Afranium, ſub pari ætate nituerunt.

Corn. Nepos apud Donatum.

Æquales *Terentii* Scipio & Lælius. Et: Auctore certo comperi, C. Lælium quendam in Puteolano Cal. Martiis, admonitum ab uxore, temporius ut diſcumberet, petiiſſe ab ea, nè interpellaretur; ſerius tandem egreſſum triclinio, dixiſſe non ſæpe in ſcribendo magis ſuccеſſiſſe ſibi, deinde rogatum, ut ſcripta illa proferret, pronunciáſſe verſus qui ſunt in Heautontimorumeno:

Satin' pol proterve me Syri promiſſa hucinduxerunt.

Feneſtella ibid.

In fine ſecundi belli Punici, natum *Terentium*, & ante tertij initium mortuum. *Et Donatus:* Cum Scipione Africano & C. Lælio familiariter vixiſſe *Terentium* negat Feneſtella; contendens utroque majorem natu fuiſſe. Sintra quoque *Terentium* exiſtimat, ſi modò in ſcribendo auditoribus indiguerit, non tam Scipione & Lælio uti potuiſſe, qui tunc adoleſcentuli fuere, quàm Sulpicio Gallo, homine docto, & qui conſularibus ludis initium fecerit fabularum dandarum: vel, Q. Fabio Labeone & M. Pompilio, conſulari utroque ac poëtâ. Ideo Ipſum non juvenes deſignâſſe (*In prologo Adelphorum*) ſed viros qui ſe adjuviſſe dicerentur: quorum operam & in bello, & in otio, & negotio, populus ſit expertus.

Euſeb. Chron. interprete D. Hieronymo

Ptolomæi VI. id eſt Philometoris, regno, deceſſit P. Terentius, quo tempore Ariſtarchus, Homericorum ille verſuum cenſor floruit.

Agell. lib. 7. cap. 14.

Vera & propria hujuſmodi formarum exempla, in lingua Latina M. Varro eſſe dicit, ubertatis Pacuvium, gracilitatis Lucilium, mediocritatis Terentium.

Idem lib. 17. cap. 21.

Neque magno intervallo postea Ennius, & juxta Cæcilius & Terentius, ac subinde Pacuvius, & Pacuvio jam sene Attius, clariórque tunc in poëmatis eorum obtrectandis Lucilius fuit:

Servius Honoratus in 1. Æneidos.

Sciendum est Terentium, propter solam proprietatem, omnibus Comicis esse præpositum.

POETARUM.

Afranius in Compitalibus.

Terentio similem non dices quempiam.

Porcius Poëta.

Ipsus sublatis rebus ad summam inopiam redactus est:
Itaque è conspectu omnium abiit in Græciam, terramultimam.
Mortuus est in Stymphalo Arcadiæ oppido. nil Publius
Scipio profuit, nihil ei Lælius, nil Furius;
Tres per idem tempus qui agitabant nobiles facillimè.
Eorum ille operâ nè domum quidem habuit conductitiam,
Saltem ut esset, quo referret obitum domini servulus.

Cicero in Limone.

Tu quoque, qui solus lecto sermone Terenti
Conversum expressúmque Latinâ voce Menandrum,
In medio populi sedatis vocibus effers:
Quicquid come loquens, ac omnia dulcia dicens.

C. Cæsar.

Tu quoque, tu in summis, ô dimidiate Menander,
Poneris, & meritò, puri sermonis amator.
Lenibus atque utinam scriptis adjuncta foret vis
Comica, ut æquato virtus polleret honore
Cum Græcis, neque in hac despectus parte jaceres.
Unum hoc maceror & doleo tibi deesse Terenti.

Ausonius in Protreptico ad Ausonium nepotem.
De studio puerili.

Tu quoque qui Latium lecto sermone Terenti
Comis & astricto percurris pulpita socco;
Ad nova vix memorem diverbia coge senectam.

Et Epistolâ ad Ursulum.

Protulit in scenam quot dramata fabellarum,
Arcadiæ medio qui jacet in gremio.

Ovidius in Ibin.

Comicus ut periit liquidis dum nabat in undis
Quod Domitius de Terentio accepit vel Menandro.
Bapt. Egnatius de Eupoli, de quo Suidas & Aristophanes

Scho-

Scholiastes. Turnebus de Menandro lib. IX. Adverſ. c. XIX. Volcatius & L. Conſentius apud Donatum, redeuntem è Grecia periiſſe in mari Terentium dicunt, cum CVIII Fabulis converſis è Menandro.

Horatius lib. 2. Epiſt. 1.

Ambigitur quoties uter utro ſit prior; auſert
Paccuvius docti famam ſenis, Attius alti:
Dicitur Afrani toga conveniſſe Menandro.
Plautus ad exemplar Siculi properare Epicharmi.
Vincere Cæcilius gravitate, Terentius arte.
Hos ediſcit, & hos arcto ſtipata theatro
Spectat Roma potens, habet hos numerátque poëtas.

Quo loco Acron ſic ait.

Vincere Cæcilius gravitate) Cæcilius libros vicit antiquiores, alta verba & ſonora in ſuo carmine ponere ſolitus. *Terentius arte*, id eſt, proprietate verborum & artis Grammaticæ. Unde principatum inter omnes Comicos habere dicitur.

Volcatius Sedigitus apud Agell. lib. XV. c. XXIV.

Cæcilio palmam ſtatuo de Comico:
Plautus ſecundus facilè exſuperat cæteros:
Dein Nevius, qui ſervet pretium, tertiu'ſt.
At ſi quid quæro detur, dabitur id Licinio,
Poſt inſequi Licinium facio Atilium.
In ſexto ſequitur hos loco Terentius.

Loci MENANDRI, quos TERENTIUS Latinè eſt imitatus, collectore Andr. Schotto.

Andria Act. I Scena I.

FEci è ſervo ut eſſes libertus mihi. *Verſus Menandri legitur etiam in Elenchis.* Ἐγώ σε δοῦλον ὄντ' ἠθέων' ἐλεύθερον.

Act. I Scena II.

Nihil me fallis. *Menand. apud Donat.* Νὴ γὰρ οὐδὲν λήθομαί με αὐτόν.

Act. II Scena II

Olera & piſciculos, *Menandri verba è Perinthia huc pertinentia, quæ ab Athenæo l. VII. Dipnoſophiſt. referuntur:*
Τὸ παιδίον δ' ἰσπλεῖν ἰχθυδίοις φέρον.
Intrat puer minutos piſciculos ferens.

Act. III. Scena III.

Amantium iræ. *Explic. Victor. Var. lect. IV. c. XIV.*
Ὀργὴ φιλούντων ὀλίγον ἐρώντων χρόνον.
Amantium iræ exiguo durant tempore.

Act. V Scena IV.

Sycophantas. *Menander* Γεωργῷ;
Καὶ συκοφάντης εὐθὺς, ὁ τὸ πρᾶγμ' οὗτος
ἔχων καλεῖται, κἂν ἀδικῇ μᾶλλον τύχῃ.

Cui

Cui vestis squalida, sycophanta dicitur.
Statim quamvis patiatur ipse injuriam.

Eunucho Act. I Scena I.

Sed ipsa egreditur. *Menander in prologo fabulæ,*
Thaïs inscriptæ, elegantissimis versibus ejus ἤθους *expressis, quos*
Plutarchus in Comparationi, de audiendis Poëtis, refert hoc modo:

Ἐμοὶ μὲν οὐδὲν πώποτ' ἄνδρ' ἀνὴρ θεὰ,
Θεσπῶσαν ἁρπάσασ', ἢ πλανῶσ' ἅμα,
Ἀδικοῦσαν, ἀποκλείουσαν, αἰτοῦσαν πυκνά,
Μισοῦσ' ἐρῶσαν, φροντιστιμῶσ' ἐξ' ἀεί.

Act. II Scena II.

Is quæstus. *Menand.* πρᾶγμ' ἐστὶ ὁ κόλαξ ἄριστα πάντων.
Cum adulatore agitur nunc omnium optimè.
Nec sursum. *Menandro est,* στρέφειν ἄνω κάτω.
Sic enim:
Ὦ μῶν ἐγὼ τὰς φλυαρίας, ὦ Φαίδρα,
οἷς μὴ τὸ δικαίῳ προσέσχηκ', ἢ στένει
Τὰς νύκτας, ἢ δὶ στροφιγγίων ἄνω κάτω,
Θύμιος λέγει.

Versus hi ita recte leguntur in Plutarchi libellis, non modò impressis, verum etiam M. S. duobus apud Συμμίκτων. *Nam apud Stobæum cap.* XCV. *mendosè legitur,* στροφιγγίων ἀν νύκτα.

Act. IV Scena VI.

Sed tu quod cavere possis. Τραυλίζετα à *Menandro sententia, cujus*
hi citantur à Stobæo sinavii:
Εὐδιαιμονεῖ μοι φαίνεῖ δυλιμβρία,
Τὸ τοῖν ῥᾴστον ἐστὶν, μὴ φυλαττόμῃ σὺ' ἀεί.

Act. V Scena IX.

Quod vis donum præmium. *Menander,*
Εὔξαι τί βέλει, πάντα σοι χρήσει.
Elige quod optes, optata feres omnia.

Heautontimor. Prologo.

Hodie sum acturus. *Menander quoque* Ἑαυτοντιμωρούμενον *scripsit, teste Stobæo,* λόγῳ λθ'. *Cicero Tusculan.* III Quid ille Terentianus se puniens? id est, ἑαυτὸν τιμωρούμενος? *Quæ autem pœna genus sit* τιμωρίας, *explicat Agell. lib.* VI. *Noct. Attic. cap.* XIV.

Act. I Scena II.

Periclum ex aliis. *Huc pertinet illud Menandri:*
Βλέπων πεπαίδευμ' εἰς τὰ τ' ἄλλων κακά.
Mala intuens aliorum, doctus ego fui.

Act. III Scena I.

Aliena meliùs ut videat. *Inihanc sententiam. Menand.*
Οὐδεὶς, ἀφ' αὑτῷ τὰ κακὰ συνορᾷ Παμφίλε,
Σαφῶς, ἑτέρου δ' ἀκριβῶς ὁρᾷ.

Aperte

Apettè ſua mala nemo videt, ô Pamphile,
Sed alterius peccata conſpicabitur.

Act. IV Scena I.

Nil tam difficile quin quærendo. *Menander apud Stobæum* λόγ. κ'.
Ἀ λεπτὸν γὰρ ἐπιμελείᾳ καὶ πόνῳ ἅπαντα.
Omnia queunt laboribus & induſtriâ comprehendi.

Act. IV Scena IV.

Jus ſummum ſumma injuria. *Cicero* I. *Off. Ex quo illud*, Summum jus ſumma injuria, *factum eſt jam tritum ſermone pro verbium. Muretus teſtatur etiam ſic in ſuo M. S. legi*, Summa injuria eſt. *Menander apud Stobæum ſermone* μζ'.

—— ὁ δ' ὁρῶν τὰς νόμους
Λίαν ἀκριβῶς συκοφάντης φαίνεται.
—— qui leges intuetur optimas
Nimis accuratè, ille ſycophanta prorſus eſt.

Adelphi. Act. IV Scena V.

Erubuit, ſalva res eſt, *Menander*,
Ἐρυθριᾶν πᾶς χρηστὸς εἶναί μοι δοκεῖ.
Qui erubuit eſſe mihi videtur vir bonus.

Act. V Scena IV.

Duxi uxorem. *Hoc ſpectat illud Menandri apud Stob.um*,
Τὸ γυναῖκ' ἔχειν, εἰναί τε παῖδων, Παμφίλη,
Πατέρα, μεριμνας τῷ βίῳ πολλὰς φέρει.
Uxorem habere, & liberorum, Pamphile,
Patrem eſſe, curas multas in vitam invehit.

Phormione. Act. I Scena IV.

Fortes fortuna adjuvat. *Menander apud Stobæum*,
Τόλμαν δικαίαν καὶ θεὸς συλλαμβάνει.
Audaciam juſtam vel adjuvat Deus.

Act. II Scena I.

Injuriam audiſti. *Menander* Μυσογύνῃ,
—— ὄμνυμί σοι Φ ἥλιον
Ἡμέραν ποιήσειν σοι γραφὴν κακώσεως.
—— juro ſolem tibi,
Injuriarum me tibi ſcripturum diem.

Ratione. Rationem, *quod eſt in Palatino codice magis placet. Nam ita quoque citat Victor l. v. c. xx ubi inter alios verſus Menandri hunc adducit*:

Τὸ γὰρ τρέφον με, τοῦτ' ἐγὼ κρίνω θεόν,
Nam quod me alit, id ego planè judico Deum.

Hecyra. Act. IV Scena IV.

Amaræ mulieres ſunt. *Hoc Menander apud Stobæum.*
Φύσει γὰρ δυσκόλων ἐστὶ καὶ πικρόν.
Naturâ mala mulier atque effrænis eſt.

DAN.

Ad Horatii de Plauto & Terentio judicium, Dissertatio.

At nostri proavi Plautinos, & numeros, &
Laudavere sales; nimium patienter utrumque,
Ne dicam stultè, mirati: si modò ego & vos
Scimus inurbanum lepido seponere dicto,
Legitimumque sonum digitis callemus & aure.

Dubium equidem judicium, & quod non nemo hac ætate de leporum omnium parente, summo critico ac maximo poëtæ excidisse nollet: cujus tamen vernæ meliùs de Plauto judicabant, quàm qui familiam in literis tueri hac ætate creduntur. Qui nec seculi, quo vixit, & quo, cùm poësis tum Latina lingua, ad supremum culmen ac fastigium evecta fuit, ignorare potuit judicium; vir tantus, & quod rei caput arbitror, principibus, qui inter se quotidie de iis judicabant, intimè familiaris ac amicus. Augusto autem, optimo ingeniorum judici, tam gratus atque acceptus, ut non rarò lepidissimus homuncio ab eo diceretur, & quem, si antiquitati habenda hîc fides, etiam habere ab epistolis optavit. Qui cum contra tanti Terentii fecerit fabellas, ut & integra ex iis *φορμιὸν* descripserit, & ubique accommodet, soli denique artem tribuat; hominis *ἀυθάδες* potiùs quàm eruditi esset, ità dissentire à tanto viro, ut nè causam quidem priùs cognoscendam crederet. Quare videamus fatem, quid adferri pro utroque possit. Nè vel Flacci judicium in posterum, ut solent, aut Terentium securè nimium damnare quidam pergant in Comœdia. Omnia autem pro Horatii judicio, qui Plautum sic amamus ut è manibus rarissimè putemus deponendum, dicentur potiùs quàm nostro. Ac de numeris quidem non nulla Donatus. quâ etiam in parte haud parùm veteribus nonnullis placuit Terentius. Rufino quidem Grammatico cùm inquit:

Agnovit numerum, servatque Terentius artem:
Nam prologus trimetro, didicit componere versu,
Scenarumque actus primos pede claudit eodem.

Quanquam certè Fabius, non stetisse intra trimetros deplorat. de quo fortè aliàs dicturi sumus. Ad alterum priusquam veniamus, quædam præmittenda erunt. Cùm eædem Comœdiæ propemodum sint partes ac Tragœdiæ, finis quoque ex parte idem, ex parte diversus, multa esse utrique communia necesse est. Delectare enim ac docere est Comœdiæ: neque minùs Comici *διδασκαλοι* & *μιμοδιδασκαλοι*, quàm Tragici à Græcis dicuntur. Nec movere risum sanè

ſanè conſtituit Comœdiam, ſed plebis aucupium eſt, & abuſus: Nam Ridiculum, ut rectè Ariſtoteles, *vitium eſt & fœditas, doloris expers; quæ partem in homine aliquam corrumpit abſque morbo.* Sicut fœda & detorta facies, ſi nullo cum dolore id fiat, riſum movet. Unde ipſum quoque riſum, omnes ferè antiquiſſimi Philoſophi indignum ſapiente judicârunt. Adeò ut Plato, tanquam ſacrilegum, traducere non dubitet Homerum, qui ridentes introduxit deos: quod in homine non τὸ κῆ λόγον, verùm τὸ κῆ αἰδῆμον quemadmodum philoſophi loquuntur, διαθέσεως ſit ſignum à quo longè abeſt Deus: *αὐτὰ ἢ ἕξις λόγε, καὶ αὐτάρκες.* Unde Theſpis:

Οἶδ' ὅτι Ζεὺς τῶνδε προλυέι θεὸν,
Οὐ γαῦδ', ἀλλὰ κόμαισι, καὶ μισγὸν γέλων
Ἀσκῶν, τὸ δ' ἡδὺ μὴ 'πὶ τοῖς ἐπίστασαι.

Quare divinitus ab Ariſtotele dictum eſt, partem turpitudinis eſſe, id quod eſt ridiculum. Dicitè enim ait, *ὅτι τὸ γελοῖον, μόριόν τι αἰσχρὸν ἐστιν.* Ità quæ vel in verbis autorum vel ſenſibus, vel in ſermone hominum & factis, aut detorta ſunt aut depravata, animos plebeios vehementer movent, & hoc ipſo riſum ut plurimum excutiunt. Ideóque inuſitata dicta & obſcœna, optimorum cavillationes, ſingulorum contumelias, ſententias perverſas, ideóque inexſpectatas, aliáque id genus (qualis imitatio dictorum vel factorum, & impr mis improborum) riſum maximè in Comœdia, quam veterem dicebant, expreſſiſſe conſtat. Quod intelligunt, qui genium ridiculi intelligunt atque indolem. Cujus ſegetem largiſſimam vel unus Ariſtophanes ſuppeditat. Qui non modò Plautum, ſed quoſcunque hac in parte ſuperavit, omnéſque τὰ γελοῖα modos ac figuras lepidiſſimè expreſſit. Denique ut acetum, niſi vinum ſit corruptum, bonum nunquam erit; ità quæ ſincera ſunt & vera, riſum nunquam excitabunt. Appoſitè Quintilianus, ubi de Ridiculo: *Et hercule omnis falſa dicendi ratio, in eo eſt, ut aliter quàm eſt rectum verumque dicatur.* Quare & compoſitus ad riſum ſermo, ab oratione rectâ, quàm πολιτικὸν magiſtri vocant, quàm longiſſimè abeat neceſſe eſt. cujus propriæ virtutes, *ἡ σαφήνεια, ἡ ὀπτικότης, ἡ ἀφέλεια, ἡ ἀλήθεια, perſpicuitas, æquitas, ſimplicitas, veritas*, ponuntur. Quâ in parte ſupra admirationem omnium Menander apud Græcos, Terentius Romanis fuerit neceſſe eſt. qui ut viris ſapientibus ac eruditis voluptarem potiùs afferrent quàm quacunque ratione riſum extorquerent, duplici jucunditate utilitatem (imitatione vitæ ſcilicet humanæ, & inimitabili lepore) condierunt. Metu enim Macedonicæ potentiæ, licentia antiquæ, ut obſervant Critici, defecit. Cujus locum occupavit Nova. Cujus & formam nondum penitùs vidiſſe abſolutam, ſed jam concepiſſe animo, putatur Ariſtoteles. Ejus verò unicum propoſitum, humanos nôſſe atque imitari mores. Quo &

D. Hieron

D. Hieron, Epistola ad Furiam, De viduitate servandâ respicit, cùm inquit: *Nec mirum, hoc figulum sensisse de vasculo, quod ipse fabricatus est, cùm etiam Comicus, cujus finis est humanos mores nosse atque describere, dixerit: Sine Cerere & Libero, friget Venus.* Omnis autem imitatio, ut posteà dicemus pluribus, naturâ placet & delectat. Hoc enim proprium est hominis, ut rectè Aristoteles: qui & μιμητικώτατόν τε ζῶον, meritò ab eo dicitur. Joci verò, si petantur undique, molesti ac frigidi, aut theatrales fiunt, si à vita sint alieni. Qui ut plebi fortè, ità doctis placere ac sapientibus non possunt. Constantis enim viri ac sapientis animus, laxari vult, non solvi. Illam autem constitutionem, ἡθικὴν, ut cum Stoicis hic loquar, ἐν ταυτῷ τῷ ἕξεως μονῇ, risus solvit. Quem præclarè, τὴν ἀθεμελίτους ὑπάρξεως τῆς ψυχικῆς, antiqui vocant. Ideóque & Socratici, quorum libri penuariam leporum omnium fuerunt, ac facetiarum, quod è Xenophonte & Platone etiam hoc tempore apparet, χλευαστικοὺς εἶναι, non γελαστικοὺς, solent. Ac nè ipsi quidem Siculi, ad festivitatem nati, & qui primi omnium Comœdiæ putantur inventores, alium illius finem, quam τὸ χρήσιμον, id est, utilitatem posuerunt. De Epicharmo Theocritus:

Πολλὰ γὰρ ποττὰν ζωὰν τοῖς ἀνθρώποις εἶπε χρήσιμα.

Μεγάλα χάρις αὐτῷ.

Id quia secus in Comœdia Antiqua, statim defecit. In qua omnia, à veritate & consuetudine aliena, hoc est, verè γελοῖα, & ad risum erant comparata. Quis non rideat, cùm exemplum vitæ, pater omnium virtutum, ipsa innocentia, probitas, ac virtus, Socrates irridetur? cùm in corbe festivissimè philosophatur? cùm, quot pedes pulex saliat, subtiliter ac geometricè metitur? Pleraque enim falsa de sententiis opinionibúsque veterum philosophorum, & ad risum facta aut excogitata sunt; quæ præcipuè hunc excitare solent. Ideò nec omnes Plauti, tantam materiem ridendi, quantam sua quævis ex Aristophanicis suppeditat. Alteri enim omnia, alteri pauca per leges licebant. Cæterùm, ut modo dicebamus, quicquid maximè ab agendi consuetudine aut dicendi alienum est, risum maximè movere solet. In sententiis, qualis illa Comici Nebulis.

Καί τοι πρόπαππος ἦν Δι' ἀληθῶς ὠμίλει διὰ κενοῦ κἀρρίν.

In verbis, ut cùm furacissimus servus, κλεπτίστατος à domino vocatur, qui laudare tacitumitatem in eodem videtur.

Ἀλλ' ἔστι κρύβδην. τῶν ἡμῶν γὰρ οἰκετῶν

Πιστότατον ἡγεῖται σε κἀκλεπτίστατον.

Quod ipsum aliquantò castigatiùs Nero exulit, qui de tali servo, *Nulli apud se pejus fidè haberi* dicebat: *nihil enim ei neque inclusum neque signatum esse.* Vox enim κλεπτίστατος, tantùm abest, ut sermoni convenire possit, ὥστε οὐδὲ αὐτῷ τῷ διαλύσειν (dicerent subtiles harum rerum judices) ἀπολιτικὸν εἶναι: hoc est,

ut

ut nè quidem voce aliâ quæ eam exprimat, consuetudini aut usui ac commodari possit. Itaque corrumpit vocem, planè ut faciem, qui sic movere risum cogitat. Qualia propè infinita Aristophanis. Exemplo sint diminutiva, quæ tam diligenter tertio Rhetoricorum in illius Babylonis Rex Criticorum Aristoteles notavit: χυνιδάριον, λοιδορημάτιον, ἰματιδάριον, καὶ ποτηρίτιον. Quod & in sermone ejus passim & in sensibus observes. quos non rarò risus caussâ effert corruptissimos. Sæpè tamen cùm illudit aliis. Quare voces, phrases, sensus, etiam structuram, Novæ, ut imitari cuivis tutum est, ità Antiquam si quis imitari velit, maximo delectu ac judicio est opus, quod si quisquam, rectè Aristoteles notavit. Atque hæc caussa, cur, ut multò perfectior utiliórque, ità minùs ridicula sit Nova. in qua omnes, ut jam absoluta, acquiescunt. Cum antiqui Comici, iis pariter quæ dicunt, & dicendi ratione, urbanitatem, quia nihil aliud spectârunt quàm ridiculum, plerisque in locis, imprudenter excedant: ideóque in vitium plerumque, quod βωμολοχίαν dixit Aristoteles, incurrant. Qui vir magnus Ethicorum quarto, ubi de urbanitate agit, quæ in primis locum in his habet, eosdem & urbanos & honestos vocari ait εὐτραπέλους enim quasi εὐτρόπους, dici. Sicut autem de corporibus ex motu, ità ex urbanitate judicari de animo: utrùm nempe honestus sit an turpis. Qui de corporibus locus, cùm obscurus nobis videretur, neque quicquam in recentibus scriptoribus, qui interpretati eum sunt, præsidii ad manum esset, ad Andronicum Rhodium, cujus Paraphrasin in illos libros planè admirandam, primi & edidimus, & in Latinum convertimus sermonem, ut sæpe aliàs, confugimus. Qui hoc modo: ἡ δὲ μεσότης, εὐτραπελία, καὶ οἱ ἦθοποι, εὐτράπελοι. οἷον εὐτρόποι καὶ γὰρ τὸ ἦθος δοκεῖσι τοιαῦτας κινήσεις ἔχειν δὲ εἰσὶν οἱ παίζοντες ἰμμελεῖς, καὶ οἱ μὲν δὴ, καὶ ὅτε. ὥσπερ γὰρ καὶ κινήσεις τὰ σώματα χαρακτηρίζουσι, οὕτω πῦρ ῥᾳδὴ εἶδε τὸ ἄνω κίνησιν καὶ πᾶν κῦρον. βαρὺ δὲ ἡ εἰς τὸ μέσον, καὶ δὴ τῶν ἄλλων ὁμοίως. ἔστω καὶ ἀεὶ τοιαῦτα ἕξει καὶ φαινόμεθα τὲ ἀνθρώπου κινήσεις, αἱ ἕξεις τ' ψυχῆς φαίνονται γὰρ τὰ ἤθη. Quod est ex interpretatione nostrâ: *Medium verò, εὐτραπελία. id est, urbanitas, quique in eo excellunt, εὐτράπελοι, quasi εὐτρόποι, hoc est, bene morati, dicuntur. Etenim potissimùm à moribus videntur esse hi motus. Hi autem sunt, qui concinnè, & quemadmodum, & cùm oportet, jocantur. Sicut enim corpora distinguunt sui motus; ut, exempli gratiâ, ignem & quicquid leve est, motus qui in altum fertur, grave contra, motus qui ad medium, eodémque modo in aliis; ità ex iis qui extra sunt, & qui in oculos incurrunt hominum motibus, habitus quoque apparent animo & mores.* Quia autem risus iis, ut plurimum, qui minùs sunt honesti, quales homines plebei sunt aut scurræ, gratus esse solet; hinc fit, inquit idem Aristoteles, ut qui scurriles sint, urbani etiam dicantur. Addit autem, quod spectare hæc

Propriùs

propiùs videtur : *Discrimen verò ex Antiqua Comœdia apparet & Novâ. Nam in illa id quod obscœnum, in hac dictum, quod suspicionem tantùm ejus movet, risum quoque exprimit. quæ non parùm differunt ad venustatem.* Idem de cavillis quoque addit & conviciis. Quibus abstinuisse Plautum constat, cum obscœnitate nemini concedat. Hujus autem in utroque ex Aristoteliis judicio discrimen videamus. Byrrhia apud Terentium Andria ;

Ego illam vidi virginem. formâ bonâ
Memini videre. quo æquior sum Pamphilo,
Si se illam in somnis quàm illum amplexum velit.

Vides in his, non obscœnitatem, sed suspicionem ei parùm verecundæ ἐφ' ὑπονοιαν. quæ tam est honesta, ut à quamlibet virgine id, urbanitate salvâ, dici possit. Quid enim suavius, *quàm in somnis amplecti?* & quidem, si de viro & formosâ conjuge dicatur ! Non enim dicit βιαίῳ, quod Aristophanes dixisset, nec quæ in re tali Plautus usurpare solet. qui nec honestè ea dicit, & obscœnè circumloquitur. Nam qualia sunt ista Casina !

OL. *Ubi locus sumptus porrò est continuò stricto gladio. atat! papæ ! papæ ! papæ !* CL. *quid id papæ ?*
OL. *Flagitium ob eam maximum. gladium ne haberet metui : id quærere occepi.*
Dum gladium ne habeat quæro, arripio capulum.

Nam cætera in quibus planè loquitur, præsertim cum de Venere ἐφ' ὑβρει agit, ea verò, nè commemorare quidem malo. Puto autem satis esse manifestum, etiam cùm circumloquitur quæ parùm sunt honesta, nè honestè quidem, & cum honestarum urium fastidio, id fieri. Vides ergò passim veteris imaginem. Etiam, de quo mox paulò pòst, dicacitate ac maledicentiâ. Quæ Athenis partim leges, partim metus, partim ipsa emendavit ratio : cùm tamen sola risum felicissimè moverent. Novæ autem rex princepsque Menander fuit : cujus expressa imago ac effigies Terentius. Quem cum uterque accepisset, Aristophanis virtutes hac mercede expressit Plautus, ut nec omnes posset (quod & linguæ diversitas, & Romanorum leges, & tempora, ac rerumpublicarum ratio vetabat,) sublatâ jam maledicentiâ libertate, quæ præcipua, quod pemo nescit, τῶ γελοίῳ pars est) & quæcunque in Aristophane Plutarchus, ἐκ communi consuetudine loquendi abhorrere notat, retineret. Nam & ἐφ' ἑκάστοις, ut Critici loquuntur, ἐφ' ὃν ὁ ἀγαθὸς πρόπαν συμπαίκτης est, & theatralis non πολιτικὸς, neque τῷ ἐφ' ἑκάστοις ἀληθῆ ἀν ἰδία διαιρέσει: neque pauciora addidit, in quibus dum ridiculi videri vult, frigidus ac odiosus fit. quod non nostrum, sed Horatii judicium est, & Donati. quos utrosque emunctæ naris. utrosque Criticorum primos suo tempore fuisse, constat, sed & in dictis, de quo jam dicebamus. ità Veterem Comœdiam amavit Plautus, ut ad eam sæpe flectat, & quod proprium

proprium in illa erat, ἐπωνυμίαις, & expresso nomine, aut circumscribendo, non tam vitam hominum, quàm hominem perstringat. Ut in illo:

Etiam Epidicum, quam ego fabulam aequè ac me ipsum amo.
Nullam aquè invitus spectò, si eam agit Pollo.

Sed & crudelissimè infelicem Nævium Milite excepit:

Nam os columnatum Poëtæ inesse audivi barbaro,
Cui bini custodes semper totis horis accubant.

Videor audire καὶ δὶς τὸν Κρατῖνα, & quæ reliqua in Veteri Comœdiâ occurrunt, ὅσα κλῆσις. Nam ad Aristophanis τὸ ὠδικαιον, frustrà sanè aspiravit. Quis enim risu non emoritur, cùm vinositatem Cratini excepit Irene?

Τί ϗ Κρατῖνος ὁ συφὸς ἐστιν; Τρ. Ἀπόθανεν,
Οἰνῶθ' ὑπ' Ἀλκωνος ἐπὶ Λάκωσιν ἐπελθὼν. Εἰ τί πάθοι;
Τρ. Ο', τι:
Ὡρακιάσας (ὦ γὰρ ἐξέλω ἐμαυτὸν)
Ἰδὼν πίθον κατεχυμένον ὄντα πλέον.

Id est,

P. *Sapiens autem Cratinus quid agit?* TR. *Obiit,*
Cum Lacones huc irruerent. P. *Quo morbo?*
TH. *Quo?*
Miserè pallere cœpit (ferre enim hoc non potuit)
Frangi cum videret vino plenum dolium.

Alter enim vitium Cratini ridet; alter Nævii miseriam. Ridiculum autem à miseria prudenter Aristoteles se jungit. Risus enim cum atroci alicujus malo aut calamitate si conjunctus sit, immanis sit ac barbarus. Illa autem planè extra novæ legem Comœdiæ:

Qui perjurum convenire vult hominem, mitto incomitium;
Qui mendacem & gloriosum, apud Cloacinæ sacrum.

& quæ deinde sequuntur. Quod professò est à pulpito ad plaustrum redire. Legat cætera qui volet. Sed hæc ὡς ἐν παρεκβάσεως μέρει, obiter sint dicta. Nunc, ingenii exercendi caussâ ac judicii, ad singula eamus, & utrumque paulò quàm plerique accuratiùs inspiciamus. Primùm in Comœdia Tragœdiáque, est dispositio. Neque dubitandum, quin cùm Aristoteles de dispositione disputat Tragœdiæ, etiam Comœdiæ ex iis conveniæ pleraque existimaverit. Nisi quod ut Tragicus disponit, ità Comicus quoque invenit. Alter enim accipit ab aliis, alter ipse sibi dat quod disponendum est. nisi si ab alio desumat argumentum. Certè apud Græcos. Nam Latini fabulas Græcorum, dispositione aliquantulum plerumque immutata & personis, expresserunt. Ut cum è Menandri Eunucho, suam paucis immutatis Terentius expressit. Eâ ratione, ut Davus, Parmeno, Chrysis, Thaïs, Chæreſtratus hic esset Phædria. Plautus in Tragico comico Amphi-

trione

tryone, more Tragicorum fabulam accepit & disposuit: sed & nomina retinuit ex parte, quod non solet in Comœdia; ex parte, fecit. Unde rarò, invenisse argumentum Tragicus poëta dicitur, (quod aut è relatione aliorum ant è scriptis, ut plerique ex Homero aut Cyclo Epico, petebant.) contrà autem Comici. Aristoteles, τὸ γὰρ μῦθος ποιεῖν, Ἐπίχαρμον καὶ Φόρμις ἤρξαν. Ità eam vocem, non ut quidam, hic accipio. Μῦθον enim, ut ubique ferè Aristoteli, non drama est, sed ea actio, è qua drama constituitur ἡ πρᾶξις, ἢ τῶν πραγμάτων σύστασις. Quomodo & accipit, cum dixit, μῦθος δ' ἐστὶν εἷς, οὐχ ὥσπερ τινὲς οἴονται, ἐὰν περὶ ἕνα ᾖ. Et ipse, πολυμύθους eos vocat, qui vel varias, vel quæ tempore eodem, ab alio, non uno, & eodem, gestæ sunt, conjungunt. Ideòque fabulam eligere, & eleGam rectè ac ordine disponere, ut prima virtus, ità primum maximúmque opus est. In Amphytrione maneamus. Nam ut argumentum hoc accepit, ità ipse ex animi sententia disposuit. Quare Potuit, ut voluit, ligare fabulam ac solvere. In ea igitur divina Μοῦσα mirâ enim ratione impeditur fabula & intricatur actio. At transitio, quæ non est Tragica sed Comica (μεταβάσεις vocavit Aristoteles) pars quæ apponitur τῇ λύσει, (quam & λύσιν, seu solutionem vocant) ex sententia succedere non potuit. Quare impeditus & obstitus sui, ire cogitur ad Deum: hoc est, ἀπὸ μηχανῆς finire. Quod est ultimum refugium Poëtæ, cùm τῷ δέσει, hoc est, nodum, quem ligavit ipse, solvere non potest, & rem parùm providè tractavit. Nam cæteræ quæ ibi adhibentur machinæ, ad scenæ & choragii ornatum, καὶ τῷ ὄψει, ut philosophus de iis loqui solet, referuntur: quale est brontium, & ceraunoscopium. quorum altero ad tonitru, hoc ad fulmen exprimendum, in Amphytrione opus fuit. Finem verò quæ à machina, lubentiùs in Tragico quàm Comico excusat Aristoteles. quia argumento Tragicus astringetur, quod accipit. Quanquam nè huic quidem eam fecit gratiam cùm inquit: Φανερὸν οὖν, ὅτι καὶ τὰς λύσεις τῶν μύθων ἐξ αὐτοῦ δεῖ τοῦ μύθου συμβαίνειν, καὶ μὴ ὥσπερ ἐν τῇ Μηδείᾳ ἀπὸ μηχανῆς, καὶ ἐν τῇ Ἰλιάδι τὰ περὶ τὴν ἀποστολήν. id est, *Manifestum ergo est, etiam exitum fabulæ, è fabula ipsa peti debere, non à machina ut in Medea, aut quemadmodum in Iliade, in iis quæ circa reditum Græcorum fiunt.* Medeam autem, non Euripideam, sed alterius intelligit poëtæ. Idem & Horatius, è Patriano credo Neoptolemo, è quo pleraque præcepta sua in hoc scripta hausit fugiendum monet.

Nec Deus interfit, nisi dignus vindice nodus Inciderit.

Ubi *nodus* est ἡ δέσις. quæ interdum ope humanâ solvi non potest. Qui quidem, nisi præter Poëtæ voluntatem aut ex argumenti eveniat necessitate, non à Deo, quod cujusvis etiam imperitissimi est hominis, verùm a Poëta solvi debet. Rursus, sicut pictor primo ambitum delineat, deinde singula absolvit, ità sapiens poëta actionem su-

am

am circumscribit. Primùm, ut sit tota: hoc est, ut principium, ut finem habeat, & medium: quæ in minimis quoque esse possunt. Minima autem sensum vix admittunt: magna nimium dispergunt. Sic formicam vix videmus: in conspectu elephanti, visus vix colligitur. Quare, Comœdiæ Tragœdiæque magnitudo, & periodus, ut cum Philosopho hoc dicam, è natura utriusque & ratione peti debent. Et mutatione primâ, hoc est, cum infelicitate ad felicitatem in Comœdia, contra autem in Tragœdia, mutari potest actio: ità ut ex argumento nihil, quod ad rem spectet, præmitti sit necesse. Summus Aristoteli ambitus unius solis est: potest esse aliquot horarum. Quâ in parte admirandus Sophocles Terentiúsque. Plautus verò novem menses uno dramate complexus est. ut vix major ampliórque Homericæ Iliados quàm Amphitrionis sit periodus. Alcumena autem concipit & parit. quod si fieret ubique, nullo episodio jam opus esset: ideóque nec ars esset, scribere Comœdiam. Præterquam quòd sit monstri instar, & cum ratione ac naturâ pugnet, ut quæ simul & concipiat & pariat. Qualia nonnulla in scriptore hoc summus Criticorum Cæsar Scaliger notavit. Atque hæc vitaverant poëtæ Græci, quorum scripta hîc tantopere commendat Flaccus: Technici Græcorum, quomodo vitanda essent ac cavenda, sæpe inculcárunt suis. Plautus súsque déque habuit. ut in Captivis. Quam incuriam Poëta cùm videret, continere se non potuit, quin exclamaret:

——*vos exemplaria Græca*
Nocturnâ versate manu, versate diurnâ:

contrà negligentiam suorum & incuriam gravissimè taxaret. Quidni enim qui hoc tum agebat, quod antè eum Aristoteles: qui ubique Euripidem & alios in istis reprehendit: Nam de Comicis quæ scripsit, hodie non extant. Porrò simul ac Poëta Actionem habet, locum quoque ut actioni det, necesse est. Quo sine loco, fieri nil potest. Hic autem locus, σύνοψις προλαλοῦς à Criticis vocatur. cujus finem transilire nefas. Nemo enim tempore eodem, quod à Plauto rectè dicitur, alibi atque alibi versari potest: nisi aliquid monstrosum fiat in Comœdia. Idem tamen, cum Curculionis scenam, Epidauri posuisset, Romam transit in eadem, & in Romanorum mores, scenæ suæ jam oblitus, liberè invehitur; & qui eum, ut antiqui Comici, tributim. Ità ut singula describat loca. Act. IV. Scena *Ædepol*. Jam τὰ ἄλογα in Fabulis quàm multa? Ità voco, quæ nil ve simile habent. Tale est, Sosiclem Menæchmum, qui veniret è Sicilia, surreptum item qui in Illyria jam habitaret, habitu, eodem tempore, ità simili fuisse, ut dignosci à spectatoribus non possent; cùm nil simile haberent istæ gentes. Quod vitium, nè à chorago quidem emendari potest. Nam Mercurius Amphitryone & Jupiter, Dii sunt: quibus omnia concedi, etiam hîc solent. quare incurrere τὰ ἄλογα non possunt. Ubi enim Dii agunt, cessat ratio. Quidvis enim posse eos, nemo est qui non intelligat. In Terentio,

cùm ſoli artem Placcus noſter aſſignavit, nihil tale. Omnia cum judicio, cum ratione, circumſpectè, ex arte, & cum cura. Nam & Fabulæ inſignem ferè cum agnitione mutationem habent: quas inter τὰς μὲ ἁπλᾶς ſive πεπλεγμένας, eſſe perfectiſſimas neceſſe eſt. qualis & in reliqua ubique diſpoſitione eſt. Quod ad dictionem autem, quis negabit, quæ jam eſſe in Plauto, quæ nec locum extra ſcenam, neque uſum niſi inter hiſtriones habent: unde ſolo & exiguo theatri ambitu circumſcribuntur? Nam & ἀγωνιστικὸν in foro, neque minùs γραφικὸν, ſive uſitatum in ſcribendo characterem, longè excedunt. quo ubique Nova, & jam emendata, reſpicit Comœdia. Quare Varro cùm ſermonis laudem illi tribuit, idem quod ubique in ſcriptis, quanti faceret antiquitatem, profitetur: ut qui τὰ ἀπηρχαιωμένα, quæ in Plauto partim ævum quo hæc ſcripſit, partim quæ pleriſque placet, ipſa deſita antiquitas commendat. Unde & ipſe qui ſic judicavit, ut nimium antiquitatis in ſcribendo ſtudioſus, neque ſatis ævi ſui memor, Varro ab antiquis Criticis notatur. Qui cùm ſentiant ſic judicéntque; nobis qui ab illis multò pendemus, equidem tacendum reor. Autor de cauſſis eloquentiæ corruptæ: *Neminem nominabo; genus hominum ſignâſſe contentus: ſed vobis utique verſantur ante oculos, qui Luculium pro Horatio, & Lucretium pro Virgilio legunt, quibus eloquentia tui Auſidii Baſſi, aut Servili Noviani, ex comparatione Siſennæ aut Varronis, ſordet.* Quod ex vocibus antiquis patet, quas ex libris ejus Critici legerunt. Cùm non pauca alia ex ſcriptis ejus peti poſſint. Ideóque Cicero, qui de ætatis ſuæ & ſermone & venuſtate maximâ cum cura judicabat, laudem hanc Terentio ceſſiſſe meritò pronunciat. Sic enim ad Atticum: *Secutus ſum, non dico Cæcilium*: Manet ut ex portu in Piræum: *malus enim Latinitatis autor eſt: ſed Terentium, cujus fabellæ propter elegantiam ſermonis putabantur à Lælio ſcribi*:

Herì aliquot adoleſcentuli cœimus in Piræum.

Et Servius, proprietate cæteris præpoſitum, hunc notat. Idem de ſententiis, quas διανοίας vocant, judicari poteſt: omnes enim ferè Plauti & ξυνετὰ ſunt, & ab uſu alienæ, quales paſſim habet. Inprimis cùm philoſophatur καὶ γνωμοτυπεῖ. Ut ecce:

Inſanum eſt malum, in hoſtitium divorti ad Cupidinem.

Vere ſcenicum & illud:

Et potiremò, niſi me duſcultas, atque hoc, ut dico, facis,
Tute ponè te latebis facilè, nè inveniat te honor.

Et quis illud extra ſcenam uſurpare auſit?

Benefacta benefactis aliis pereguo, nè perpluam.

Quare nunquam effugient quin ſint inepti, qui hæc & alia id genus, ad ſerium dicendi genus transferunt. Conſequuntur enim, quod non vident, ut inviti riſum moveant. quod non pauci hodie in ſcriptis maximo molimine à lectore impetrant. Sequitur τὸ ἦθος. quod, ut docet Ariſtoteles, in oratione, uniuſcujuſque inſtitutum indicat

&

& voluntatem. Quod in singulis repræsentare, nisi viri aut prudentis aut philosophi, nullius est. Nam quemadmodum è singulis experientia, ità nemo singulorum mores sine hac eximit. Quare omnium accuratissimè & optimè, quid sit facere ut sit, ἠθικὴ oratio, philosophus ostendit. quod vel solum tanti est, ut nihil minus nonnulli, qui ad Rhetoricarum suarum leges magnorum quoque & sublimium ingeniorum orationes exigere audent, hac in parte videant: in qua, ad ipsius quoque antiquitatis stuporem, Aser iste regnat. Recte ergò Varro: *In argumentis Cæcilius poscit palmam, in ethesin Terentius.* Significat enim, Cæcilium εὑρετικὸν, aut potiùs ἰδιοποιούμενον fuisse: quemadmodum ἀδιοποιόμενον nonnunquam præ reliquis videtur Plautus, cui sermonis idem assignavit laudem. Quod, si quicquam sapimus, Terentium est Plauto præferre. Ut cùm eum, qui excellit in majori, magis quàm qui in minori, dicimus excellere. Neque causa fuit alia, quare, quod observant veteres, idem Varro, etiam Menandro, in quibusdam prætulerit Terentium. Exempli causâ, Adelphorum initio. Neque immeritò. Mirificè enim, cum alibi, tum ibi regnat τὸ ἦθος. Idem Varro, cùm Tragœdiæ, Comœdiæ, ac Satyræ effingat formas, quid de nostro judicet, disertè expressit. Ubertatem enim tribuit Tragœdiæ, quam dat Paccuvio: graciliatatem Satyræ, quam tribuit Lucilio: mediocritatem verò, Comœdiæ, quam dat Terentio. Ut si quis uberrimo sermonis genere heroicum definiat poëtam: & hoc tribuat Virgilio. Aulus Gellius lib. 7. cap. 13. *Vera autem & propria ejusmodi formarum exempla, in lingua Latina M. Varro esse dicit, ubertatis Paccuvium, gracilitatis Lucilium, mediocritatis Terentium.* Quæ est de Comœdiæ, quemadmodum in scholis loquimur, essentia, Cùm Plautus sæpe Tragico, nonnunquam quoque seriò, utatur. Quanquam ibi sanè sermo, ut priore loco à Varrone accipitur. Sermo enim & τὸ ἦθος differunt, ut homo prudentissimus, & fœmina quæ purè loquitur. Qualis dicitur Gracchorum mater. Unumquemque enim rectè exprimere, & humanam optimè delineare vitam, summus atque extremus viri atque autoris maximi conatus est. Rectè Grammaticus Sophoclem: Ἐστὶ γὰρτοῦτο μάλιστα ἴδιον ποιητοῦ, δηλῶν ἦθος. *Est autem illud maximum in poëtice exprimere ethos.* Debebat addidisse, *in Dramatica præsertim.* Et Horatius tàm multis, viram Tragœdiæ τὸ ἦθος esse docuit. Aristoteles verò, etiam in Tragœdia, post Actionem (quam fabulam plerumque vocat) quæ essentiæ pars prima, partem essentiæ secundam constituit, τὸ ἦθος. Mirum est autem, locum Varronis à nemine intellectum. Qui cùm palmam in argumentis Cæcilio concedit, principem Comœdiæ haud dubio Cæcilium constituit. Quare? Pars Tragœdiæ præcipua, est argumentum. Aristoteles modò μῦθον, modò τῶν πραγμάτων σύστασιν. vocare solet: qui & multis probat, eum qui hac parte excellit, etiamsi cæteris destituatur, Dramaticum poëtam dici posse. Pars secunda est τὸ ἦθος, quod cum Terentio assignat Varro,

locum illi proximum concedit. Quod non potest ignorare, qui antiquos Criticos, imprimis autem Aristotelem, cum cura legit, ac intelligit. Sermonis enim laus, quam Plauto tribui ab eo volunt, tantum abest ut cum reliquis conferri possit, ut postremo loco, & post πλὴν διάνοιαν, ponatur. Quare ex sententia Varronis, qui hic Aristotelem expressit, primus est Cæcilius, secundus est Terentius: quos deinde Plautus sequitur. Quod debebat cogitâsse Si. in ævi nostri Justus Lipsius: qui profectò locum summi Romanorum Critici non penetravit. τὸ ἦθος autem Plauto Horatius abjudicat, cum inquit,

——*aspice Plautus*
Quo pacto partes tutetur amantis ephebi.

Et videtur Charinum habuisse in animo: qui mercatore, τὸ μανικὸν καὶ τὸ ἐρωτικὸν confundit ἦθος. hoc est, ità amat, ut Menæchmus furit. Furere autem præ amore, Comœdiæ non ἦθος, sed Tragœdiæ est πάθος: ut ex Phædra aliisque patet. Quare si quia πάθος aliquod immane exspectatur quod Tragœdiam constituit, ut μετάβασις conveniat furenti. Sed hæc triviales non intelligunt: qui summum virum Aristotelem tam facilè contemnunt, quam nos & judicia illorum & magistros meritò contemnimus. Quibus persuasum est, omnem veram eruditionem ex hoc uno fonte limpidissimo petendam. Charinus autem Plauti ad frigiditatem usque calet, quam non potuit vitare. Qualia sunt ista, Scena *Divûm atque hominum*:

——*jam Cyprum veni*, &c.

Item,

Porrò proficiscor quæsitum, nunc perveni Chalcidem.
Video ibi hospitem Zacyntho. dico quid eò advenerim:
Rogito quis eam vexerit, quis habeat si invadiverit.
Hospes respondit, Zacyntho ficus fieri non malas.

Vides hominem tam tristem, ut festivus esse quærat. At divinus hac in parte, duos amatores in Eunucho, suo more, Phædriam & Chæream divinitus utrumque, ἀθρόως. Quare cùm poëtæ omnes, quorum imitatione constat institutum ac consilium, pares horum instar, teste Criticorum Rege ac Principe, aut similes, aut (quod non rarò evenit, vel imperitè καὶ ἐξ ἀσυνίας, vel captandæ risûs causâ) nunc pejores quàm sunt exprimant, nunc meliores, servos pejores Plautus, ut plurimum, Terentius hos semper similes non meliores; meretrices verò partim similes, partim meliores aliquando introducit. Similes, ut Thaïdem: meliores, ut Bacchidem. Parasitos semper deteriores & voraciores Plautus, nunquam meliores. ut & Dossennus, qui hos solos propemodum curabat, in personis reliquis ἀκριβέστερον. Phormio Terentianus planè est admirandus: ut & Gnatho. Plautini quia risum quærunt, veritatem & sermone & sententiis amittunt. Tres virtutes enim sermo, quem non sine caussâ ἦθικὸν dixerunt Græci, nos Moratum dicimus, Æquitatem, nempe Veritatem & Simplicitatem postulat: quæ τὸ ἁπλοῦν, hoc est, id quod uni-

cuique

cuique est insitum, ob oculos proponit; cùm ridiculum, ut violentum, quia à natura alienum, quod rectè de eo Aristoteles pronunciat, corruptum sit, & à corruptis causis, quod jam dixi, moveatur. Moratum quia simile est naturæ, leniter delectat: quod ætatum singularum, hominum, ac nationum, totiúsque vitæ, simulacrum quoddam ac imaginem, in scena repræsentat. Planè ut pictura quæ à vero abit, & vel cubitalem nasum, vel distortum os facere repræsentat, risum movet: similis delectat. Atque hoc est quod omnes tribuunt Menandro, quem Terentius expressit. Ut Hermogenes: παρὰ τε αὐτῷ Μενάνδρῳ ἀν' μικρὰ εὐρεῖς τοιαῦτα καὶ γυναῖκας λεγούσας, καὶ γεωργοὺς ἐφυῶλας, καὶ μαλεσπρας, καὶ παροίνους δρυπλομένας, καὶ τινας ἄλλως ὅλως τε διὰ τὸ ἀκριβῶς τὴν ἀδικὸν λόγον καὶ ἦθος ὁμοῖον, ταῦτα γὰρ πάσιλα ἢ τὰ πλεῖστα αὐτῶν, ὑπονοεῖσθαι τῷ ἀρχαίᾳ δεῖ. Quemadmodum Hieronymus, Menandrum & Terentium cum maximo judicio conjungit. Ad Paulinum enim. *Poëta æmulentur Homerum, Virgilium, Menandrum, Terentium.* Audi orationem patris irati. Heaut. Act. v. Scena *Si unquam.*

—— non sit ex capite sis meo
Natus, itidem ut aiunt Minervam esse ex Jove, eâ causâ magis
Patiar, Clitipho, flagitiis tuis me infamem fieri.

Et quæ sequuntur. Audi mitis viri potiùs quàm boni.

Ausculta, nè me obtundas de hac re sapius.
Tuum filium dedisti adoptandum mihi.
Is meus est factus, si quid peccat. Demea,
Mihi peccat: ego illi maxumam partem feram.
Obsonat, potat, olet unguenta de meo.
Amat? dabitur à me argentum, dum erit commodum:
Ubi non erit, fortasse excludetur fordi.
Fores effregit? restituentur. discidit
Vestem? resarcietur. est, Dis gratiâ,
Et unde hæc fiant, & ahhuc non molesta sunt.

Et divina illa.

—— credo hercle: nam ingenium novi tuum
Liberale. sed vereor nè indiligens nimiùm sies.
In qua civitate tandem arbitrare te vivere?

Et quæ sine motu animi & suavissimâ voluptate legi non possunt. Hecyra;

—— odiosa hæc est ætas adolescentulis:
E medio aquum excedere est. postremò jam nos fabula
Sumus, Pamphile, senex atque anus.

Et cætera: pluscula sunt enim. Quis cùm illa Phormione legit, non uxorem honestam adulterio agnoscit?

—— an quidquam hodie est factum indignius,
Qui mihi, ubi ad uxores ventum est, tum fiunt senes.
Hæccine erant itiones crebræ, & mansiones diutinæ,

locum illi proximum concedit. Quod non potest ignorare, qui antiquos Criticos, imprimis autem Aristotelem, cum cura legit, ac intelligit. Sermonis enim laus, quam Plauto tribui ab eo volunt, tantum abest ut cum reliquis conferri possit, ut postremo loco, & post τὸν διάνοιαν, ponatur. Quare ex sententia Varronis, qui hìc Aristotelem expressit, primus est Cæcilius, secundus est Terentius: quos deinde Plautus sequitur. Quod debebat cogitâsse Sir en ævi nostri Justus Lipsius: qui profectò locum summi Romanorum Critici non penetravit. τὸ ἦθος autem Plauto Horatius abjudicat, cum inquit,

aspice Plautus

Quo pacto partes tutetur amantis ephebi.

Et videtur Charinum habuisse in animo: qui mercatore, τὸ μανικὸν καὶ τὸ ἐρωτικὸν confundit ἦθος. hoc est, ità amat, ut Menæchmus furit. Furere autem præ amore, Comœdiæ non ἦθος, sed Tragœdiæ est πάθος: ut ex Phædra aliisque patet. Quare ἦ quia πάθος aliquod immane exspectatur quod Tragœdiam constituit, ut μετάστασις conveniat furenti. Sed hæc triviales non intelligunt; qui summum virum Aristotelem tam facilè contemnunt, quam nos & judicia illorum & magistros meritò contemnimus. Quibus persuasum est, omnem veram eruditionem ex hoc uno fonte limpidissimo petendam. Charinus autem Plauti ad frigiditatem usque calet, quam non potuit vitare. Qualia sunt ista, Scena *Divûm atque hominum*:

jam Cyprum veni, &c.

Item,

Porrò proficiscor quæsitum, nunc perveni Chalcidem.
Video ibi hospitem Zacynthо. dico quid eò advenerim:
Rogito quis eam vexerit, quia habeat ſi in studiverit.
Hospes respondit, Zacyntho ficus fieri non malas.

Vides hominem tam tristem, ut festivus esse quærat. At divinus hac in parte, duos amatores in Eunucho, suo more, Phædriam & Chæream divinitus utrumque, ἤθοποιεῖ. Quare cùm poëtæ omnes, quorum imitatione constat institutum ac consilium, pictorum instar, teste Criticorum Rege ac Principe, aut similes, aut (quod non rarò evenit, vel imperitè καὶ ἐξ ἀσυνείας, vel captandi risûs causâ) nunc pejores quàm sunt exprimant, nunc meliores, servos pejores Plautus, ut plurimum, Terentius hos semper similes non meliores; meretrices verò partim similes, partim meliores aliquando introducit. Similes, ut Thaïdem: meliores, ut Bacchidem. Parasitos semper deteriores & voraciores Plautus, nunquam meliores. ut & Dossennus, qui hos solos propemodum curabat, in personis reliquis ἐκπίπτων. Phormio Terentianus planè est admirandus: ut & Gnatho. Plautini quia risum quærunt, veritatem & sermone & sententiis amittunt. Tres virtutes enim sermo, quem non sine caussâ ἤθικὸν dixerunt Græci, nos Moratum dicimus, Æquitatem, nempe, Veritatem & Simplicitatem postulat: quæ τὸ ἰδιάζοντον, hoc est, id quod uni-

cuique

cuique est insitum, ob oculos proponit; cùm ridiculum, ut violentum, quia à natura alienum, quod recte de eo Aristoteles pronunciat, corruptum sit, & à corruptis causis, quod jam dixi, moveatur. Moratum quia simile est naturæ, leniter delectat: quod ætatum singularum, hominum, ac nationum, totiúsque vitæ, simulacrum quoddam ac imaginem, in scena repræsentat. Planè ut pictura quæ à vero abit, & vel cubitalem nasum, vel distortum os facere repræsentat, risum movet: similis delectat. Atque hoc est quod omnes tribuunt Menandro, quem Terentius expressit. Ut Hermogenes: παρὰ τὸν αὐτὸν Μένανδρον ἐν μέλεσι τοιαῦτα καὶ γυναῖκας λεγούσας, καὶ πανήσους ἐρωμένας, καὶ μαίσπρας, καὶ παιδίσκας ἀρτιλοιμένας, καὶ τινας ἄλλας ὅλως τι δηλοῦντα τὸ ἠθοποιεῖν τῷ ἀδικῷ λόγῳ καὶ τῷ ὁμοίων, ταῦτα γὰρ πάντα ἢ τὰ πλεῖστα αὐτῶν, ὑποκειῶδη τῆς ἀρετολογίας δεῖ. Quemadmodum Hieronymus, Menandrum & Terentium cum maximo judicio conjungit. Ad Paulinum enim. *Poëta æmulentur Homerum, Virgilium, Menandrum, Terentium.* Audi orationem patris irati. Heaut. Act. v. Scena *Si unquam.*

——non ex capite sis meo
Natus, itidem ut aiunt Minervam esse ex Jove, eâ causâ magis
Patiar, Clitipho, flagitiis tuis me infamem heri.

Et quæ sequuntur. Audi mitis viri potiùs quàm boni.

Ausculta, nè me obtundas de hac re sæpius.
Tuum filium dedisti adoptandum mihi.
Is meus est factus, si quid peccat. Demea,
Mihi peccat: ego illi maximam partem feram.
Obsonat, potat, olet unguenta de meo.
Amat? dabitur à me argentum, dum erit commodum:
Ubi non erit, forsitan excludetur foràs.
Foves effregit? restituentur. discidit
Vestem? resarcietur. est, Dis gratia,
Et unde hæc fiant, & abhinc non molesta sunt.

Et divina illa.

——credo hercle: nam ingenium novi tuum
Liberale. sed vereor nè indiligens nimiùm sies.
In qua civitate tandem arbitrare te vivere?

Et quæ sine motu animi & suavissimâ voluptate legi non possunt. Hecyra;

——odiosa hæc est ætas adolescentulis:
E medio aquum excedere est. postremò jam nos fabula
Sumus, Pamphile, senex atque anus.

Et cætera: pluscula sunt enim. Quis cùm illa Phormione legit, non uxorem honestam adulteri agnoscit?

——an quidquam hodie est factum indignius,
Qui mihi, ubi ad uxores ventum est, tum sint senes.
Hæccine erant itiones crebræ, & mansiones diutinæ,

Lemni haccine erat quæ noſtros fruſtus minuebat calamitas?
Quid? ego æquo animo cupio miſerâ in hac re defungier.
Sed quid ſperem? ætate porrò minùs peccaturum putem?
Jam tum erat (enex, ſenectus ſi verechundos facit.
An mea forma atque ætas jàm magis expetenda eſt? Demipho?
Quid mihi nunc adfers, quamobrem exſpectem, aut ſperem porrò non fore?

Et quandoquidem ſimplicitas, maxima moratæ orationis virtus, ſi intendatur, ſuavitatem parit: nemo ſine incredibili ac ſummâ voluptate illud Bacchidis leget,

——*rectè amâ? Pamphile*
Uxorem tuam. nam nunquam ante hanc diem meis oculis eam quod nôſſem, videram.
Perliberalis viſa eſt.

Ideóque fabulæ Terentianæ, doctiorem hiſtrionem, quàm reliquorum deſiderabant. Semper enim quæ morata eſt oratio, τὸ ἠθικὸν ſulcienda. Nam quæ moribus affectibúſque deſtituitur, teſte Philoſopho, eſt ἀνωνύμητος. neque ulla ferè apud eum ſyllaba extat, quæ non animi aut affectûs alicujus ſit index. Jam ut ad lepores, ſales, gratias, & venuſtates veniamus; certum eſt, ferè omnes eas tolli à ridiculo, non ſecus quàm in vita ab exceſſu morum virtus, ab exceſſu apparatus, in ſcena tollitur voluptas. Quare Menandro ac Terentio lepores tribuunt antiqui, ſales Plauro Horatius concedit: quos nonnunquam inurbanos eſſe notat. Audi Paterculum: *dulcéſque Latini leporis facetiæ per Cæcilium Terentiumque & Afranium, ſub patri atate floruerunt.* Græci χάριτας & χαριεντισμοὺς vocant. Remiſſiores ſunt enim, quàm ut riſum violenter moveant: circumſpectiores, quàm ut frigeant. Abſurdum enim ſæpe cauſſi eſt riſus, aut inuſitatum. Contra autem ſermo, qui & uſitatus & moratus, quique leniter decorum ſervat, ſicut eo ipſo fit venuſtus & delectat, ita quidam eminere joci poſſunt. Qui quidem in hoc Afro, (niſi Lælio eos potiùs ac Scipioni tribuendos putes,) & Menandro: ſi judicium Horatii & antiquorum ſequimur, ex eodem ſale, è quo nata Venus eſt, deprompti videntur. Ecce ſtatim Andria. Act. 5. Scena *Mitte.*

——*Davo iſtuc dedam jam negoti.* S. *non poteſt.*
P. *Qui?* S. *quia habet aliud magis ex ſeſe & majus.* P. *quidnam?* S. *vinctus eſt.*
P. *Pater, non rectè vinctus eſt.* S. *haud ità juſſi.*

Jam Gnathonem vide, qui cùm putidos Thraſonis mores Phædriæ ac Chæreæ expoſuiſſet, contrà autem illi perſuaſiſſet, & jam gratias ineptus homo ac ridiculus haberet,

——*benè feciſti: gratiam habeo maximam,*
Nunquam etiam fui uſquam, quin me omnes amarent plurimùm;

reſpondet ad utrumque converſus,

Dixin'

Dixin' ego in hoc ineſſe vobis Atticam elegantiam?

Certè tota ſcena tertia tertii Actûs in Adelphis, in qua luditur à Syro Demea, divina eſt. Qualia enim illa?

——mihi quidem non placent,
Et clamo ſæpe. ſalſamenta hæc Stephanio
Faz macerentur potiùs.

Planè enim præter exſpectationem omnia. Jam cùm Vetus Comœdia, nihil æquè ac παροδίαν amet, quæ plerumque & acerba eſt, & extra ſcenam quæritur, urbaniſſimus virorum rationem, quâ ex actione ipſâ, parodiam, lepidam ſanè & venuſtam, peteret, invenit. Nam cùm Demea dixiſſet,

——fit ſedulò,
Nihil prætermitto, conſuefacio: denique
Inſpicere, tanquam in ſpeculum, in vitas omnium
Jubeo, atque ex aliis ſumere exemplum ſibi.
Hoc facito,

& quæ ſequuntur; Reſpondet Syrus,

Conſervis ad eundem præcipio modum.
Hoc ſalſum 'ſt, hoc aduſtum 'ſt, hoc lautum 'ſt parùm.
Illud rectè, iterum ſic memento: ſedulò
Moneo, quæ poſſum, pro mea ſapientia.
Poſtremò tanquàm in ſpeculum in Patinas Demea
Inſpicere jubeo; & moneo, quid ſcito uſus ſit.

Ita ſanè & Plato, & Xenophon, omnéſque Socratici jocantur; nunquam frigidè, nunquam obſcenè, nunquam ineptè, nunquam putidé. Videamus jam Plautina quædam. Ac Plutarchus quidem illud tanquam frigidum ex Ariſtophanis Theſmophoriazuſis de Euripidis matre adducit,

Α᾽γειν δὲ μᾶλλ᾽, ὦ γυναῖκες δεῦρο καλῶ,
Α᾽ν᾽ ἐν ἀγείοισι λαχάνοις ατ᾽τὸς τεφρίσῃ.

Cui illud, quamvis non in ſimili omnino genere, adjungas licet,

Nam mulier olitori nunquam ſupplicat, ſi quæ eſt mala:
Domi habet hortum & condimenta ad omnes mores maleficos,

Rhetores θυμελικὸν, ſive theatrale vocatent. Ridiculum enim potiùs quàm feſtivum eſt: & ut ſit feſtivum, nemo, vere in his ſubactus dixerit venuſtum eſſe. Ab uſu enim quam longiſſimè remotum eſt. Jam verò, cùm, in verbis frigidum, aut in rebus; de verbis Ariſtoteles, de rebus alii egerunt. Frigidum autem jam vocamus, non magniloquentiæ vicinum illud vitium, (quanquam illud quoque habere hic locum poteſt) quod diſcedere ab urbanitate dicitur. Quod, ut nonnihil à dicendi hic magiſtris abeamus, modis fit pluribus. Vel in frigida tranſlatione. Ut cùm dentes *calceati* dicuntur. Capt.

Cum calceatis dentibus, veniam tamen.

Et cùm victus, *ſenteis eſſtare*, & *ſcrupſam viam commeare*, dicitur. quæ ſanè frigent. Vel in minimis alluſiunculis & longè petitis. Ut

MI. *Assum apud te eccum.* AG. *At ego elixus sis volo.*

& quod illi placuit non semel:

——*magis calleo quàm aprugnum callum callet.*

Item,

——*callum aprugnum aequè callere non sinam.*

Et,

Quanta sumini absumedo, quanta callo calamitas!

Et, Curcul.

——*facite ventum ut gaudeam.*

PH. *Maximè.* CV. *Quid faciùs? quaeso.* IH. *ventum.* CV. *nolo equidem mihi*

Fieri ventulum. PH. *quid igitur vis?* CV. *esse; ut ventum gaudeam.*

Quis cùm Grammatici Latini, qui citiùs cœlum digito, ut ità loquar, expugnâssent, quàm ut minimam Horatii Oden expressissent, Morologias in Plauto dixerint nondum video, quare Horatio, ut summo maximóque Poëtæ, ità Critico incomparabili, quem acutum doctúmque virum ipse D. Hieronymus ad Pammachium vocavit, idem non licuerit. Ejus sanè generis sunt, quæ in Aristophane accusat, quæque trivialia potiùs, quàm ut viris eruditis, etiam in scena placere, aut debeant aut possint, accuratus censor Plutarchus judicavit. Καὶ δὴ ὁ μὲν ἀπαίδευτος καὶ ἰδιώτης οἷς ὑπεῖπε λέγει ἀλίσκεται. ὁ δὲ πεπαιδευμένος δυσχεραίνει. λέγω δὲ τὸ ἀντίθετα, καὶ ὁμοιόπτωτα, καὶ παρονομασίας. τὰ γὰρ ὁμὲν μὴ τὸ θορυβοῦντος λύσι καὶ ὀλιγάκις χώραν, ὑπερηδίας αὐτὸ ἀξιῶν. ὁ δὲ πολλάκις, καὶ οὐκ εὐκαίρους, καὶ ψυχρούς. Et adducit exemplum: ut cùm τὰς ταμίας λαμίας vocat. Namque ille de Menandro, ad Terentium ferè omnia referri possunt. In quo nihil putidum est aut ineptum. Quanquam multa quæ notavit, potiùs Antiqui Comici virtutes, quàm illius de quo ibi judicavit, vitia censenda sunt. Principes enim inter illos fuit, & ad leges eas planè se composuit. Quod de Plauto nemo dicet. Est & frigidum, quod longè ab eo abest, quod aut esse aut posse fieri putatur. Quale est *pugno frangere elephanto brachium, horisâ in cœlum pervenire.* Est & frigidum, cùm ità à familiari sermone oratio recedit, ut ad usum amplius transferri nequeat. Tale est illud ibidem:

Si ante lucem ire occipias à meo primo nomine,

Concubium sit noctis, priusquam ad postremum perveneris.

Crescit tamen frigidum, cum addit alter,

Opus face est & viatico ad tuum nomen, ut tu prodicas.

Quæ si pedem unum extra scenam feras: protinus putiscent: neque ad ullum applicari poterunt. Qualia nec Scipio nec Lælius, flos nobilitatis, vel in scena, approbâssent. Plutarchus certè, extra liberalium theatra ac doctorum, liberè relegat. Ridiculi enim ac inepti sunt qui plebeis tantùm scribi Comœdiam existimant. Cùm non minùs eruditis scribatur. Quod & Flaccus scivit: qui non sine causâ,

Credituri

Creditur, ex medio quia res arcessit, habere
Sudoris minimum; sed habet Comœdia tanto
Plùs oneris, quanto veniæ minùs.

deinde autem Plauti & Dossenni utitur exemplo, quos securos de judiciis doctorum ait. Et hæc ad divinum, ut jam dixi, ac subactum in his principem, cujus nec judicium nec cæterorum ignorare eâ tempestate potuit. & cujus judicium vereri debuisset, nisi idem aliorum fuisset. Jam illa Epicharmi imitatio, ut festivissima, ita, si sit frequens, frigore non caret. quæ fit, cùm vel falsa opponuntur, aut subjectum idem est cum prædicato. Ut cum Epicharmus dixit:

Τόκκα μὲν ἐν τούτοις ἐγὼ τότκα ὁ παρὰ τούτοις.

Tunc inter illos ego eram, tunc apud illos.

Bis enim idem dicit. quæ est fraus in verbis præter exspectationem. Idem autem est cum prædicato subjectum: ut in illis Curcul. Act. IV. Scena IV.

Quoi homini Dii sunt propitii, ei non esse iratos puto.

Sticho:

E malis multis, malum quod minimum est, id minimum est malum.

Captivis:

Hos quos videtis stare captivos duos,
Hi stant non sedent.

quæ jam docti collegerunt. Unde & istam summi Critici censuram meruit:

Plautus ad exemplar Siculi properare Epicharmi dicitur.

Quanquam sanè, alibi non invenustè iis usus est. Quæ Menander tamen, & imago ejus, de quo nunc agitur, Terentius, tanquam cum periculo conjuncta, serìò fugerunt. Hæc pro viro maximo Horatio; neque adversus Plautum dicta sunt: quem amamus, suspicimus, diligimus, ac veneramur. Verùm, ut judicium sic acuamus, simul ut acuti isti, quod videntur sibi, ità facetissimum scriptorem ament, legant, tractent atque edisc ant (quod & rectè & ordine ab iis fieri fatemur: neque enim satis commendari potest) ut nec planè & ubique veteribus proâbsse se meminerint; &, quod hìc præcipue speciamus, de Horatio ejúsque crisi, minùs liberè loquantur: Terentii autem miram, ac prope ineffabilem amœnitatem, elegantiam, judicium ac venustatem, intelligere paulatim discant. Cujus incredibiles lepores, ut Josephus Scaliger dicebat olim, vix centesimus eruditorum quisque videt. Nè cum illo simul & Asranium, antiquum Comicum, condemnent, cujus verissimum atque absolutum extat judicium,

Terentio non similem dices quempiam.

Nobis eruditi ignoscent, quòd hæc fusiùs: si cogitent præsertim munus veri Critici esse ac censoris, non literulam ejicere alibi, aut innocentem syllabam damnare, vocem tollere alibi aut emendare, sed sincerè de autoribus, ac rebus judicare: quod & solidæ & absolutæ eruditionis est. Quò, ni fallor, omnes aspiramus. Neque ullâ in re

magis

magis antiquitas prævit nobis. De autoribus autem comicis, uter melius judicare potuerit, ísne qui ætate illâ vixit, quo ad summum culmen poëtis pervenit, qui Poëta summus, summus Criticus, familiariter cum Cæsare Augusto ac Mæcenate vixit, eorúmque atque aliorum quotidie de his judicia audivit; an qui hodie harum rerum planè imperiti judicant, ipsi viderint.

Idem lib. De constitutione Tragœdiæ; ubi de morato agitur sermone.

Longè autem omnibus palmam hâc in parte Terentius præripuit. Cujus, sine summa voluptate, moratum nec legere nec recordari possumus sermonem. Stanè præ reliquis scriptoribus decorum intellexit: ac penè solus quæ ab Aristotele Rhetoricorum secundo de moribus præclarè observata sunt, divinitus expressit; vera Musarum delicia, & scenæ voluptas. A cujus elegantiâ, veniustate, lepore, venere, quo quis longius abest, eo minùs cum urbanitate commercii habet. Quod ubique vir emunctæ naris Horatius inculcat: & quod optimè hâc ætate Scaliger noster, ante hunc Erasmus; ante utrumque, Varro intellexit, qui, In argumentis Cæcilius palmam poscit, in ethesin Terentius, in sermonibus Plautus. *Argumentum est Fabula. Hæc tuus prima est. Secundum sunt Mores. Hæc secunda est. Postremum est Sermo. Hæc postrema est. Quanquam cur sermonem præferre Plautinum Varro, alibi nobis dictum est: cùm ut nimius sermonis prisci suo tempore amator, ab antiquis notetur. Qui pro* argumentis, pathesi *legerunt, quia latus hæc à Charisio peculiariter Cæcilio tribuitur; neque intellexerunt, quid esset argumentum neque eundem in utroque simul posse laudari. Ecce mores mitis viri:*

——credo, hercule. nam ingenium tuum novi
Liberale. sed vereor, nè indiligens nimiùm sies.

Iracundi,

Hei mihi, quid faciam? quid agam, quid clamem, aut querar?
O cœlum! ô terra! ô maria Neptuni!

Adolescentis, qui in prospera fortuna,

Jámne erumpere hoc licet mihi gaudium? pro Jupiter!
Nunc est profectò, interficí cùm perpeti me possim,
Nè hoc gaudium contaminet vita ægritudo ne.

Senis qui in adversa versatur,

Quid (hoc malum) infelicitatis, nequeo satis decernere,
Nisi me credo huic esse natum rei, ferundis miseriis.
Primus sentio mala nostra: primus rescisco omnia:
Primus porrò obnuntio. ægrè solus, si quid fiet, fero.

Fœminæ honestæ, quæ adulterii maritum convincit:

——an quidquam hodie est factum indignius?

Qui

Qui mihi ubi ad uxores ventum est, tum fiunt senes.

Et quæ sequuntur. Videsne sermones, qui, quod eleganter sint moreti, intimos sensus pertentant. Hoc interest, quòd pro personarum ratione, quibus gravioribus Tragœdia utitur, isti quoque variant.

Idem in Epist. Dedic. edit. suæ Terentianæ.

Itaque qui pueris modò propter inimitabilem Latinæ linguæ puritatem, Terentium commendant, his mihi pueri videntur; hoc est, senes stolidi, atque iis ipsis pueris inaptiores. Equidem, quanquam sæpe observâssem, senem Scaligerum (ut quem virum! postquam omnium disciplinarum ac scientiarum prope perlustrâsset adyta semper in manibus gestâsse hunc Comicum, neque illius lectione divinum illud pectus, explere potuisse; quanquam scirem, ut de reliquis nè dicam, Desiderium Erasmum, postquam nihil ignoravet, nihil tamen magis quàm lepores & prope ineffabilem Terentiani genii indolem, fuisse admiratum: tamen serò deperire eum cœpi; hoc est, postquam in dicendi arte, & in ea quæ de moribus est sapientia, sub præceptore Aristotele serò proficere cœpissem.

P. TERENTII VITA, EX ÆLIO DONATO.

PUBLIUS TERENTIUS *Afer, Carthagine natus, servivit Romæ Terentio Lucano senatori, à quo ob ingenium & formam, non institutus modò liberaliter, sed & maturè manumissus. Quidam captum esse existimant, quod fieri nullo modo potuisse, Fenestella docet; cum in fine secundi belli Punici, & ante initium tertii natus sit & mortuus: nec si à Numidis aut Getulis captus sit, ad ducem Romanum pervenire potuisset; nullo commercio inter Italicos & Afros, nisi post deletam Carthaginem, cœpto. Hic cum multis nobilibus familiariter vixit, sed maximè cum Scipione Africano, & cum Lælio; quibus etiam corporis gratiâ conciliatus existimatur, quod ipsum Fenestella arguit: contendens utroque majorem natu fuisse; quamvis Cornelius Nepos æqualis omnium fuisse tradat, & Porcius suspitionem de consuetudine per hæc faciat:*

Dum lasciviam nobilium & fucosas laudes petit,
Dum Africani voci divinæ inhiat avidis auribus,
Dum ad Furium se cœnitare & Lælium pulcrum putat,
Dum se amari ab hisce credit, crebrò in Albanum rapi
Ob florem ætatis suæ; ad summam inopiam redactus est.

Itaque è conspectu omnium abiit, in Græciam, terram ultimam. Mortuus est Symphalo Arcadiæ oppido. nil Publius Scipio profuit, nihil ei Lælius, nil Furius,

Tres per idem tempus qui agitabant nobiles facillimè,
Eorum ille operâ nè domum quidem habuit conductitiam,
Saltem ut esset, quo referret obitum domini servulus.

Scripsit comœdias sex: ex quibus primam Andriam cum ædilibus da-

rat, jussus ante Cæcilio recitare, ad cœnantem cùm venisset, dictus est initium quidem fabulæ, quòd erat contemptiore vestitu, subsellio, juxta lectulum residens, legisse: post paucos verò versus, invitatus ut accumberet, cœnasse unà: deinde cætera percurrisse; non sine magna Cæcilii admiratione. Et hanc autem & quinque reliquas æqualiter populo probavit. Quamvis Volcatius de enumeratione omnium ità scribit:

Sumetur Hecyra sexta ex iis fabula.

Eunuchus quidem bis acta est, meruitque pretium quantum nulla antea cujusquam comœdia, id est, octo millia nummûm. Propterea summa quoque titulo adscribitur. Nam Adelphorum principium Varro etiam præfert Principio Menandri. Non obscura fama est, adjutum Terentium in scriptis à Lælio & Scipione, quibuscum familiaritate vixit. Eandem ipse auxit. Nunquam enim, nisi leviter, se tutari conatur, ut in prologo Adelphorum:

Nam quod isti dicunt malevoli, homines nobiles
Hunc adjutare, assiduéque unà scribere:
Quod illi maledictum vehemens existimant,
Eam laudem hîc ducit maximam: cùm illis placet,
Qui vobis universis & populo placent,
Quorum operâ in bello, in otio, in negotio,
Suo quisque tempore usu' est sine superbia.

Videtur autem se levius defendisse, quia sciebat Lælio & Scipioni non ingratam esse hanc opinionem: quæ tamen magis & usque ad posteriora tempora valuit. Q. Memmius in oratione pro se ait: P. Africanus, qui à Terentio personam mutuatus, quæ domi luserat ipse, nomine illius in scenam detulit. Nepos auctore certo comperisse se ait, C. Lælium quondam in Puteolano Kalendis Martiis admonitum ab uxore, temporis ut discumberet, petisse ab ea, nè interpellaretur: seriis eandem ingressum triclinium, dixisse, non sæpè, in scribendo magis successisse sibi: deinde rogatum ut scripta illa proferret, pronunciásse versus qui sunt in Heautont.

Sati' pol proterve me Syri promissa huc induxerunt.

Sanctæ Terentium existimat, si modò in scribendo adjutoribus indiguerit, non tam Scipione & Lælio uti potuisse, qui tunc adolescentuli fuêre, quàm Sulpicio Gallo, homine docto, & qui consularibus ludis initium fecerit fabularum dandarum: vel Q. Fabio Labeone, & M. Popilio, consulari utroque ac poëtâ, ideò ipsum non juvenes designâsse, qui se adjuvisse dicerentur: sed viros; quorum operam & in bello, & in otio, & in negotio populus sit expertus. Post editas comœdias nondum quintum atque trigesimum egressus annum, causâ evitandæ opinionis, quâ videbatur aliena pro suis edere, seu percipiendi Græcorum instituta morésque, quos perinde exprimeret in scriptis; egressus urbe est, neque amplius rediit. De morte ejus Volcatius tradit:

Sed ut Afer sex populo edidit comœdias,
Iter hinc in Asiam fecit; navim cùm semel

conscendit;

Conscendit; visus nunquam est: sic vitâ vacat.

Q. Consetius redeuntem è Græcia periisse in mari dicit cum centum & octo fabulis conversis à Menandro. Cæteri, mortuum esse in Arcadia Stymphalo, sive Leucadia, tradunt, Cn. Cornelio Dolabella, M. Fulvio Nobiliore consulibus, morbo implicitum, acri dolore ac tædio amissarum fabularum, quas in navi præmiserat, ac simul fabularum, quas nôvas fecerat. Fuisse dicitur mediocri statura, gracili corpore, colore fusco. Reliquit filiam, quæ equiti Romano nupsit. Item hortulos XX jugerum, vitâ Appiâ, ad Martis villam, quò magis miror Porcium scribere:

——Nil Publius

Scipio profuit, nihil ei Lælius, nil Furius,
Tres per idem tempus qui agitabant nobiles facillimé.
Eorum ille operâ nè domum quidem habuit conductitiam:
Saltem ut esset quo referret obitum domini servulus.

Hunc Afranius quidem omnibus comicis præfert; scribens in compitalibus:

Terentio non similem dices quempiam.

Volcatius autem non solùm Nævio, & Plauto, & Cæcilio, sed Licinio quoque postponit. Cicero in Limone hactenus laudat:

Tu quoque, qui solus lecto sermone Terenti,
Conversam expressumque Latinâ voce Menandrum
In medio populi sedatis vocibus effers,
Quidquid come loquens, ac omnia dulcia dicens,

Item C. Cæsar.

Tu quoque tu in summis ô dimidiate Menander
Poneris. & meritò, puri sermonis amator.
Lenibus atque utinam scriptis adjuncta foret vis
Comica, ut æquato virtus polleret honore
Cum Græcis, neque in hâc despectus parte jaceres.
Unum hoc macerat & doleo tibi deesse Terenti.

Hæc Suetonius Tranquillus, nam duos Terentios poëtas fuisse scribit Mettius: quorum alter Fregellanus fuerit Terentius Libo: alter Libertinus Terentius, Afer patriâ, de qua nunc loquimur. Scipionis fabulas edidisse Terentium, Valgius in Actaone ait

Hæ quæ vocantur fabulæ, cujus sunt?
Non has, qui jura populis recensens dabat
Summo honore affectus, fecit fabulas?

Duæ ab Apollodoro translatæ esse dicuntur Comico; Phormio, & Hecyra; quatuor reliquæ à Menandro: ex quibus magno successu & prætio stetit Eunuchus: Hecyra sæpe exclusa, vix acta est.

ANDRIA
PUBLII TERENTII

Carthaginienſis Afri.

ACTA LUDIS MEGALENSIBUS, M. FULVIO ET M. GLABRIONE ÆDILIBUS CURULIBUS. EGERUNT L. AMBIVIUS TURPIO. ET L. ATTILIUS PRÆNESTINUS. MODOS FECIT FLACCUS CLAUDII FILIUS, TIBIIS PARIBUS, DEXTRIS ET SINISTRIS. ET EST TOTA GRÆCA. EDITA M. MARCELLO ET C. SULPITIO CONSULIBUS. ANNO AB URBE CONDITA IↃ LXXXVII ANTE CHRISTUM NATUM CLXII.

FABULÆ INTERLOCUTORES.

BYRRIA, *ſervus.*
CHARINUS, *adoleſcens.*
CHREMES, *ſenex.*
CRITO, *hoſpes.*
DAVUS, *ſervus.*
DROMO, *lorarius.*
GLYCERIUM, *meretrix.*
LESBIA, *obſtetrix.*
MYSIS, *ancilla.*
PAMPHILUS, *adoleſcens.*
SIMO, *ſenex.*
SOSIA, *libertus.*

PERSONÆ MUTÆ.

ARCHILLIS, *ancilla.*
CHRYSIS, *meretrix.*
NICERATUS, *adoleſcens.*
PHÆDRUS, *adoleſcens.*
CLINIA. *adoleſcens.*
PASIBULA. *eadem quæ Glycerium.*

ERASMI IDIOMATA PERSONARUM PRÆCIPUARUM.

Simo, *pius in filium, ſed naturâ vehementior.*
Pamphilus, *pius in patrem, ſed fideliter amans, & cordatus ut adoleſcens.*
Davus, *vafer ac ſpei pertinacis.*
Charinus, *ſimplex, ac nullius conſilii.*
Byrrhia, *Davo diſſimillimus, de ſperandi author.*
Crito, *pauper, ſed ob probitatem impatiens contumeliæ.*
Chremes, *pius in filiam; alioqui Simonis diſſimillimus, ingenio ſedato & placido componens omnia.*
Myſis, *callida & heræ amans.*

RATIO

Simo, ἀπὸ τῦ σιμῦ, qui simo naso est, ut à dictus à specie; simi enim fere sunt iracundi.

Chremes, ἀ χρήμα τιθυ, quod est enixè expetere. Senes enim tusi expurgant pectus.

Pamphilus, quasi πᾶσι φίλος, vel πάντας φιλῶν, i.e. omnibus charus, aut omnium amans.

Charinus, ἀπὸ τ χαρίεσθαι, à gratia, quasi dicas, gratiosus.

Sosia, à σωζεσθαι, servari, quod servatus in bello.

Davus, à patria, gentile nomen.

Mysis, item nomen gentile.

Byrria ἀπὸ τῦ πυρός, ab igne, quasi rubicundus, mutato π in β.

Glycerium, ἀπὸ τ γλυκέρας, à dulcedine, latinè, Suavium.

Lesbia, gentile nomen, à Lesbo patriâ.

Crito, ἀπὸ τῦ κρίτῦ, quod controversiam dirimat seu arbiter.

Dromo, ἀπὸ τῦ δρόμυ, à cursu fortasse κατ' ἀντίφρασιν.

Andriæ Argumentum,

C. SULPICIO APOLLINARI AUTORE.

Sororem falsò creditam meretriculæ,
Genere Andriæ, Glycerium vitiat Pamphilus:
Gravidáque factâ, dat fidem, uxorem sibi
Fore hanc: nam aliam pater ei desponderat
Gnatam Chremetis atque ut amorem comperit,
Simulat futuras nuptias; cupiens, suus
Quid haberet animi filius, cognoscere.
Davi suasu non repugnat Pamphilus,
Sed ex Glycerio natum ut vidit puerulum
Chremes, recusat nuptias, generum abdicat:
Mox filiam Glycerium insperatò agnitam
Dat Pamphilo hanc, aliam Charino conjugem.

Aliud, M. Ant. Mureti.

CHremes, & Phania, fratres Athenienses fuerunt. Eorum, Chremes profecturus in Asiam, Pasibulam filiolam, quam tum unicam habebat, fratris fidei credidit. Profecto eo, contigit, ut in Græcia magni bellorum motus excitarentur; quos fugiens Phania, cùm, impositâ secum in navim puellâ, ad fratrem iter cepisset, vi tempestatis fractâ navi, apud Andrum insulam ejectus est. Ibi applicat se ad Andrium quendam, hominem haud magnâ in re. à quo tamen benignè humanitérque exceptus, non ità multò pòst moritur. Hospes Andrius relictæ apud se puellæ commutat nomen, & pro Pasibula Glycerium nominat: cúmque per aliquot annos eam cum filia Chrysíde, pari utramque studio educâsset, decedit ipse quoque de vita. Chrysis, quæ se & orbam & inopem videret, abreptâ secum Glycerio, Athenas navigat. ubi cùm aliquandiu vitam lanâ telâque tolerâsset, ad postremum, adolescentum blanditiis & pollicitationibus victa, quæstum corpore facere incepit. Ventitabat ad eam inter cæteros Pamphilus, Simonis filius, probus & liberali prædítus ingenio adolescens: qui non Chrysidis ille quidem, sed ipsius Glycerii mirifico quodam amore percussus primus solúsque cum ea rem habuit, fidémque jam gravidæ dedit, eam sibi uxorem fore. Susceperat & postea Chremes aliam filiam, Philumenam nomine

nomine, eámque (jam enim nubilis erat) Pamphilo, bonâ adolescentis impulsus famâ, collocare cupiebat. Quid multa? ultrò ad Simonem venit, cum eo negotium conficit. Inscio Pamphilo, de communi senum sententiâ faciundis nuptiis constituitur dies. Adhuc hæc erant: cùm Chrysis moritur. Ibi primùm Simo de filii amore cognovit. nam cùm ambo unà in funus prodiissent, accidit, ut positâ in ignem Chryside, Glycerium se, præ doloris impatientiâ, eodem conjectura videretur. Accurrit Pamphilus, eámque mediam amplexus, ità consolari cœpit, ut plurimas minimèque dubias totius rei significationes daret. Itaque venit ad Simonem postridie Chremes, conditionem renunciat: comperisse se, Pamphilum peregrinam illam habere in uxoris loco; nescius, ex se natam esse eam, quam ità contumeliæ caussâ peregrinam nominaret. Gaudere, eâ re intellectâ, Pamphilus: dolere contrà accringi Simo. Advenit interea dies, qui nuptiis initio fuerat præstitutus. Simo, veteratoriâ quâdam calliditate, simulandas sibi, ad pertentandum filii animum, nuptias statuit, hoc cogitans, si abnueret filius, veram sibi objurgandi illius caussam fore; quæ ad eum diem nulla satis justa fuerat; sin annueret, facilè se, quod vellet, à Chremete impetraturum; atque ità verò nuptias, Diis adjuvantibus, factum iri. Præteriens igitur apud forum, secuto jam & nihil tale metuenti filio, Pamphile, inquit, abi domum, ac Deos comprecare: uxor tibi ducenda hodie est. Hoc dicto, velut improviso quodam jaculo, sauciatus adolescens quid ageret, aut quid consilii caperet, nesciebat: cùm ad eum Davus, vafro admodum ac versuto ingenio servus, animadversâ senis astutiâ, accurrit. Erat tum unà cum Pamphilo Charinus, qui a adolescens miro, quodam amore Philumenæ incensus, frustrà sæpè tentatis illius nuptiis, ad postremum audito eam eo die nupturam Pamphilo, in summam desperationem adductus, eum orabat, si se salvum vellet, ut vel eam nè duceret, vel saltem nuptiis dies aliquot produceret. Pamphilus eum suâ quidem caussâ bono esse animo, atque omnia ad impediendas nuptias moliri jubebat: se, quantum in se esset, efficturum, ea ut nè daretur sibi. Adveniens, ut dixi, Davus, Charinum, jam spei plenum, abire ad ambiendos senis amicos jubet: deinde seorsum Pamphilo conjecturas suas aperit, persuadétque, ut patri dicat, se paratum esse uxorem ducere, nam eo pacto, inquit, & patri omnem jurgandi occasionem præcideris, & non erit tam in verendum, nè nuptiæ fiant: numquam enim Chremes, tibi, semel repudiato, filiam suam iterum commissurus est. Hæc ità de servi consilio acta, longè aliter cecidere ac putabantur. exorat enim Chremetem Simo. Ità res in verarum nuptiarum discrimen adducitur. Fortè eo ipso die Glycerium, exactis temporibus, puerum peperit. eum puerum Davus, cùm aliter nuptias disturbare non posset, præ foribus ædium simonis ab ancilla collocandum curat. In eum cùm incidisset Chremes, & è Pamphilo natum esse cognôsset, rursùs abducit animum à nuptiis. Turbæ maximæ concitantur, donec advenit Crito Andrius qui, quod Chrysi fi genere proximus fuisset, ad cernendam illius hæreditatem Athenas venerat. ejus interventu Chremes filiam agnoscit. Ità, summâ omnium lætitiâ, Charino Philumena, Glycerium Pamphilo nubit.

PROLOGUS.

TERENTII ANDRIA.

¶ PROLOGUS.

POETA *cùm primùm animum ad scribendum appulit*
Id sibi negotî credidit solùm dari,
a *Populo ut placerent, quas fecisset, fabulas.*
Verùm aliter evenire multo intelligit:
b *Nam in prologis scribundis* c *operam abutitur,*
Non d *qui argumentum narret, sed* d *qui malevoli*
Veteris Poëtæ maledictis respondeat.
Nunc, quam rem vitio dent, quæso, animum advortite.
Menander fecit e *Andriam &* e *Perinthiam:*
Qui utramvis rectè nôrit, ambas noverit.
Non ità sunt dissimili argumento, sed tamen
Dissimili oratione sunt factæ ac stylo.
Quæ convenere, in Andriam ex Perinthia
Fatetur transtulisse, atque usum pro suis,
Isti id vituperant factum, atque in eo f *disputant,*

---

a UT quas fecisset fabulas, ea populo placerent.

b Operâ enim, quam in Prologo locatam oportuit ut argumentum narraret, necesse habet abuti, i.e. aliter quàm instituerat impendere in calumniæ depulsione, ut diluat maledicta malevoli Poëtæ Luscii Lavinii. Quem tamen non nominat. Cautum quippe erat, nè quis in theatro proscinderetur.

c Archaïcè. Plaut. *Nos aurum abuſos.* Bacchid. 2. Act. 3. Sc. *Hoc argento alibi abutar.* Persa Act. 2 sc. 3. h. e. utendo consumam, in quit Turnebus. 1. l. c. 8. & ab illo Pareus.

d *Qui* valet *ut: ut* narret, *ut* respondeat.

e Comœdias Græcas; ab Andro insulâ Maris Ægæi, unâ Cycladum; et Perintho Metropoli amplissimâ in ora Propontidis inter Byzantium & Callipolim, Leunclavio Heracleâ. h. *Pancirol.*

f Dissentiunt, ex *diu & putant.*

g Contaminari non decere fabulas.
Faciunt næ intelligendo ut nihil intelligant:
Qui cùm hunc accusant, Nævium, Plautum, Ennium
Accusant, quos hic noster autores habet:
h Quorum æmulari exoptat negligentiam
Potiùs, quàm istorum obscuram diligentiam.
Dehinc ut quiescant porrò, moneo, & desinant
Maledicere, malefacta nè noscant sua.
i Favete, adeste æquo animo, & rem cognoscite,
k Ut pernoscatis, ecquid spei sit reliquum
Posthac quas faciet de integro comœdias,
Spectandæ, an l exigendæ sint vobis prius.

g Mistas & inter se confusas fœdari. *Multas contaminâsse Græcas, dum facit paucas Latinas.* Prolog. Heautont. *Nè hoc gaudium contaminet vitæ agrestitudine aliquâ.*

h Cum quibus errare negligentiæ mavult, quàm malevolorum ignobilem sectari curiositatem.

i Rituale. *Favere linguis.* Hoc verbum, *non ut plerique existimant, à favore trahitur: sed imperata silentium, ut rite peragi possit sacrum, nullâ malâ voce obstrepente.* Seneca de Beatâ vitâ cap. 26. *Quòd multò magis &c*

k Alii ex Ms. *Ut perno, cat a.i.e* Poëta.

l Excludendæ, quia displicent. ex mente ipsius Terentii, qui suæ ipsius sententiæ promus condus opt. v. Hecyræ Prolog. *Novas qui exactas feci ut inveterascerent* et mox, *Partim sum earum exactus: partim vix steti:* ut ut Pareo placet *examinandæ*, à Censoribus sc. qui Athenis constituti de Comicis, & Comœdiis judicandis.

ACTUS I. SCENA I.

SIMO, SOSIA.

SI. *a* VOs *m* istæc intro auferte: abite. *Sosia*
Adesdum: paucis te volo. SO. *dictum puta.*
Nempe ut curentur rectè hæc. SI. *Imò aliud.* SO. *quid est,*

a Servi.

m Ob Gnatæ, fœrcres credo, annæ, tigna, aliumve apparatum ad simultatis nuptias. Neque n. placet quòd hinc ote gnatæ adferunt interpretes, de obsoniis & re culinariâ. cùm Davo infrà Act. Scen. 2. suboluerit, Nuptias non cohærere, quia paululum obsonii.

Quod

Quod tibi mea ars efficere hoc posſit amplius?
SI. *Nihil istac opus est arte ad hanc rem quam paro:*
Sed iis, quas semper in te intellexi sitas,
Fide & taciturnitate. SO. *exspecto, quid velis.*
SI *Ego postquam te emi à parvulo, ut semper tibi*
Apud me justa & clemens fuerit servitus,
Scis. c *feci, è servo ut esses* d *libertus mihi,*
Propterea quòd serviebas liberaliter.
Quod habui e *summum pretium, persolvi tibi.*
SO. f *In memoria habeo.* SI. g *haud muto factum.* SO. *gaudeo.*
Si tibi quid feci, aut facio, quod placeat, Simo: &,
Id gratum fuisse advorsum te, habeo gratiam.
Sed mi hoc molestum est: h *nam istæc commemoratio,*
Quasi exprobratio est immemoris beneficî.
Quin tu uno verbo dic, quid est, quod me velis.
SI. *Ità faciam. hoc primùm in hac re prædico tibi;*
Quas credis esse has, non sunt veræ nuptiæ.
SO. *Cur simulas igitur?* SI. *rem omnem à principio audies:*
i *Eo pacto & gnati vitam, & consilium meum,*
Cognosces, & quid facere in hac re te velim.
Nam is postquam k *excessit ex ephebis, Sosia,*

---

c Ἐγὼ σ' ἐδίδαξα ἀλλὰ σὸν' ἐλευθέριον. Menander.

d Libertus est, quem quis è servitute ad civitatem Rom. perduxit. Ulp.

e Ἀγαθὸν νοῦ ἔοικεν ἡ ἀκριβὴς τὸ μέτριον. Arrian. Epict. 3. 26.

f Gratus agnosco.

g Non itaque facti me pœnitet, neque n. per gratitudinem tuam habeo, cur infectum velim. Libertî ingrati in servitutem revocabantur. Sueton. Claud. valer. Max. l. 2. c. 6. Alex. ab Alex. l. 3. c. 20.

h Τὸ δὲ ἀληθέστατον ἀναμιμνήσκειν μικρὰ δεῖν ὑμᾶς ἴσον τοῦ ὀνειδίζειν. Demost. Crephi.

i Patitur apud Terentium breviter & commodè senex in Andria, quæ cognoscere libertum vult: *Eo pacto & 1 gnati vitam, & 2 consilium meum cognosces, & 3 quid facere in hac re te velim.* vide Cic. 2. de Oratore.

k Ἐξελθὼν ἐξ ἐφήβων. Xenoph. l. 4. Ephebus autem est qui ad pubertatis annos pervenit, quasi ἥβης quæ prima est pars adolescentiæ, extrema puerilis.

Liberiùs vivendi fuit potestas. nam antea
Quî scire posses, aut ingenium noscere,
Dum ætas, metus, k *magister prohibebant?* SO. *ità est.*
SI. *Quod* l *plerique omnes faciunt* m *adolescentuli,*
Ut animum ad aliquod studium adjungant, aut equos
Alere, aut n *canes ad venandum, aut ad philosophos,*
Horum ille nihil egregiè præter cætera
Studebat, & tamen omnia hæc mediocriter:
Gaudebam. SO. *non injuriâ: nam id arbitror*
Adprimè in vita esse utile, ut o NÈ QUID NIMIS.
SI. *Sic vita erat: facilè omneis perferre ac pati.*
Cum quibus erat cumque unà, iis sese dedere,
Eorum obsequi studiis, adversùs nemini,
Nunquam præponens se aliis. ità facillimè
Sine invidia invenias laudem, & amicos pares.
SO. *Sapienter vitam instituit. namq;* p *hoc tempore*
OBSEQUIUM AMICOS, *veritas odium parit.*
SI. *Interea mulier quædam abhinc triennium*
Ex Andro commigravit huc viciniæ,
Impiâ & q cognatorum negligentiâ
Coacta, egregiâ formâ, atque r *ætate integrâ.*
SO *Hei vereor, nè quid Andriâ apportet mali.*
SI. *Primùm hæc pudicè vitam, parcè, ac duriter*
Agebat, lanî ac telâ victum quæritans:

---

k Pædagogus, custos. *Cùm primùm pavido custos mihi parvæ cessit* &c. Pers. 5. sat.

l Πλειονοι, πλείονες, ὁι πολλοι. Locutio Attica.

m *Imberbis juvenis tandem custode remoto Gaudet equis canibusque & aprici gramine campi,* Horat. ad Pisones.

n Canes venaticos, ut *Leones ad frena* i. frænatos: *servum ad lineam* i. strictiorem: *ad manum, ad pedes* &c. venatus autem ἀπὸ τοῦ λαμβάνειν μόριόν τι, μᾶλλον ἢ ὅλου. Anstid.

o Τὸ μηδὲν ἄγαν, ἄγαν μὴ τίθεσο. Antholog. l. c. 12.

p Ut nunc sunt mores, sc. corrupti. Excusátque proverbium, *Obsequium amicos, veritas odium parit,* examinat. Cicero *Sed nescio quomodo verum est quod in Andria familiaris meus Terentius dixit: Obsequium amicos,* &c. Lælius Cicero nis.

q Leges jubebant Atticæ, ex cognatis proximum & ditissimum inopem cognatam aut ducere, aut ipsi dotem dare.

r In ipso ætatis flore.

Sed

Sed postquam amans accessit, pretium pollicens,
Unus, & item alter; ità ut INGENIUM *est omnium*
Hominum à labore proclive ad lubidinem;
Accepit conditionem, dein [s] *quæstum occipit.*
Qui tum illam amabant, fortè, ità ut fit, filium
Perduxere illuc secum, ut unà esset, meum.
Egomet continuò mecum: certè [t] *captus est.*
[u] *Habet. Observabam manè illorum servulos*
Venientes, aut abeuntes, rogitabam, heus puer:
Dic sodes, quis herì Chrysidem habuit? nam Andriæ
Illi id erat nomen. S. O. *teneo.* S. I. *Phædrum, aut Cliniam*
Dicebant, aut Niceratum. nam hi tres tum simul
Amabant. Eho, quid Pamphilus? [u] *symbolam*
Dedit, cœnavit. gaudebam. Item alio die
Quærebam: comperiebam nihil ad Pamphilum
Quidquam attinere. Enimvero spectatum satis
Putabam, & magnum exemplum continentiæ.
Nam qui cum ingeniis [x] *conflictatur ejusmodi,*
Neque commovetur animus in ea re tamen;
Scias posse habere jam ipsum suæ vitæ modum.
Cùm id mihi placebat, tum uno ore omnes omnia

---

[s] *Quæstum indignum facit corpore*, Plaut. in Pœnulo Act. 2. Sc.

[t] Tenetur, irretitur, translatum à ferarum venatu, aut etiam arenâ, ubi Retiarius cum Mirmillone componitur.

[u] An utique & hoc sumtum est ab arena? ubi gladiatori lethaliter vulnerato insultat adversarius, aut acclamat populus, *Hoc habet*: ità & hic lethali amoris vulnere percussus est. An sensu quo senex mox puerum rogat, *Quis herì Chrysidem habuit? habeo* inquit *Aristippus Laïda*, *non habeor à Laïde.*

[x] Symbolæ erant pecuniæ quas erogabant singuli ad cœnam collatitiam ἔκφορα, unde & cœna *collatio* dicebatur. *Ego verò, inquio ille, quoniam collectam à convivis, crasse, exigis.* Cic. de Oratore 1. 2. à συμβάλλω.

[y] Atteritur, sollicitatur, conversatur ejusmodi hominibus, neque corrumpitur interea. Usitatiùs adhibetur vox ista circa valetudinem. *Conflictari miseris valetudine.* Plin. Epist. *Conflictatus morbis* Sueton. Claud. 2. c. legitur & *conflictat*, versus gratia ut in Phormione, 5. act. 2. sc.

z *Bona dicere & laudare fortunas meas,*
Qui gnatum haberem tali ingenio præditum.
Quid verbis opus est? hac famâ impulsus Chremes
Ultro ad me venit, unicam gnatam suam
Cum dote summâ filio uxorem ut daret.
Placuit: despondi. Hic nuptiis dictus est dies.
SO. *Quid obstat, cur non verè fiant?* SI. *audies.*
Ferè in diebus paucis, quibus hæc acta sunt,
Chrysis vicina hæc moritur. SO. *ô factum bene!*
Beâsti: metui à Chryside. SI. *ibi tum filius*
Cum illis, qui amabant Chrysidem, unà aderat frequens;
Curabat unà a *funus. tristis interim,*
Nonnunquam conlacrymabat. Placuit tum id mihi,
Sic cogitabam: b *hic parvæ consuetudinis*
Caussâ mortem hujus tam fert familiariter:
Quid, si ipse amâsset? c *quid mihi hic faciet patri?*
Hæc ego putabam esse omnia humani ingeni
Mansuetique animi officia. Quid multis moror?
Egomet quoque eius caussâ in funus prodeo,
Nihil suspicans etiam mali. SO. *hem, quid est?* SI. *scies.*
d *Effertur. imus. interea inter mulieres,*
Quæ ibi aderant, fortè unam adspicio adolescentulam,

---

z Εὐημερῶν, læta & fausta prædicare unde Scoppa legit omina. i. Læta precabantur, gratulati mihi talem filium.

a Funebrem pompam, apparatum, ritus. vide tit. *Funus*, Indice nostro Poëtico.

b Citantur hi versus à Ciceronis Antonio lib. 2. de oratore, exemplum argumentationis à Minori.

c Atque hoc hemistichium, *quid mihi hic faciet patri*, Epistol. famil. 9. l. 7 ep.

d Narrationem hanc bene moratam & ad persuadendum accommodatam laudat Cicero: *Nam is postquam excessit ex ephebis, quam longa est narratio? mores adolescentis, & servuli percontatio, mors Chrysidis, vultus & forma & lamentatio sororis, reliqua perquàm & jucundè narrantur. Quòd (si hanc brevitatem quæsisset,* Effertur, imus, ad sepulcrum venimus, In ignem posita est, *in his fere decem verniculis totum conficere potuisset. Quanquam hoc ipsum,* Effertur, imus, *concisum est ita, ut non brevitati serviatur sit sed vitio. Quòd si nihil fuisset, nisi* In ignem posita est, *tamen res tota cognosci facilè potuisset.* lib. de oratore.

Famâ

Formâ. SO. *bonâ fortaſſe* SI. *& voltu, Soſia,*
Adeò modeſto, adeò venuſto, ut nihil ſupra.
Quia tum mihi lamentari præter cæteras
Viſa eſt, & quia erat formâ præter cæteras
Honeſtâ, & liberali; accedo ad pediſequas,
Quæ ſit rogo. ſororem eſſe aïunt Chryſidis.
Percuſſit illico animum. at at, hoc illud eſt,
Hinc illæ lacrumæ, hæc illa eſt miſericordia.
SO. *Quàm timeo, quorſum evadas.* SI. *Funus interim*
Procedit: ſequimur: ad ſepulcrum venimus.
e In ignem poſita eſt. fletur. Interea hæc ſoror,
Quam dixi, ad flammam acceſſit imprudentiùs,
Satìs cum periculo. ibi tum exanimatus Pamphilus,
Bene diſſimulatum amorem & celatum indicat:
Adcurrit: mediam mulierem complectitur.
Mea Glycerium, inquit, quid agis? cur te is perditum?
Tum illa, ut conſuetum facilè amorem cerneres,
Rejecit ſe in eum flens quàm familiariter.
SO. *Quid aïs?* SI. *redeo indè iratus, atque ægrè ferens.*
Nec ſatìs ad objurgandum cauſſæ diceret,
Quid feci? quid commerui aut peccavi pater?
Quæ ſeſe voluit in ignem injicere, prohibui,
Servavi. honeſta oratio eſt. SO. *rectè putas:*
Nam ſi illum objurges, vitæ qui auxilium tulit,
Quid facias illi, qui dederit damnum, aut malum?
SI. *Venit Chremes poſtridie ad me, clamitans,*
Indignum facinus, comperîſſe Pamphilum
Pro uxore habere hanc f peregrinam. Ego illud ſedulò
Negare factum. ille inſtat factum. denique
Ità tum diſcedo ab illo, ut qui ſe filiam

---

e Varios gentium mores in condendis humandiſq; corporibus defunctorum, vide apud Cic. 1. Tuſc. quæſt. Alex. ab Alexandro, lib. 2. c. 3 de Exequiis, funebri appa-

ratu, pompâ & ritu, adi Indicem, noſtrum poëticum. tit. *Funus.*

f Malè audiebant peregrinæ, tanquam meretrices.

Neget daturum. SO. *Non tu ibi gnatum?* SI. *nè hæc quidem*
Satis vehemens causſa ad objurgandum. SO. *quî, cedo?*
SI. *Tute ipſe his rebus finem præſcripſiſti, pater.*
g Prope adeſt, cum alieno more vivendum eſt mihi:
Sine, nunc meo me vivere interea modo.
SO. *Quis igitur relictus eſt objurgandi locus?*
SI. *Si propter amorem uxorem nolit ducere;*
Ea primum ab illo animadvertenda injuria eſt.
Et nunc id operam do, ut per falſas nuptias
Vera objurgandi cauſſa ſit, ſi deneget.
Simul, ſceleratus Davus ſi quid conſilî
Habet, ut h *conſumat nunc, cum nihil obſunt doli.*
Quem ego credo i *manibus pedibuſque obnixè omnia*
Facturum. magìs id adeo, k *mihi ut incommodet,*
Quàm ut obſequatur gnato. SO. *quapropter?* SI. *rogas?*
I MALA MENS, MALUS ANIMUS. *quem quidem ego ſi*
ſenſero,——
Sed quid opus eſt verbis? ſin eveniat, quod volo,
In Pamphilo ut nihil ſit moræ, reſtat Chremes,
Qui mihi exorandus eſt, & ſpero confore.
Nunc tuum eſt officium, has bene ut adſimules nuptias:
Perterrefacias Davum, obſerves filium,
Quid agat, quid cum illo conſilii capiet. SO. *ſat eſt:*
Curabo. eamus jam nunc intro. SI. *i præ, ſequar.*

---

g Dictus eſt dies nuptiis, prope eſt cùm amore & fide conjugali vivendum; liceat interea meo arbitratu, libero ac amatorio, vivere, atque hoc ex licentia morum Atticorum, ſcenâ ſequenti, *Dum tempus ad eam rem tulit, ſivi, animum ut explerem ſuum, &c.*

h Incaſſum perdat, abſque damno meo.

i ὅσον δυνάμει χειρίστη ποσὶν ἢ ὁδίτης. Hom. 5. Il. παντοδύνῃ 2. Il.

k Naturale eſt ſervis odiſſe dominos: quos metuunt oderunt: quot ſervos, tot habemus hoſtes, genus gratuitò malum τοῖς δεσπόταις ἀεὶ ἐχθρὸν καὶ πολέμιον ἢ ἂν χρηστοὶ δοῦλοι ὦσιν, Marcellin. in Hermogenem, vid. 47 Epiſt. Senecæ.

l Ex malæ mentis fonte profluunt malæ imaginationes, mala voluntas, conſilia prava, operationes malæ.

ACTUS I. SCENA II.

DAVUS, SIMO.

D. NOn dubium eſt, quin uxorem nolit filius:
Ità Davum modo timere ſenſi, ubi nuptias
Futuras eſſe audivit, ſed ipſe exit foràs.
D. Mirabar, hoc ſi ſic abiret: & heri [a] ſemper lenitas,
Verebar, quorſum evaderet.
Qui poſtquam audierat non datum iri filio uxorem ſuo,
Nunquam cuiquam noſtrùm verbum fecit, neque id ægrè tulit.
S. At nunc faciet: neque, ut opinor, ſine tuo magno malo.
D. Id voluit, nos ſic nec opinanteis duci [b] falſo gaudio,
Sperànteis jam amoto metu, interea [c] oſcitanteis opprimi,
Vèrè eſſet ſpatium cogitandi ad diſturbandas nuptias.
Aſtuté! S. carnifex quæ loquitur? D. herus eſt, neque prævideram.
S. Dave! D. hem, quid eſt? S. ehodum ad me. D. quid hic volt?
S. quid aïs? D. quâ de re? S. rogas?
Meum gnatum rumor eſt amare. D. [d] id populus curat ſcilicet.

---

[a] PEr ὑὸ ὐ jungi volunt, aut ſit continuata & uſque nunc ſimulata lenitas, in ſub ſidio latens, opportunitatem erumpendi captans.

[b] Adi Senecam epiſt. 59. ubi *mala gaudia* & *falſa gaudia* excutiuntur.

[c] Al. *inter oſcitantes*. h. e. ſecuros ac negligentes. *Deliberatum eſt*, inquit Agellius, *de nota ejus, qui adverſarios ab amico advocatus eſt, & injuria ſtans, clarè nimis ac ſonorè oſcitavit. Atque mihi, propè ut flectaretur fuit; tanquam illud indicium vagi animi foret & allucinantis, atque ſtultæ & & apertæ ſecuritatis &c.* 4. l. 20. c.

[d] Quaſi verò id populo curæ ſit, de filii tui amore rumigerare vel rumiferare, ut loquitur Plautus Amphitr. 2. act. 2. ſc. 3. *Hoccine*

S. *Hoccine agis, an non?* D. *ego verò istuc.* S. *sed nunc* e *ea me exquirere,*
Iniqui patris est. Nam, quod antehac fecit, nihil ad me attinet.
Dum tempus ad eam rem tulit, sivi animum ut expleret suum:
f *Nunc hic dies aliam vitam adfert, alios mores postulat.*
Debinc postulo, si sive æquum est, te oro Dave, ut redeat jam in viam.
D. *Hoc quid sit?* S. *omnes qui amant, graviter sibi dari uxorem ferunt.*
D. *Ità aiunt.* S. *tum si quis magistrum cepit ad eam rem* h *improbum,*
*Ipsum animum*i *ægrotum ad deteriorem partem plerumq; applicat.*
D. *Non hercle intelligo.* S. *non? hem.* D. *non:* k DAVUS SUM, NON OEDIPUS.
S. *Nempe ergò apertè vis, quæ restant, me loqui.* D. *sanè quidem.*
S. l *Si sensero hodie quidquam in his te nuptiis*
Fallaciæ conari, quo fiant minùs,
Aut velle in ea re ostendi, quàm sis callidus,
*Verberibus cæsum te*m *in pistrinum, Dave, dedam usque ad necem;*
*Eâ lege*n *atque omine, ut, si te indè exemerim, ego pro te molam.*
Quid, hoc intellextin? an nondum etiam nè hoc quidem? D. *imò callidè:*
Ità apertè ipsam rem modò locutus: o *nihil circuitione usus es.*

e Scenâ præcedente *Prope adest, cùm aluno &c.* & Scen. 1. act. 2. & 6. Scen. act. 2.

f Citat hunc versum Cicero l. 12. 25. epist. famil. Ἄλλος βίος ἄλλη ἡδονή. Proverb. apud Zenobium.

g Epanorthosis amara.

h Cujus operâ & consilio improbo seducatur, ut Pamphilus ruo.

i Stoïci cupiditates & affectus animi morbos esse sentiunt. Cic. Tusc. qui æst.

k Servus sum, barbarus, & simplex; non Oedipus, qui ænigmata & perplexa problemata, polsim solvere, vide quid nos ad Thebaida Senecæ 119 vers. ἐ μάντις εἰμὶ τ' ἀφανῆ γνῶναι σοφός. Euripid. *Oedipo conjectore est opus.*

l *Precibúsque minas regaliter addit.* Ovid. 2. Metam. *Imperium, promissa, minas confundit in unum.*

m Ad molam trusatilem, vide 3. act. 4. sc.

n Leges ipsæ auspiciis ferebantur. Neque Deorum soldam voces observaverunt, sed etiam hominum, quæ vocant omina &c. Cic. 1. de Divinatione.

o Nullâ ambage verborum.

S. *Ubivis facilius passus sim, quàm in hac re me deludier.*
D. P *Bona verba quæso.* S. *irrides?* Q *nihil me fallis.*
Sed dico tibi,
Ne temere facias, neque tu haud dicas tibi non prædictum: cave.

P Ευφημισμὸς σωφρονικός.
Q Καὶ μὴν ἐγὼ λέγω μὲν ἀν. *Menandr.*

ACTUS I. SCENA I.

DAVUS.

D. *Etsi nunquam* [a] *segnitiæ, neque socordiæ,*
Quantùm intellexi modò senis sententiam de nuptiis.
Quæ si non astu providentur, me aut [b] *herum* [c] *pessundabunt.*
Nec, quid agam, certum est, Pamphilúmne adjutem, an auscultem seni.
Si illum relinquo, ejus vitæ timeo: sin opitulor, hujus minas;
Cui verba dare difficile est. Primùm jam de amore, hoc comperit:
Me infensus servat, nè quam faciam in nuptiis fallaciam.
Si senserit, perii; aut, si libitum fuerit, caussam cepe it,
[d] *Quo jure quâque injuriâ, præcipitem me in* [e] *pistrinum dabit.*

---

[a] SEgnitiæ, inquiunt, ad agendum: socordiæ ad considerandum.

[b] Herilem filium, Pamphilum.

[c] Perdent: *pessum ire*, e. ad pedes, ad imum præcipitabunt, καταβυθίσουσι. Mergent funditus. *Servum ego ratem esse amanti hero aquum censeo ut toleret, nè pessum abeat.* Plaut. Aul. 4. 1. *Quasi in piscinam rete qui jaculum petat? Quando abiit rete pessum, tum adducit sinum.* Plaut. Trucul. 1. act. 1. sc.

[d] Plaut. Rudent. 4. 4. *Quomodo habeas; jure, an injuriâ.* noster in Adelph. scen. ult. *justa; injusta.* sic, *fas, nefas; fanda, nefanda; scis, nescis; velis, nolis.*

[e] Infra. 3. act. 4. scena.

Ad

Ad hæc mala hoc mî accedit etiam : hæc Andria,
Sive iſta uxor, ſive amica eſt, gravida è Pamphilo eſt.
Audireque eorum eſt operæ-pretium audaciam :
Nam incœptio eſt f amentium, haud f amantium :
Quidquid peperiſſet, decreverunt g tollere :
Et fingunt quandam inter ſe nunc fallaciam,
Civem Atticam eſſe hanc. Fuit olim quidam ſenex
Mercator : navem is fregit apud Andrum inſulam :
Is obiit mortem : ibi tum hanc ejectam Chryſidis
Patrem recepiſſe orbam, parvam. Fabulæ.
Mihi quidem hercle non ſit veriſimile.
Atqui ipſis commentum placet.
Sed Myſis ab ea egreditur. At ego hinc me ad forum, ut
Conveniam Pamphilum, nè de hac re pater imprudentem op-
primat.

---

f Paronamaſia.

g Mas utique foret, aut fœmina, pro legitimo patri decrevere. ſuſcipere ; non exponere pro illegitimo. Neque n. hîc locum habet mos ille tollendi infantem de terra, aut ope Deorum *Opis* atque *Levana*. vide act 4. ſc. 5. infrà, & Eunuch. act. 5. ſc. 5.

ACTÛS I. SCENA IV.

MYSIS, ARCHILLIS.

AM. *Vdivi*, a *Archillis, jam dudum : Leſbiam adduci jubes.*
Sanè pol illa temulenta eſt mulier, & temeraria,

---

a VIdetur hæc Archillis adſtetrix fuiſſe, quam nos *nutricem* ſiccam vocamus, cujus officium erat, ut ex Hieronymi epiſtola Sect. 9. l. 2. diſcimus, *aſſidere lectulo, obſtetrices adhibere linguentri &c.*

Nec

Nec satis digna, cui committas primo partu mulierem.
Tamen eam adducam. Importunitatem spectate aniculæ:
Quia compotrix ejus est. b *Dii date facultatem, obsecro,*
Huic pariundi, atque illi in aliis potiùs peccandi locum.
Sed quidnam Pamphilum exanimatum video? vereor, quid fiet.
Opperiar, ut sciam, num quidnam hæc turba tristitiæ adferat.

---

b Dii Geniales, Nuptiales quinque, Jupiter adultus, Hymenæus, Juno adulta, Venus suadela, Diana Lucina. vide quæ nos ad Senecæ Medeam v. 1.

ACTUS I. SCENA V.

PAMPHILUS, MYSIS.

P. *Hoccine est humanum factum aut incœptum? hoccine officium patris?*
M. *Quid illud est?*
P. *Pro deûm atque hominum fidem! quid est, si non hæc contumelia est?*
Uxorem decrêrat dare sese mihi hodie. Nonne oportuit
Præscisse me antè? a *nonne priùs communicatum oportuit?*
M. *Miseram me! quod verbum audio?* P. *quid Chremes? qui denegârat*

---

a Nuptiarum quippe potestas non omnis in patre est, quarum sponsiones fiebant, vel inter ipsos qui nuptias contracturi erant; vel inter patrem puellæ & adolescentem, vel inter utriusque parentes. Quò sanctum foret matrimonium, consponsiones parentum sine liberorum adstipulatione nullius habebantur momenti. Quanquam non tam eorum consensus requireretur, quàm nè justâ de causâ possent contradicere. Hotm.

Se

Ad hæc mala hoc mî accedit etiam : hæc Andria,
Sive istâ uxor, sive amica est, gravida è Pamphilo est.
Audiréque eorum est operæ pretium audaciam :
Nam incœptio est f amentium, haud f amantium :
Quidquid peperisset, decreverunt g tollere :
Et fingunt quandam inter se nunc fallaciam,
Civem Atticam esse hanc. Fuit olim quidam senex
Mercator : navem is fregit apud Andrum insulam :
Is obiit mortem : ibi tum hanc ejectam Chrysidis
Patrem recepisse orbam, parvam. Fabula.
Mihi quidem hercle non fit verisimile.
Atqui ipsis commentum placet.
Sed Mysis ab ea egreditur. At ego hinc me ad forum, ut
Conveniam Pamphilum, nè de hac re pater imprudentem opprimat.

---

f Paronomasia.

g Mas utique foret aut fœmina, pro legitimo partu decreverunt susçipere ; non exponere pro illegitimo. Neque n. hîc locum habet mos ille tollendi infantem de terra, aut ope Deorum *Opis* atque *Levanæ*. vide act 4. sc. 5. infrà, & Eunuch. act. 5. sc. 5.

ACTUS I. SCENA IV.

MYSIS, ARCHILLIS.

AM. *Vdivi*, a *Archillis, jam dudum : Lesbiam adduci jubes.*
Sanè pol illa temulenta est mulier, & temeraria,

---

a VIdetur hæc Archillis adstetrix fuisse, quam nos *nutricem siccam* vocamus, cujus officium erat, ut ex Hieronymi epistola Sect. 9. l. 2. discimus, *assidere lectulo, obstetrices admonere laborantis* &c.

Nec

Nec satis digna, cui committas primo partu mulierem.
Tamen eam adducam. Importunitatem spectate aniculæ:
Quia compotrix ejus est. b *Dii date facultatem, obsecro,*
Huic pariundi, atque illi in aliis potiùs peccandi locum.
Sed quidnam Pamphilum exanimatum video? vereor, quid
fiet.
Opperiar, ut sciam, num quidnam hæc turba tristitiæ adferat.

---

b Dii Geniales, Nuptiales quinque, Jupiter adultus, Hymenæus, Juno adulta, Venus suadela, Diana Lucina. vide quæ nos ad Senecæ Medeam v. 1.

ACTUS I. SCENA V.

PAMPHILUS, MYSIS.

P. *Hoccine est humanum factum aut incœptum? hoccine officium patris?*
M. *Quid illud est?*
P. *Pro deûm atque hominum fidem! quid est, si non hæc contumelia est?*
Uxorem decrêrat dare sese mihi hodie. Nonne oportuit
Præscisse me antè? a *nonne priùs communicatum oportuit?*
M. *Miseram me! quod verbum audio?* P. *quid Chremes? qui denegârat*

---

a Nuptiarum quippe potestas non omnis in patre est, quarum sponsiones fiebant, vel inter ipsos qui nuptias contracturi erant; vel inter patrem puellæ & adolescentem, vel inter utriusque parentes. Quò sanctum foret matrimonium, consponsiones parentum sine liberorum adstipulatione nullius habebantur momenti. Quanquam non tam eorum consensus requireretur, quàm nè justâ de causâ possent contradicere. Hotm.

Se

b *Se commissurum mihi gnatam suam uxorem ; id mutavit ;*
Quoniam me immutatum videt.
Itáne obstinatè operam dat, ut me à Glycerio miserum abstrahat?
Quod si sit, pereo funditus.
Adeon' hominem c *invenustum esse, aut infelicem quenquam,*
ut ego sum ?
Prò deûm atque hominum fidem ! nullon' ego
Chremetis pacto affinitatem effugere potero ? Quot modis
Contemptus, spretus ? facta, d *transacta omnia. Hem !*
Repudiatus repetor. quamobrem ? nisi si id est, quod suspicor :
ALIQUID e MONSTRI ALUNT. *ea quoniam*
nemini obtrudi potest,
Itur ad me. M. *oratio hæc me miseram exanimavit metu.*
P. *Nam quid ego dicam de patre ? ah !*
Tantámne rem tam negligenter agere ? præteriens modò,
Mihi, apud forum, uxor tibi ducenda est Pamphile hodie, in-
quit : para :
Abi domum. id mihi visus est dicere, f *abi citò, & suspende te.*
Obstupui. censen' ullum me verbum potuisse proloqui,
Aut ullam caussam, ineptam saltem, fassam, iniquam ? obmutui.
Quod si ego rescissem id prius, quid facerem, si quis nunc me
roget ;

---

b Nondum mutârat consilium Chremes, quod facit infrà Act. 3. sc. 3. sed ex oratione patris Pamphilus colligit mutâsse.

c *Venustus* dicitur, cui Venus formæ lætos afflavit honores, qui dictionis aut gestus conciliavit gratiam ; *invenustus* contrà. Hìc autem significat infortunatum. Venustus, in talorum jactu felicissima est. Quod sit ubi canis, ternarius, quaternarius, & senio simul apparent, victoremque pronunciant. Cui frequens favet venus ἀναφρόδιτος. i. e. *venustus*, cui non favet, *invenustus* dicitur. utì hic in amoribus, unde addit *infelicem*, Ἀναφρόδιτος. Apollo apud Lucianum.

d Formula à foro ducta, in pactis & contractibus.

e Monstrum alitur, ubi quid occulti vitii latere significamus, haud scio an indè sumpta Metaph. Quòd monstra ob pudorem clanculum alantur. Erasm.

f Ex Plauti Pœnulo. *Abi domum, & suspende te.* 3. act. 2. sc.

Aliquid

Aliquid facerem, g *ut hoc nè facerem. Sed nunc quid primùm exequar?*
Tot me impediunt curæ, quæ meum animum divorsè trahunt:
Amor, misericordia hujus, nuptiarum sollicitatio,
Tum patris pudor, h *qui me tam leni passus est animo usque adhuc,*
Quæ meo cunque animo libitum est, facere: eine ego ut advorser? hei mihi!
Incertum est, quid agam. M. *misera timeo, hoc incertum quorsum accidat.*
Sed nunc peropus est, aut hunc cum ipsa, aut me aliquid de illa i *advorsum hunc loqui.*
Dum IN DUBIO EST ANIMUS k PAULO MOMENTO huc ILLUC IMPELLITUR.
P. *Quis hic loquitur? Mysis salve.* M. *ô salve Pamphile.*
P. *Quid agit?* M. *rogas?*
Laborat è dolore: atque ex hoc misera solicita est, diem
Quia olim in hunc sunt l *constitutæ nuptiæ: tum autem hoc timet,*
Nè deseras se. P. *Hem! egone isthuc conari queam!*
Ego propter me illam decipi miseram sinam!
Quæ mihi suum animum atque omnem vitam credidit;
Quam ego animo egregiè caram pro uxore habuerim,
Bene & pudicè ejus doctum atque eductum, sinam,
m *Coactum egestate ingenium immutarier!*
Non faciam. M. *haud vereor, si in te solo sit situm:*

---

g Nè ducerem aliam uxorem quàm Philumenam.

h Scen. 1. Indultam filio ad tempus licentiam sibi excusat pater. & Sc. 2. idem. *Dum tempus ad eam rem tulit, sivi animum ut expleret suum,* & 2. 2ć. 6. sc. *Dum licitum est, dùmque ætas tulit.*

i Apud hunc. ut 1. 2ć. 1. sc. *Et id gratum fuisse advorsum te, habeo gratiam.*

k Translatum à statera, cujus examinatio per linguam bilancis, parvi ponderis momento huc vel illuc inclinat. Achilles Tatius l. 5. τῶν ψυχῶν ἴσχον ἐπὶ τερατίνης ἀκριβῶς ἐξ ἑφθοῦ.

l A patre tuo.

m *Inopiâ & cognatorum negligentiâ* coactum, ut de Chryside dictum, Scen. 1.

Sed

Sed vim ut queas ferre. P. *adeon' me ignavum putas?*
Adeon' porrò ingratum, aut inhumanum, aut ferum,
Ut neque me n *consuetudo, neque amor, neque pudor*
o *Commoveat, neque commoneat, ut servem fidem?*
M. *Unum hoc scio, meritam esse, ut memor esses sui.*
P. *Memor essem! ô Mysis, Mysis, etiam nunc mihi*
p *Scripta illa dicta sunt in animo Chrysidis*
De Glycerio. Iam ferme moriens me vocat:
Accessi: vos semotæ: nos soli: incipit:
Mi Pamphile, hujus formam atque ætatem vides:
Nec clam te est, q *quàm illi utraque res inutiles*
Et ad pudicitiam & ad tutandam rem sient.
Quod ego te per hanc r *dextram oro, & ingenium tuum,*
Per tuam fidem perque hujus solitudinem
Te obtestor, nè abs te hanc segreges, neu deseras:
Si te in s *germani fratris dilexi loco,*
Sive hæc te solum semper fecit maximi,
Seu tibi t *morigera fuit in rebus omnibus:*
Te isti virum do, amicum, tutorem, patrem:
u *Bona nostra hæc* x *tibi committo, & tuæ mando* x *fidei.*
Hanc mî in manum dat: mors continuò ipsam occupat.
Accepi: acceptam servabo. M. *ità spero quidem.*
P. *Sed cur tu abis ab illa?* M. *obstetricem accerso.* P. *propera.*

---

n Antithetorum ἀντιθέσεων. *Consuetudo* ad ferum, *amor* ad inhumanum, *Pudor* ad ingratum.

o Antonomasia.

p Ἐμφανέστατα ταῖς φρεσί. Pindar. 10. Olimp.

q Al *quàm illi nunc utraque inutiles & ad pudic. Lis est cum forma magna pudicitia* & Juvenal. *Rara est adeo concordia forma atque pudicitia.* 10. Sat.

r Fœderis & fidei pignus. *Per ego te has lacrymas dextramque tuam, te.* Dido Virgiliana. 6. Æn.

s *Sororem esse aiunt. Chrysidis.* Simo 1. scen.

t *Æneas & comes tuorum, & morigerator. Hæc sunt venena formosarum mulierum.* Afranius in Vopisco.

u Pegulum, supellectilem.

x Tanquam justo atque legitimo hæredi, fiduciario.

Atque

Atque audin' ? verbum unum cave de nuptiis.
Nè ad morbum hoc etiam. M. *teneo.*

ACTÛS II. SCENA I.

CHARINUS, BYRRHIA, PAMPHILUS.

[a] *QUid aïs, Byrrhia !*
Datúrne illa Pamphilo hodie nuptum ? B. *sic eſt.* C. *quî*
ſcis, Byrrhia ?
Apud forum modò de Davo audivi: C. *væ miſero mihi !*
[b] *Ut animus in ſpe atque in timore uſque antehac attentus*
fuit,
Ità, poſtquam adempta ſpes eſt, laſſus, curâ confectius ſtupet.
B. *Quæſo edepol Charine,* [c] *quoniam id fieri, quod vis, non*
poteſt,
Velis id, quod poſſit. C. [d] *nihil aliud, niſi Philumenam volo.*
B. *Ah, quantò ſatius eſt, te id dare operam,*
Quî iſtum amorem ex animo amoveas, quàm id loqui,
Quò magis libido fruſtrà incendatur tua.

---

[a] NE Philumena, à Pamphilo repudiata, omnino ſprera & deſerta videretur, ad plenam Comœdiæ Cataſtrophen introduciſtur alter amator.

[b] Huc uſque animus ſuſtinebatur æquus inter ſpem & timorem, jam verò ſpei nervo inciſo labaſcit, conſilii auxiliique inops torpet, tanquam arcus antehac intentus, nunc ſpe deplorata, laxus flaccelſit.

[c] Citat hunc Terentii locum Auguſtinus l. 14. de Civitate c. 15. & 1. de vita beata. Crito infrà act. 4. ſc. 5. *Ita quimus, quando ut volumus, non licet.* οὐ δυνάμεθα ὃ θέλεις, θέλεις ὃ δυνάμεθα.

[d] Apud Terentium flagitioſus adoleſcens inſanâ flagrans cupidine, Nihil volo aliud &c. Auguſtin. l. 14. c. 8.

C. e FACILE OMNES, cum VALEMUS, RECTA CONSILIA ÆGROTIS DAMUS.

Tu si f *hîc sis, aliter sentias.* B. *age, age, ut lubet.* C. *sed Pamphilum*

Video. omnia experiri certum est priùs, quàm pereo. B. *quid hic agit?*

C. *Ipsum hunc orabo: huic supplicabo: amorem huic narrabo meum.*

Credo, impetrabo, ut aliquot saltem nuptiis g *protrahat dies.*

Interea fiet aliquid, spero. P. *id aliquid nihil est.* C. *Byrrhia!*

Quid tibi videtur? adeòn' ad eum? B. *quid ni? Si nihil impetres,*

Ut te arbitretur sibi paratum mœchum, si illam duxerit.

C. *Abin' hinc in* h *malam rem cum suspicione istâc, scelus!*

P. *Charinum video. salve.* C. *ô salve Pamphile:*

Ad te advenio, spem, salutem, auxilium, consilium expetens.

P. i *Neque pol consilii locum habeo, neque auxilii copiam.*

Sed istuc quidnam est? C. *hodie uxorem ducis?* P. *aiunt.*

C. *Pamphile,*

Si id facis, hodie postremum me vides. P. *quid ità?* C. *hei mihi,*

k *Vereor dicere: huic dic quæso, Byrrhia!* B. *ego dicam.*

P. *quid est?*

---

e Thales interrogatus, quid esset difficillimum? respondit, ἑαυτὸν γνῶναι: quid facillimum? ἄλλῳ υἱοποιῆσαι. Laërtius. ἀστανίτες ἰσμὲν εἰς τὸ γνῶθι σαυτὸν, ἀτὰρ δ' ἀμφιδέξιος εὐμαθὴς πανοῦργος Menander. ῥᾴδιον παραινεῖν ἢ ποιοῦντα γνῶμην. Idem γλῶσσα μισοῦντα ῥᾴστα πᾶς τις ποιεῖ. Idem.

f Δεικνύων seipsum indigitans. vel *hîc*, meo loco.

g Protrahat, proferat.

h Exitium, in crucem, supplicium te dignum, ad corvos.

i Ab amante nullam consilii facultatem, à misero & inope nullam auxilii copiam exspectes. *Magisque ei adeò consiliarius hic amicus est, quàm auxiliarius.* Plautus in Truculento act. 2. sc. 1.

k Eloqui me vetat verecundia.

B. *Sponsam*

B. *Sponſam hic tuam amat.* P. *næ iſte haud mecum ſentit. ehodem dic mihi,*
Nunquidnam amplius tibi cum illa fuit Charine? C. *ah Pamphile,*
Nihil. P. l *quàm vellem!* C. *nunc te per amicitiam & per amorem obſecro,*
Principiò, ut nè ducas. P. *dabo equidem operam.* C. *ſed ſi id non potes,*
Aut tibi ſi nuptiæ hæ ſunt cordi. P. m *cordi?* C. *ſaltem aliquot dies*
n *Profer, dum proficiſcor aliquò, nè videam.* P. *audi nunc jam:*
Ego Charine o *neutiquam officium liberi eſſe hominis puto,*
Cùm is nîl promereat, poſtulare id gratiæ apponi ſibi.
Nuptias effugere ego iſtas malo, quàm tu adipiſcier.
C. *Reddidiſti animum.* P. *nunc ſi quid potes aut tu, aut hic Byrrhia,*
Facite, fingite, invenite, efficite, qui detur tibi:
Ego id agam p *mihi qui nè detur.* C. *ſat habeo.* P. *Davum optumè*
Video. hujus conſilio fretus ſum. C. *at tu hercle haud quidquam mihi,*
Niſi ea quæ nihil opus ſunt ſciri. fugin' hinc? B. *ego verò ac lubens.*

---

l Utinam eſſet! quo mihi illius recuſandæ daretur cauſſa.

m Repetitio interrogatoria cum indignatione.

n Prolata, differ, protrahe. ſuprà hac eâdem ſcenâ; *Credo, impetrabo, ut aliquot ſaltem nuptiæ prodat dies. interea fiet aliquid ſpero.*

o Neque ingenui hominis eſſe arbitror officii gratiam admittere, ubi nihil præſtiterit, nihil promeritus fuerit. Ego nihil præſto; non enim tui cauſſâ Philumenæ nuptias fugio, ſed Glycerii, quam intimè & conſtanter amo.

p Quâ ratione mihi non detur.

ACTUS II. SCENA II.

DAVUS, CHARINUS, PAMPHILUS.

D. [a] *DI boni! boni quid porto? sed ubi inveniam Pamphilum,*
Ut metum, in quo nunc est, adimam, atque expleam animum gaudio?
C. *Lætus est, nescio quid.* P. *nihil est. nondum hæc rescivit mala.*
D. *Quem ego nunc credo, si jam audierit sibi paratas nuptias.* [b]
C. *Audin' tu illum?* D. [b] *toto me oppido exanimatum quærere.*
Sed ubi quæram? aut quò nunc primùm intendam? C. *cessas alloqui?*
D. *Abeo.* P. *Dave ades, resiste.* D: *quis homo est, qui me? ô Pamphile,*
Te ipsum quæro. euge ô Charine! ambo opportunè: vos volo.
C. *Dave, perii.* D. *quin tu hoc audi.* C. *interii.* D. *quid timeas, scio.*
P. *Mea quidem hercle certè in dubio vita est.* D. *& quid tu, scio.*
P. *Nuptiæ mihi.* D. *& id scio.* P. *hodie.* D. [c] *obtundis, tametsi intelligo.*
Id paves, nè ducas tu illam: tu autem, ut ducas. C. *rem tenes.*
P. *Istuc ipsum.* D. *atqui istuc ipsum, nîl periculi est:* [d] *me vide,*
P. *Obsecro te, quamprimum hoc me libera miserum metu.* D. *hem,*

---

a Accuratè observata ἦθη. Davi subtile: cui extenui aut nullo apparatu subolueat simulari nuptias. Pamphili sibi constantis honestum. Charini socordis leve & humile.

b Interruptus sermo, alio interloquente.

c Eadem sæpius repetendo mihi aures obtundis metaphorâ à pugilibus qui crebris ictuum ictibus Antagonistarum aures obtundunt, vel etiam à fabris qui ferrum malleis tundunt hebetántque.

d Me respice, à me salutem exspecta.

Libero

Libero. uxorem tibi jam non dat Chremes. P. *quî scis?* D. *scio.*
Tuus pater modò, me prehendit: ait, tibi uxorem dare sese.
Hodie, item alia multa, quæ nunc non est narrandi e *locus.*
Continuò ad te properans, percurro ad forum, ut dicam tibi hæc:
Ubi te non invenio, ibi ascendo in quendam excelsum locum.
Circumspicio. nusquam. fortè ibi f *hujus video Byrrhiam:*
Rogo: negat vidisse. mihi molestum. quid agam, cogito.
Redeunti interea, ex ipsa re mî incidit suspicio. hem.
Paululum g *opsonî, ipsus tristis, de improviso nuptiæ.*
Non cohærent. P. *quorsùmnam istuc?* D. *ego me continuò ad*
Chremem.
Cùm illoc advenio, solitudo ante ostium. jam id gaudeo.
P. *Rectè dicis, perge.* D. *maneo. interea introïre neminem*
Video, exire neminem, matronam nullam, in ædibus
h *Nihil* i *ornati, nihil* i *tumulti. accessi, introspexi.* P. *scio.*
Magnum signum. D. *num videntur convenire hæc nuptiis?*
P. *Non opinor, Dave.* D. *opinor, narras? non rectè accipis.*
Certa res est. etiam puerum indè abiens conveni Chremis,
Olera k *& piscículos minutos ferre obolo in cœnam seni.*
C. *Liberatus sum, Dave, hodie tuâ operâ.* D. *at nullus quidem.*
C. *Quid ità?* nempe *huic prorsus illam non dat.* D. *ridículum*
caput.
Quasi necesse sit, si huic non dat, te illam uxorem ducere.
Nisi vides, nisi senis amicos oras, ambis. C. *bene mones.*
Ibo: etsi hercle sæpe jam me spes hæc frustrata est. vale.

---

e Tempus, spatium.

f Charini video servum.

g Obsonium est pulmentum, aut quicquid ultra panem & vinum adjicitur in cibum. Persæ ad panem nihil addebant, præter nasturtium. *Xen.* Socrates cùm ad vesperum contentiùs ambularet, rogatus, quid ità faceret respondit, se opsonare ambulando famem. Cic. 5. Tusc. quæst. vide notam 18. infrà.

h Nullum apparatum, qui nuptiis conveniat. adi act. 2. sc. 6.

i Archaïsmus. pro *ornatûs tumultûs.* quartæ inflexionis.

k Ἀγοράσας ἰὲς τοὺς γάμους λιβάνωτον ὀβολοῦ τοῖς θεοῖς καὶ ἐμοὶ γ τοῖς θεοῖς ἐπιτελῶ κωβιόν. Athen. 7. l. 17. c. Omnia opsonia ὄψα appellantur, solus tamen piscis obtinuit tandem ut ὄψον simpliciter cùm dicitur, piscis intelligatur. Casaubon. in Athenæum. 7. l. c. 2.

ACTUS II SCENA III.

PAMPHILUS, DAVUS.

P. QUid igitur ſibi volt pater? cur ſimulat? D. ego dicam tibi,
Si id ſucceſſeat nunc, quia non dat tibi uxorem Chremes.
Ipſius ſibi eſſe injurius videatur. neque id injuriâ:
Prius, quàm tuum animum ut ſeſe habeat, ad nuptias perſpexerit.
Sed ſi tu negâris ducere, ibi culpam in te transferet:
Tum illæ turbæ fient. P. [b] *quid? vis patiar?* D. [c] *pater eſt Pamphile.*
Difficile eſt. tum hæc ſola eſt mulier, [d] *dictum ac factum invenerit*
Aliquam cauſſam, quamobrem ejiciat oppido. P. *ejiciat?* D. *citò.*
P. *Cedò igitur, quid faciam Dave!* D. [e] *dic te ducturum.* P. *hem!*
D. *quid eſt?*
P. *Egòne dicam?* D. *cur non?* P. *nunquam faciam.* D. *nè nega.*
P. *Suadere noli.* D. *ex ea re quid fiat, vide.*
P. *Ut ab illa excludar,* [f] *huc concludar.* D. *non ità eſt.*
Nempe hoc ſic eſſe opinor dicturum patrem:
Ducas volo hodie uxorem. tu, ducam, inquies:
Cedò, quid jurgabit tecum? hìc reddes omnia,
Quæ nunc ſunt certa ei conſilia, incerta ut ſient,
Sine omni periculo. nam hocce haud dubium eſt, quin Chremes

---

a In Mſs. quibuſdam continuatur hæc ſcena cum præcedente.

b Al. *quid vis? patiar?*

c Patri adverſari importunum eſt: vim neque parenti neque patriæ afferre oportet. ex Platone Cicero 1. 1. 9. Epiſt. Famil.

d Ἀμφιτόμου, ἀμφιστόμου ἔργου, actutum.

e Conſilium quidem callidum; ſed quod Pamphilum inſtientem in diſcrimen conjiciat.

f In Philumenæ nuptias.

Tibi

Tibi non det gnatam : g nec tu eâ cauſsâ minueris
Hæc quæ facis, nè is mutet ſuam ſententiam.
Patri dic velle : ut cùm velit tibi jure iraſci, non queat.
Nam quod tu ſperes, propulſabo facilé : uxorem his moribus
Dabit nemo. inopem inveniet potiùs, quàm te corrumpi ſinat :
Sed ſi te æquo animo ferre accipiet, negligentem feceris.
Aliam otioſus quæret. interea aliquid acciderit boni.
P. *Itan' credis?* D. *haud dubium id quidem eſt.* P. *vide, quò me inducas.* D. *quin taces?*
P. *Dicam. puerum autem nè reſciſcat mihi eſſe ex illa,* i *cautio eſt :*
Nam pollicitus ſum k *ſuſcepturum.* D. *ô facinus audax!* P. *hanc fidem*
Sibi, me obſecravit, quî ſe ſciret non deſerturum, ut darem.
D. *Curabitur. ſed, pater adeſt. cave, te eſſe triſtem ſentiat.*

---

g Tu interea, nè ſententiam ſuam mutet Chremes, hæc quæ facis mutare noli, vive tuis moribus, amicam frequenta. Nannius legit *timueris* hoc ſenſu.

h Quod enim tu ſperas tibique perſuades, non futurum, ut quiſquam tibi ità morato filiam committat ſuam, facilè refutabo. Indotatam potiùs tibi pater dabit quàm te apud Glycerium corrumpi ſinat. Plaut. *Neque illum, me vivo, corrumpi ſinam.*

i Cauto opus eſt. cavendum eſt.

k Act. 1. ſc. 3. ſuprà. Et Eunuch. act. 4. ſc. 6.

ACTûs II. SCENA IV.

SIMO, DAVUS, PAMPHILUS.

D. *Reviſo quid agant, aut quid captent conſilî.*
Hic nunc non dubitat quin te ductûrum neges.
Venit a *meditatus alicúnde* b *ex ſolo loco:*
Orationem ſperat invenîſſe ſe,
Quâ c *differat te: proin' tu face, apud te ut ſies.*
P. *Modò ut poſſim Dave.* D. *crede hoc mihi inquam, Pamphile,*
Nunquam hodie tecum d *commutaturum patrem*
Unum eſſe verbum, ſi te dices ducere.

---

a Εσκεμμένος. ἐυρητικὸν εἶναί φασι τὸν ἐρημίαν. In ſeceſſu & ſilentio conſilium.

b Quâ conſilia diſturbet tua, téque in diverſum rapiat. Adelph. *differor doloribus.* act. 3. ſc. 5.

c Altercaturum, pro bonis dictis mala ingeſturum. in Phormione act. 4. ſc. 3. *ut eſt ille bonus vir, tria non commutabitis verba hodie inter vos.*

ACTûs II. SCENA V.

BYRRHIA, SIMO, DAVUS, PAMPHILUS.

**Herus me relictis rebus, juſsit Pamphilum*
Hodie obſervare, ut, quid ageret de nuptiis,
Scirem. id propterea nunc hunc venientem ſequor.

---

* Adverte mirum poëtæ artificium quum omnes conſulto conſilio ſibi agere videantur, omnes tamen rerum exitu inopinato ludificantur, & Simo & Davus, Charinus & Pamphilus, & ipſe Byrrhia.

Ipſum

Ipſum adeò præſtò video cum Davo. [a] *hoc agam.*
S. *Utrumque adeſſe video.* D. *hem,* [b] *ſerva.* S. *Pamphile.*
D. *Quaſi de improviſo reſpice ad eum.* P. *ehem pater.*
D. *Probè.* S. *hodie uxorem ducas, ut dixi, volo.*
B. *Nunc noſtræ parti timeo, hic quid reſpondeat.*
P. *Neque iſtic neque alibi tibi uſquam erit in me mora.* B. *hem!*
D. [c] *Obmutuit.* B. *quid dixit?* S. *facis. ut te decet,*
Cùm iſtuc, quod poſtulo, impetro cum gratia.
D. [d] *Sum verus?* B. *herus, quantùm audio, uxore* [e] *excidit.*
S. *I jam nunc intrò, nè in mora, cùm opus ſit, ſies.*
P. *Eo.* B. *nullàne in re eſſe homini cuiquam fidem!*
Verum illud verbum eſt, vulgò quod dici ſolet,
OMNES SIBI MALLE MELIÙS ESSE, QUÀM ALTERI.
Ego illam vidi virginem: formâ bonâ
Memini videre. quò æquior ſum Pamphilo,
Si ſe illam in ſomnis, quàm illum, amplecti maluit.
Renunciabo, ut pro hoc malo mihi det malum.

---

a Rituale à Sacrif. & auguriis ſumptum, in quibus ſacerdos aut præco altâ voce exclamabat: *Hoc agè:* quæ vox eos qui interesſent monebat, ut ad rem quæ ageretur totâ mente vacarent.

b Obſerva.

c Simo.

d Hoc Davus ſubmiſſâ voce, converſus ad Pamphilum.

e Ἐξέπεσεν, ἀπέτυχε. ut *caſus à cadere* dicimus.

f Πῶς τις ἑαυτὸν μᾶλλον τῶν πέλας φιλεῖ. Eurip. Medea. Φιλεῖ ἑαυτὸν πλεῖον οὐδεὶς οὐδένα. Menander.

ACTÙS II. SCENA VI.

DAVUS, SIMO.

D. *HIc nunc me credit aliquam ſibi fallaciam*
Portare, & eâ me hic reſiitiſſe gratiâ.
S. *Quid Davus narrat?* D. *æquè quidquam nunc quidem.*
S. *Nihilne*

S. *Nihilne ? hem.* D. *nihil prorſus.* S. *atqui exſpectabam quidem.*
D. [a] *Præter ſpem evenit : ſentio : hoc malè habet virum.*
S. *Potin' es mihi verum dicere ?* D. [b] *nihil facilius.*
S. *Num illi moleſtæ quidpiam hæ ſunt nuptiæ,*
Propter hoſpitæ hujuſce conſuetudinem ?
D. *Nihil hercle : aut ſi adeò,* [c] *bidui eſt, aut tridui*
Hæc ſollicitudo : noſtin' ? deinde deſinet :
Etenim eam ſecum rem rectâ reputavit viâ.
S. *Laudo.* D. [d] *dum licitum eſt illi, dúmque ætas tulit,*
Amavit. [e] *tum id clam. cavit, nè unquam infamiæ*
Ea res ſibi eſſet, ut virum ſortem decet.
Nunc uxore opus eſt : animum ad uxorem appulit.
S. *Subtriſtis viſus eſt eſſe aliquantulum mihi.*
D. *Nihil propter hanc rem : ſed eſt,* [f] *quòd ſuccenſeat tibi.*
S. *Quidnam eſt ?* D. *puerile eſt.* S. *quid eſt ?* D. *nihil.* S. *quin dic, quid eſt ?*
D. *Ait, nimium parcè facere ſumptum.* S. *méne ?* D. *te.*
Vix, inquit, drachmis opſonatus eſt decem :
[g] *Num filio videtur uxorem dare ?*
Quem, inquit, vocabo ad cœnam meorum æqualium
Potiſſimùm nunc ? ſcr, quod dicendum hic ſiet,
Tu quoque perparcè nimiùm. non laudo. S. *tace.*
D. [h] *Comtnovi.* S. *egò, iſtæc rectè ut fiant, videro.*

---

a Hoc Davus averſus à ſene.

b Αεὶ χρήσιμόν ἐστι τὸ ἀληθῆ λέγειν. Menander.

c *Intrat amor mentes uſu, dediſcitur uſu.* Ovid. 2. de Remedio.

d Ex mente, & verbis ipſius ſenis, ſuprà 2. ſcen.

e Cautè, ſi non caſtè.

f Al *quod ſuccenſeat tibi.* ſed vetat Lex Pedia.

g Leges Sumptuariæ nuptiis aliquid de rigore remiſerunt, convivia & ſaltationes indulſerunt, vide in Plutarchi Sympoſiacis caput, in quo tractatur, διὰ τί πλείστους ἐν γάμοις ἐπὶ τὸ δεῖπνον καλοῦσιν.

h Hoc tacitè & apud ſe.

i *Quidnam*

i *Quidnam hoc rei est ? quidnam hic volt* k *veterator sibi ?*
Nam si hìc mali est quidquam, hem illic est huic rei caput.

---

i Atque hæc senex mussat, à Davo aversus.

k Vetus in astutia, qui omni in re callidus est. Mancipium veteranum & vafrum, technis & dolis diu ac probè exercitatum.

ACTUS III SCENA I.

MYSIS, SIMO, DAVUS, LESBIA, GLYCERIUM.

M. a *ITà pol quidem res est, ut dixti Lesbia :*
Fidelem haud ferme mulieri invenias virum.
S. *Ab Andria est ancilla hæc. quid narras ?* D. *ità est.*
M. *Sed hic Pamphilus.* S. *quid dicit ?* M. *firmavit fidem.*
S. *hem.*
D. *Utinam aut hic surdus, aut hæc muta facta sit.*
M. *Nam quod peperisset, jussit* b *tolli.* S. *ô Jupiter,*
Quid ego audio ? actum est, siquidem hæc vera prædicat.
L. *Bonum ingenium narras adolescentis.* M. *optimum.*
Sed sequere me intrò, nè in mora illi sis. L. *sequor.*
D. *Quod remedium nunc huic malo inveniam ?* S. *quid hoc ?*
Adeon' est c *demens ?* d *ex peregrina ? jam scio : ah !*
Vix tandem sensi stolidus. D. *quid hic sensisse ait ?*
S. *Hæc primùm adfertur jam mihi ab* e *hoc fallacia.*
Hanc simulant parere, quo Chremetem abstierreant.

---

a Vide scenam quæ sequitur. *Non imperabat coram, quid opus facto esset puerpera : sed postquam egressa est, illis qui sunt intus, clamat de via.*

b Educari à patre agnitum pro legitimo ; non tanquam spurium exponi. suprà act. 1. sc. 3.

c Mentis sanitate deturbatus, emotâ mente, παραφρων.

d Malè audiebant peregrinæ, tanquam meretrices. act. 1. sc. 1.

e Davo.

G. [f] *Iuno Lucina fer opem. ſerva me obſecro.*
S. *Hui, tam citò? ridiculum. poſtquam ante oſtium*
Me audivit ſtare, approperat. non ſat commodè
Diviſa ſunt temporibus tibi, Dave, hæc. D. *mihin'?*
S. *Num immemor es diſcipuli?* D. *ego, quid narres, neſcio.*
S. *Hiccine ſi me imparatum in veris nuptiis*
Adortus eſſet, quos mihi ludos redderet?
G. *Nunc hujus periclo ſit. ego* [h] *in portu navigo.*

---

[f] Præſes puerperii, Diana, Ilithyia. Juno Lucina, dea Nixia quam invocabant puerperæ ad opem ferendam. *Ritè maturos aperuit partus, Lenis Ilithyia, tuere matres.* Horat. in Carm. ſeculari. Per prolepſin poëticam, Lucinæ nomen invocatum à Græca, fieri excuſat Jul. Scal. 6. l. poët. c. 3.

[g] *Nunc mihi parta quies, omniſque in limine portus.* Virg. 7. Æn.

[h] *In tranquillo, in vado, in tuto,* ut alibi noſter.

ACTUS III. SCENA II.

LESBIA, ARCHILLIS, SIMO, DAVUS.

L. ADhuc, *Archillis, quæ adſolent, quæque* [a] *oportent*
Signa ad ſalutem eſſe omnia huic eſſe video.
Nunc primùm fac, [b] *iſtæc ut lavet: poſt deinde,*
[c] *Quod juſſi, ei date bibere, & quantum imperavi,*
Date: mox ego huc revertor.

---

[a] ARch. ſic Heautontim. 3. act. 2. ſc. *hæc facta ab illo oportebant, Syre. Adſolent* conſuetudinis eſt: *oportent* rationis. Al. leg. *oportet.*

[b] Tum quæ ex puerperio ſordebant; tum ipſam puerperam. ſic enim Menander, λέουσι δὲ τὰ παῖδα. *Poſtquam peperit pueros lavere juſſit nos.* Plaut. Amph. 1. act. 5. & Trucul. act. 1. ſc. 2. vide Meurſium de puerperio.

[c] *Quod juſſi ei dare bibere* leguntalii citántque ex Lucilio, *date biber ſummo:* & Chariſius *jubebat biber dari.*

d *Per castor scitu' puer natu' est Pamphilo.*
e *Deos quæso, ut sit superstes: quandoquidem ipse est ingenio bono,*
Cumque huic veritus est optumæ adolescenti facere injuriam.
S. *Vel hoc quis non credat qui nôrit te, abs te esse ortum?* D. *quidnam id est?*
S. *Non imperabat coram, quid opus facto esset puerperæ.*
Sed postquam egressa est, illis, quæ sunt f *intus, clamat de via:*
O Dave, itan' contemnor abs te? aut itáne tandem idoneus
Tibi videor esse, quem tam apertè fallere incipias dolis?
g *Saltem accuratè, ut metui videar certè, si resciverim.*
D. h *Certè hercle nunc hic se ipsus fallit, haud ego.* S. *edixin' tibi?*
Interminatus sum, nè faceres? num veritus? quid rettulit?
Credon' tibi hoc nunc, peperisse hanc è Pamphilo?
D. *Teneo, quid erret: quid ego agam, habeo.* S *quid taces?*
D. *Quid credas? quasi non tibi* h *renunciata sint hæc sic fore.*
S. *Mihin' quisquam?* D. *eho, an tute intellexti hoc adsimulari?* S. *irrideor.*
D. *Renunciatum est: nam i quî istæc tibi incidit suspicio!*
S. *Qui? quia te nôram.* D. *quasi tu dicas, factum id consilio meo.*

---

d M. Perecastor i. e. per ædem Castoris jusjurandum fœmineum *edepol* viro & fœminæ commune Agell. 11. l. 6. c.

e Recèns natis bene precandi formula.

d Ut ex Horatii præcepto, epist. ad Pisones *nec tamen intus Digna geri, promes in scenam*, ad Glyceriі invocationem, scenâ præcedenti, *Juno Lucina fer opem*, apponitur vox *intus* in M. plurimis apud Plautum *intus conficiunt negotium* sæpe, & noster in ult. hujus comœdiæ, *intus despondebitur, intus transigetur*; Ità & egredientibus moris erat, illos, qui erant intus alloqui, si quid opus dicto aut facto esset.

g Saltem accuratè fallacias te intendisse oportuit.

h Aversus à scene ad spectatores, hæc, & voce submissâ, unde tacuisse videtur seni quærenti *quid taces?*

i Nunciata. Ter, inquit Scal. in hac scenâ ponit Terentius, *renunciare*, pro apertè significare vel nunciare. Propriè enim *renunciare* est referre, quid actum sit, aut velit aliquis.

S. *Certè enim scio.* D. *non satis me pernôsti etiam, qualis sim, Simo.*
S. *Egone te?* D. *Sed, si quid narrare occœpi, continuo dari*
Tibi verba censes. S. [k] *falsò.* D. *itaque hercle nihil jam mutire audeo.*
S. *Hoc ego scio unum,* [l] *neminem peperisse hîc.* D. *intellextin?*
Sed nihilo seciu' mox deferent puerum huc ante ostium.
Id ego jam nunc tibi renuncio, here, futurum, ut sis sciens:
Nè tu hoc mihi posterius dicas, Davi factum consilio, aut dolis.
Prorsus à me opinionem hanc tuam esse ego amotam volo.
S. *Unde id scis?* D. *audivi, & credo.* [m] *multa concurrunt simul,*
Qui conjecturam hanc nunc facio. jam primum hæc se è Pamphilo
Gravidam dixit esse. inventum est falsum. nunc, postquam videt
Nuptias domi apparari, missa est ancilla illico
Obstetricem accersitum ad eam, & [n] *puerum ut adferret simul.*
Hoc nisi sit, puerum ut tu videas, o *nil moventur nuptiæ.*
S. *Quid ais? cùm intellexeras,*
Id consilii capere, cur non dixti extemplo Pamphilo?
D. *Quis igitur eum ab illa abstraxit nisi ego? nam omnes*
nos quidem
Scimus, quàm miserè hanc amârit: nunc sibi uxorem expetit.
Postremò p *id mihi da negotii. tu tamen idem has nuptias*
Perge facere ità, ut facis: q *& id spero adjuturos deos.*
s. *Imo abi intro. ibi me opperire, &, quod parato opus est, para.*

---

k Ironicè.

l *Neminem* in fœminino hîc usurpari vides.

m Adverte quàm seriò & sobriè laboret Davus à se suspicionem omnem amovere, quam doctis dolis, technisque artificiosè consutis senios oblinat. Ex rebus antè Simoni notis, aut suspectis; (habuisse Pamph. pro uxore hanc peregrinam, gravidam ex eo dictam, Mysidem missam accersitum obstetricem, Glycerium peperisse) quæ omnia cùm simulata & falsa esse insimulet, conjecturam etiam facit habere eos in animo puerum suppositicium deferre ante senis ostium ad disturbandas nuptias, quas apparari audierant.

n Infrà 4. act. 5. scen. *Quemne ego heri vidi ad vos adservi vesperi?*

o Non perturbari posse nuptias credunt.

p Ut filium tuum in officio & honesto nuptiarum proposito retineam; atque omnia harum consilia & machinas intervortam.

q Quam ex Mss. quibusdam adducit lectionem Rivius & *id spero adjutores deos*, neque juvat, neque placet.

Non

Non impulit me, hæc nunc omnino ut crederem.
Atque haud scio, an, quæ dixit, sint vera omnia:
Sed parvi pendo, illud mihi multo maximum est,
Quod mihi pollicitu' est ipsus gnatus. Nunc Chremem
Conveniam: orabo gnato uxorem. id si impetro,
Quid aliàs malim, quàm hodie has fieri nuptias?
Nam gnatus quod pollicitu' est, haud dubium est mihi,
Si nolit, quin eum meritò possim cogere.
Atque adeò in tempore eccum ipsum obviàm r *Chremem.*

r Optimè constat numerus & sensus, absque foret ultimus hîc pes *Chremem*, qui à Donato videtur additus: quam tamen vocem non agnoscunt plurimi Mss. & exemplaria.

ACTUS III SCENA III.

SIMO, CHREMES.

S. * *Jubeo Chremetem.* a C. *oh, te ipsum quærebam.*
S. *& ego te.* C. *optatò advenis.*
Aliquot me adiere, ex te auditum qui aiebant, hodie filiam
Meam nubere tuo gnato. id visò, b *túne, an illi insaniant.*
S. c *Ausculta pauca: & quid ego te velim, & tu quod quæris,*
scies.
C. *Auscultò: loquere, quid velis.*
S. d *Per te deos oro, & nostram amicitiam Chreme,*

* Duorum senum congressu & consensu in id discrimen adigitur fabula, ut non videatur consilio aut arte vitari posse. Importunitate Simonis exoratur mitis Chremes, versutia Davi vacillat penè interitura.

a Salvere.

b Tu, si dixisti; illi, si non audita referunt.

c Alii leg. *Auscultà pauca.*

d Obtestatio valida, per divina atque humana, per ea quæ sunt charissima, amicitiam antiquam, liberos, eorúmque salutem ex deploratâ fartam tectam.

Quæ

Quæ incepta à parvis cum ætate accrevit simul,
Pérque unicam gnatam tuam, & gnatum meum,
Cujus tibi potestas summa servandi datur;
Ut me adjuves in hac re, atque ità, utì nuptiæ
Fuerant futuræ, fiant. C. *ah,* [e] *nè me obsecra:*
Quasi hoc te orando à me impetrare oporteat.
Alium esse censes nunc me, atque olim, cùm dabam?
Si in rem est utrique, ut fiant, accersi jube.
Sed si ex ea re plus mali est, quàm commodi
Utrique; id oro te, in commune ut consulas,
Quasi illa tua sit, Pamphilique ego sim pater.
S. *Imò ità volo, itaque postulo ut fiat, Chreme:*
Neque postulem abs te, nisi ipsa res moneat. C. *quid est:*
S. *Iræ sunt inter Glycerium & gnatum.* C. [f] *audio.*
S. *Ità magnæ, ut sperem posse avelli.* C. [f] *fabulæ.*
S. *Profectò sic est.* C. *sic hercle, ut dicam tibi.*

§ AMANTIUM IRÆ AMORIS INTEGRATIO EST.

S. *Hem, id te oro, ut antè eamus, dum tempus datur.*
Dúmque ejus lubido occlusa est contumeliis,
Priùs quàm harum scelera & lacrumæ confictæ dolis
Reducunt animum ægrotum ad misericordiam.
Uxorem demus. Spero consuetudine, &
Coniugio liberali devinctum, Chremes,
Dehinc facilè ex illis emersurum malis.

---

[e] Vox plena charitatis & officii, verùm sub hac conditione, si quod petitur justum sit & ex æquo utile utrique.

[f] Negligenter dictum.

[g] Expressit Terentius illud Menandri. Ὀργὴ φιλάντων ὀλίγον ἰσχύει χρόνον. Atque hujusmodi dissidiola, quæ nonnunquam intidunt inter amicos, modò absit amaritudo, quasi renovant amicitiam, excusso diuturnæ consuetudinis tædio. Quod eleganter indicat mimus ille, ni fallor, Publianus. *Discordiâ fit charior concordia.* Erasmus. Plautus item in Amphitryone, act. 3. sc. 2. *Iræ interveniunt, redeunt rursum in gratiam, verùm ira si quæ eveniunt hujusmodi, inter eos rursum si reventum in gratiam est, bis tanto amici sunt inter se, quàm prius.* Agathonis resp. de suis cum Pausaniâ dissidiis lege apud Ælian. 2. var. hist.

C. *Tibi*

C. *Tibi ità hoc videtur. at ego non posse arbitror*
Neque illum hanc perpetuò habere, neque me perpeti.
S. *Quî scis ergo istuc, nisi periclum feceris?*
C. *At istuc periclum in filia fieri, grave est.*
S. *Nempe incommoditas denique huc omnis redit;*
Si eveniat, quod dî prohibeant, [1] *discessio.*
At si corrigitur, quot commoditates, vide.
Principiò amico filium restitueris:
Tibi generum firmum & filiæ invenies virum.
C. *Quid istic? si ità istuc animum indùxti esse utile,*
Nolo tibi ullum commodum [k] *in me claudier.*
S. *Meritò te semper maximum feci Chreme.*
C. *Sed quid ais?* S. *quid?* *quî scis eos nunc discordare inter se?*
S. *Ipsu' mihi Davus, qui intim' est eorum consiliis, dixit:*
Et is mihi suadet, nuptias, quantùm queam, ut maturem:
Num censes faceret, filium nisi sciret eadem hæc velle?
Tute adeò jam ejus audies verba. heus, evocate huc Davum.
Sad eccum, video ipsum foras exire.

---

1 Divortium, quod vel adulterii vel veneficii causâ primùm permittebatur apud Rom. mox etiam sterilitatis, A. V. ICXXIII Sp. Carvilius primus divortium cum uxore fecit, Repudii formula erat, *Conditione tuâ non utor:* Divortii, *Res tuas tibi habeto,* vel *Res tuas tibi agito.* tandem levioribus de caussis factum est unde a Simone *incommoditas tantùm & discessio* dicitur.

k Per me non stabit, quin commodo fruaris omni ex animi tui sententia, habes me ad omnia officia promptum & paratum.

ACTUS III SCENA IV.

DAVUS, SIMO, CHREMES.

D.* AD te ibam. S. quidnam est.
D. Cur non accersitur? jam [a] advesperascit. S. audin' tu illum?
Ego dudum non nil veritus sum Dave abs te, nè faceres idem,
Quod [b] volgus servorum solet, dolis ut me deluderes,
Propterea quòd amat filius. D. egon' istuc facerem? S. credidi:
Idque adeò metuens vos celavi, quod nunc dicam. D. quid? S. scies.
Nam propemodum habeo tibi jam fidem. D. tandem agnôsti, qui siem.
S. *Non fuerant nuptiæ futuræ,* D. quid? non? S. sed eâ gratiâ
Simulavi, vos ut pertentarem. D. quid ais? S. sic res est.
D. vide.
Nunquam quivi ego istuc intelligere. vah consilium [c] callidum.
Hoc audi. ut hinc te jussi introire, opportunè hic fit mihi obviám.
D. [d] *Hem, numnam periimus?* S. narro huic, quæ tu dudum narrâsti mihi.
D. [d] *Quidnam audio?* S. gnatam ut det oro, vixque id exoro.
D. [e] occidi.

---

* Resciscit Davus consilia sua omnia in contrarium esse versa. unde apud senes licèt bene dissimulet, sese tamen perditus atque desperabundus damnat.

a Noctu uxor ducebatur, domum.

b Servi plerique omnes, astuti, versuti, ad fraudandum herum callidi, ad comminiscendas fraudes & fallacias ingeniosi. oderunt enim quos metuunt, neque enim amori bene convenit cum timore; unde proverbium illud citat Seneca Epist. 47. *Totidem esse hostes, quot servos. Non habemus illos hostes, (sed facimus, &c.*

c *Versutos appello, quorum celeritate mens vertatur: callidos autem, quorum tanquam manus opere, sic animus usu concalluit.* Cic. 3. de natura Deorum.

d Hæc aversus, at apud se.

S. Hem,

S. *Hem, quid dixti?* D. e *optumè inquam factum.* S. *nunc per hunc nulla eſt mora.*

C. *Domum modò ibo: ut apparentur, dicam: atque huc renuncio.*

S. *Nunc te oro Dave, quoniam ſolus mihi effeciſti has nuptias,*

D. *Ego verò ſolus.* S. *corrigere mihi gnatum porrò enitere.*

D. *Faciam hercle ſeduló.* S. *potes nunc, dum animus irritatus eſt.*

D. *Quieſcas.* S. *age igitur: ubi nunc eſt ipſus?* D. *mirum, ni domi eſt.*

S. *Ibo ad eum, atque eadem hæc, quæ tibi dixi, dicam itidem illi.* D. f *nullus ſum.*

Quid cauſſæ eſt, quin hinc in g *piſtrinum rectâ proficiſcar viâ?*

Nihil eſt h *preci loci relictum: jam perturbavi omnia,*

Herum fefelli: in nuptias conjeci herilem filium:

Feci hodie, ut fierent, inſperante i *hoc, atque invito Pamphilo.*

k *Hem aſtutia! quod ſi quiêſſem, nihil eveniſſet mali.*

Sed eccum: ipſum video: occidi:

Utinam mihi eſſet aliquid hic, quo nunc me præcipitem darem.

---

e Παρὰμικρον, *occidi, oprimè*, ut ſimilitudine ſoni falleret audientes.

f De me actum eſt, perii, penitùs interii. Ἀπολὸς δ' ἐκεῖν' ὀλὸς ὠλόμαν. Eurip. ex Iphigenia in Tauris. Τὸν ὄντα μᾶλλον ἢ μεθέντα. Sophocles in Antigone.

g Ubi, molis jumentorum fervorúmque operâ circumactis fruges comminuebantur. in piſtrina ſervi, ad pœnas detruſi, molebant.

h Dativo hoc utitur etiam, in Phormione, 3. act. 3. ſc.

i Simone.

k Hem, quonam mea evaſit aſtutia. Al. *aſtutiâ.*

ACTÛS III SCENA V.
PAMPHILUS, DAVUS.

P. UBi illic [a] *'scelus est, qui me perdidit?* D. *perii.*
P. *atque hoc confiteor,*
Jure obtigisse: quandoquidem tam iners, tam [b] *nulli consilii*
Sum. servon' fortunas meas me commisisse [c] *futili?*
Ergò pretium ob stultitiam fero: sed inultum id nunquam à me auferet.
D. *Posthac incolumem sat scio fore me, nunc si evito hoc malum.*
P. *Nam quid ego nunc dicam patri? negabon' velle me, modò*
Qui sum pollicitus ducere? quâ fiduciâ facere audeam?
Nec, quid [d] *me nunc faciam, scio.* D. *nec de me equidem, atque id ago seduló.*
Dicam aliquid jam inventurum, ut huic malò aliquam producam moram. P. *oh.*
D. *Visus sum.* P. *ehodum bone vir, quid aïs? viden' me consiliis tuis*
Miserum [e] *impeditum esse?* D. *at jam expediam.* P. *expedies?*
D. *certè Pamphile.*

---

a Scelestus, abstractum pro concreto, cum respectu ad sensum, qui sanus, genere licèt videatur peccatum, vide syllepsin in Grammatica nostra.

b Archaïcè, pro *nullius*, quâ super voce, ut & aliis ejusdem generis, consule eandem Grammat.

c Levi & vano, qui quicquid in buccam venerit effutit, plenus rimarum. Metaphora ducta à vase futili, quo utebantur in sacrificiis Vestæ, ore patulo, fundo acuminato, quod stare non posset, quin aqua statim effunderetur: piaculum autem erat, si aqua ad sacra hausta, in terra poneretur.

d De me.

e Implicitum, intricatum, pedibus quasi illigatum, ut progredi non valeam.

P. *Nempe*

P. *Nempe ut modò.* D. *imò melius spero.* P. *oh, tibi ego ut credam* [f] *furcifer?*
Tu rem impeditam & perditam restituas? hem, quo fretus sum,
Qui me hodie ex tranquillissima re conjecisti in nuptias.
An non dixi hoc esse futurum? D. *dixti.* P. [g] *quid meritus?* D. *crucem.*
Sed paululum sine ad me ut redeam: jam aliquid dispiciam. P. *hei mihi,*
Cum non habeo spatium, ut de te sumam supplicium, uti volo:
Namque hocce tempus, præcavere mihi me, haud te ulcisci sinit.

---

f Adi Eunuch. act. 5. sc. 2.

g Scenæ Atticæ accommodatum. Athenis enim convicti capitalis facinoris & condemnati, nullo expresso supplicio, interrogabantur quid se meritos putarent, illi, ad misericordiam movendam in majus suam pœnam æstimabant. Quod quia non fecit Socrates, sed pœnæ loco, ut ex publico in Prytaneo aleretur, respondit, ad cicutam damnatus periit, sed à gloria propter scientiam & virtutem non perivit. *Carcerem*, inquit Seneca, *intravit, ignominiam ipso loco detracturus. neque enim poterat carcer videri, in quo Socrates erat. consol.* ad Helviam. *Quem intrando purgavit, omnique honestiorem curiâ reddidit.* Ben. 2. l. de Benefic 27.

ACTUS IV SCENA I.

CHARINUS, PAMPHILUS, DAVUS.

C. *Hoccine credibile est aut memorabile,*
Tanta vecordia innata cuiquam ut siet,
Ut malis gaudeat alienis, atque ex incommodis
Alterius sua ut comparet commoda? ah,

Idne est a *verum? Imò id genus est hominum pessumum,*
b In denegando modò queis pudor est paululum:
Post ubi jam tempus est promissa perfici,
Tum coacti necessariò se aperiunt, & timent.
Et tamen res cogit eos denegare. ibi
Tum impudentissima eorum oratio est:
Quis tu es? quis mihi es? cur meam tibi? heus,
c Proximus sum egomet mihi. attamen d *ubi fides,*
Si roges, nihil pudet. hic, ubi opus est,
e Non verentur: illic, ubi nihil opus est, ibi verentur.
Sed quid agam? adeámne ad eum, & cum eo injuriam hanc
expostulem?
Mala ingeram multa, atque aliquis dicat, nihil promoveris.
Multùm; molestus certè ei fuero, atque animo morem gessero.
P. *Charine, & me & te imprudens, nisi quid dii respiciunt, perdidi.*
C. *Itáne imprudens? tandem* f *inventa est caussa.* g *solvisti fidem.*
P. *Quî tandem?* C. *etiam nunc me* h *ducere istis dictis postulas?*
P. *Quid istuc est?* C. *postquam me amare dixi, complacita est tibi.*

---

a Αληθὴς non verum tantùm, sed justum & probum significat, Priscian l. 17.

b Modò, cùm peteretur quid ab iis, promittebant, oudùit quippe negare: jam ubi beneficium verbis initum re comprobandi tempus adest, produnt animi sui malignitatem & vecordiam. *hominem alterius incommodo suum commodum augere, magis est contra naturam quàm mors.* Cic. Offic. Sed adi Plutarchum lib. περὶ δυσωπίας.

c Suprà act. 2. sc. 5. *Omnes sibi malle melius esse quàm alteri.* φίλος ἀνὴρ πᾶς ἀνθρώπῳ φύσει ἐστι. Plato de legib. Tunica pallio propior est & χὼν κλίνης ἐγγύτερον. Aristot. Moral. 9. Amicitia & charitas à seipso incipiunt.

d O Jupiter! ubi est fides? Phorm. *Sero. hæc est fides?* Nero cùm sibi manus intulisset, irrumpente quasi in auxilium Tribuno, *Suetonius.*

e Non verecundantur: antea, ubi opus non erat, nempe in promittendo, vitioso quodam pudore, non audebant polliceri quod postea non erant præstituri. *Plerique sunt, quos cùm nihil refert, pudet, ubi pudendum est, ibi desierit pudor.* Plaut. Epidic. act. 2. sc. 1.

f Orator negare factum non potuit, neque defendere, reticè factum esse: confugit itaque ad purgationem, quæ excusat factum esse non voluntate, sed imprudentiâ.

g Ironicè.

h Blandis dictis delinitum ὑπάγειν ἄγαν σε καὶ φέρειν τὰ ῥηθέντα φασὶ γάλκων. Lucian. dial. Jovis & Junonis.

Heu

Heu me miserum, quum tuum animum ex animo spectavi meo.
P. i*Falsu' es.* C. *non tibi satis esse hoc visum solidum est gaudium,*
Nisi me k *lactasses amantem, & falsâ spe produceres?*
l *Habeas.* P. *habeam? ah nescis quantis in malis versèr miser,*
Quantásque hic suis consiliis mihi confecit solicitudines.
Meus carnifex. C. *quid istuc tam mirum, si de te exemplum capit.*
P. *Haud istuc dicas, si cognôris vel me, vel amorem meum.*
C. *Scio, cum patre altercâsti dudum, & is nunc propterea tibi*
Succenset, nec te quivit hodie cogere, illam ut duceres.
P. *Imò etiam quò tu minùs scis ærumnas meas,*
Hæ nuptiæ non apparabantur mihi,
Nec postulabat nunc quisquam uxorem dare.
C. *Scio: tu* m *coactus tuâ voluntate.* P. *mane,*
Nondum etiam scis. C. *scio equidem illam ductrum esse te.*
D. *Cur me enecas? hoc audi. nunquam destitit*
Instare, ut dicerem esse ducturum patri:
Suadere, orare, usqueadeo donec perpulit.
C. *Quis homo istuc?* P. *Davos.* C. *Davos?* P. *Davos* n *omnia:*
C. *Quamobrem?* P. *nescio.* o *nisi mihi deos satis*
Scio fuisse iratos, qui auscultaverim.
C. *Factu* n *hoc Dave?* D. *factum est.* C. *hem quid ais scelus?*
At tibi dii dignum factis exitium duint.
Eho, dic mihi, si omnes hunc conjectum in nuptias
Inimici vellent, quod, ni hoc, consilium darent?
D. p *Deceptus sum, at non defatigatus.* C. *scio.*
D. *Hâc non succesit, aliâ aggrediemur viâ:*

i Falleris, qui sic de ingenio meo judices.

k Metaph. à matribus. infrà 5. act. 4. sc. *solicitando & pollicitando eorum animos lactas.*

l Permissio cum indignatione. *m* ἐκὼν εἰκοῦσί σ' ἔτι θυμός. Hom. Il. 4

n Apostopesis. Illud *interturbat* irrepsérat ex annotationibus.

o Diis invitis aut iratis nihil prosperè evenire, nihil feliciter geri semper fuit hominum opinio. *Memini relinqui me, Deo irato meo,* in Phorm act. 1. sc. 1. *Iratus natus paries Dis.* Hor. Sat. 3. l. 2. *Dis iratis genióq; sinistro.* Pers. sat. 4. *Dis iratissimus* Plaut. Pan. act. 2.

p Γνάθων ὦν ἀμελήσων ἐξ ἐμοῦ ἀπῆλθεν ἀντίμαχον ἐπανεπολήσεμεν. ea quæ primâ experientiâ parùm succesérant, secundâ nonnunquâ commodiùs eveniunt. ἀντίμαχον ἀμελήσων. Æl. Arist. à sacris videtur ortum. in quibus si primâ victimâ non esset litatum, iterabant sacrum, succidaneam immolantes.

Nisi id putas quia primò processit parùm,
Non posse jam ad salutem converti hoc malum.
P. *Imò etiam: nam sati' credo, si advigilaveris,*
Ex unis geminas mihi conficies nuptias.
D. *Ego Pamphile hoc tibi pro servitio debeo,*
Conari p *manibus, pedibus, noctéisque & dies*
Capitis periculum adire, dum prosim tibi.
Tuum'st si quid præter spem evenit, mî ignoscere.
Parùm succedit quod ago, at facio sedulò.
Vel melius tu aliud reperi, me missum face.
P. *Cupio.* q *restitue in quem me accepisti locum.*
D. *Faciam.* P. *at jam hôc opus est.* D. *hem, st, mane,* r *crepuit à Glycerio ostium.*
P. *Nihil ad te.* D. *quæro.* P. *hem, nunccine demum?* D. *at jam hoc tibi inventum dabo.*

---

p Extremo conatu atque discrimine, assiduâ & indefatigata diligentia.

q Omnia mihi integra & salva redde, restitue me in statum quo priùs, ut loquuntur vulgò.

r Vide Adelph. 2, Act. 3. Scen.

ACTUS IV. SCENA II.

MYSIS, PAMPHILUS, CHARINUS, DAVUS.

M. * *JAm,* a *ubi ubi erit, inventum tibi curabo, & mecum adductum*
Tuum Pamphilum: tu modò, anime mi, noli te macerare.

---

* Mysis ad Pamphilum adducendum missa, accensas in animo adolescentis flammas amoris oratione suâ ventilat. Davus novum init consilium. ☞ Pamphili facile, mansuetum, simplex: Davi audacissimum & promptum; Charini amore cœcum.

a In egressu conversa alloquitur Glycerium intus.

P. *Mysis*

P. *Mysis.* M. *quid est? hem Pamphile, optumè mihi te offers.*
P. *quid est?*
M. *Orare jussit, si se ames, hera, jam ut ad sese venias:*
Videre ait te cupere. P. *vah, perii. hoc malum integrascit.*
Siccine me, atque illam operâ tuâ nunc miseros solicitarier?
Nam idcirco accersor, nuptias quòd mî apparari sensit.
C. *Quibu' quidem quàm facilè poterat quiesci, si hic quiesset.*
D. *Age. si hic non insanit satis suâ sponte,* [b] *instiga.* M. *atque aaepol,*
Ea res est, propterea que nunc misera in mœrore est. P. *Mysis,*
Per omneis tibi adjuro deos: nunquam eam me deserturum,
Non, si capiundos mihi sciam esse inimicos omneis homines.
Hanc mihi expetivi, contigit: conveniunt mores: [c] *valeant,*
Qui inter nos dissidium volunt: hanc, nisi mors, mî adimet nemo.
M. [d] *Respisco.* P. [e] *non Apollinis magi' verum, atque hoc, responsum est.*
Si poterit fieri, ut nè pater per me stetisse credat,
Quò minùs hæ fierent nuptiæ; volo. sed si id non poterit;
Id faciam, [f] *in proclivi quod est, per me stetisse ut credat.*
Quis videor? C. *miser æque atque ego.* D. *consilium quæro.*
C. *fortis es.*
Scio, quid conere. D. *hoc ego tibi profectò effectum reddam.*
P. *Iam hôc opus est.* D. *quin jam habeo.* C. *quid est?* D. *huic, non tibi, habeo; nè erres.*
C. *Sat habeo.* P. *quid facies? cedo.* D. *dies hic nî ut sit sati', vereor,*
Ad agendum: nè vacuum esse me nunc ad narrandum credas.

---

[b] Igni fomenta, flammæ oleum, *oleum adde camino.* Hor. 2. l. 3. sat. commotum irrita.

[c] Abeant, facessant. Renunciationis est, non execrationis, nè malè optet etiam patri.

[d] Ut suprà act. 1. sc. 5. *Reddidisti animum.*

[e] *Hac ex Oraculo Apollinis Pythii edita tibi puta, nihil potest esse verius.* Cic. ad Brutum epist. 2.

[f] Quod facu facile est, pronum, declive, præceps.

g *Proinde*

E Proinde hinc vos amolimini : nam mî impedimento eſtis.
P. *Ego hanc viſam.* D. *quid tu ?* [h] *quò hinc te agis ?* C. *verum vis dicam ?* D. *imò etiam*
Narrationis incipit mihi initium. C. *quid me fiet ?*
D. *Eho impudens, non ſatìs habes, quòd tibi dieculam addo,*
Quantum huic [i] *promoveo nuptias ?* C. *Dave attamen.* D. *quid ergo ?*
C. *Ut ducam.* [k] D. *ridiculum.* C. *huc face ad me venias, ſi quid poteris.*
D. *Quid veniam ? nihil habeo.* C. *attamen ſi quid.* D. *age, veniam.* C. *ſi quid,*
Domi ero. D. *Tu Myſis, dum exeo,* [l] *parumper opperire hic.*
M. *Quapropter ?* D. *ità facto eſt opus.* M. *matura.* D. *jam inquam hìc adero.*

---

g Conſiliis meis & expeditioni gravis ac moleſta eſt hæc veſtra apud me mora, quin amovete vos, ſi fieri poteſt.

h Admonitio obliqua ad hærentem non ſine tædio Charinum, ut diſcedat ſtupidus: aguntur enim bruta.

i Protrabo, differo.

k Philumenam.

l A Glycerio

ACTUS IV SCENA III.

MYSIS.

M. *Nſne eſſe* [a] *proprium cuiquam ? Dii voſtram fidem.*
Summum bonum eſſe heræ putabam hunc Pamphilum,
Amicum, amatorem, virum, in quovis loco
Paratum : verùm ex eo nunc miſera quem capit
Dolorem ? [b] *facilè hìc plus mali eſt, quàm illìc boni.*

---

a Peculiare, perpetuum, ſincerum, ut infrà act. 5. ſc. 5. *Cùm ſciam, nihil eſſe in vita proprium mortali datum.* Lucil. apud Non. 27. l. Βίβαιον οὐδὲν ἐν βίῳ δοκεῖ πλεῖν *Menander.*

b Certè plus doloris exoritur à metu amittendi, quàm fuit gaudium in voluptate & ſpe potiundi.

Sed

Sed Davus exit. mi homo, quid istuc obsecro est ?
c *Quò portas puerum ?* d

---

c Glycerii infantem involutum profert in scena Davus, traditque ancillæ, quasi puerum mater ante Simonis fores exponi curâsset.

d In plurimis continuantur hæ duæ, ut unam conficiant scenam.

ACTÛS IV SCENA IV.

DAVUS, MYSIS.

D. d *MYsis, nunc opus est tuâ*
Mihi ad hanc rem a *expromptâ memoriâ atque astutiâ.*
M. *Quidnam incepturus ?* D. *accipe à me hunc ocyùs,*
Atque ante nostram januam appone. M. *obsecro,*
Humine ? D. *ex* b *ara hinc sume* c *verbenas tibi,*
Atque eas substerne. M. *quamobrem id tute non facis ?*
D. *Quia, si fortè opus ad herum iusjurandum mihi,*
Non apposuisse, ut d *liquidò possim.* M. *intelligo.*
e *Nova nunc religio in te istæc incessit, cedò ?*

---

a Ut videantur non ex composito & studio præmeditati dolum hunc dolare, sed ex tempore omnia facere ac dicere. ut mox sc. 6. *Paulum interesse censes* &c.

b In scena, inquit Jul. Scal. 1. Poët. c. 21. duæ fuerunt aræ; Dextra *Baccho* in tragœdia, *Apollini* in Comœdia. Sinistra, ei cui fiebant ludi. in iis aris verbenæ imponebatur *Apollini*, ut est in Andria Terentiana, *Baccho* hederæ.

c Verbena est ἱεροβόλανον, *sagmina* prisci vocabant. Hâc de loco sacro Capitolii sumptâ coronabantur feciales & Pater patratus fœdera facturi aut bellum indituri. hoc nomine & omnes sacræ frondes appellantur.

d Sincerè, purè, sine exceptione, aut conscientiæ scrupulo.

e Hunc versum citat Augustin. 1. 1. c. de ordine.

D. *Move*

D. *Move ocyùs te, ut, quid agam, porrò intelligas.*
Prò Iupiter. M. *quid?* D. *sponsæ pater intervenit.*
Repudio consilium, quod primùm intenderam.
M. *Nescio quid narres.* D. *ego quoque hinc ab dextera*
Venire me adsimulabo. tu, ut subservias
Orationi, utcunque opu' sit, verbis, vide.
M. *Ego, quid agas, nihil intelligo: sed, si quid est,*
Quod meâ operâ opus sit vobis, aut tu plus vides,
Manebo, nè quid vostrum remorer commodum.

ACTÛS IV SCENA V.

CHREMES, MYSIS, DAVUS.

C. * *REvertor, postquam, quæ opus fuere ad nuptias*
Gnatæ, paravi, ut jubeam accersi, sed quid hoc?
Puer hercle est. mulier, tun' apposuisti hunc? M. *ubi*
a *Illic est?* C. *non mihi respondes?* M. *hem, nusquam est. væ*
miseræ mihi,
Reliquit me a *homo, atque abiit.* D. *dì vostram fidem!*
Quid turbæ est apud forum? quid illic hominum litigant?
Tum annona cara est. quid dicam aliud, nescio.
M. *Cur tu obsecro hic me solam* c *?* D. *hem, quæ hæc est*
fabula?
Eho Mysis; puer hic unde est? quisve huc attulit?
M. *Satin' sanus es, qui me id rogites?* D. *quem ego igitur*
rogem,

* Summo artificio Chremetem circumvenit Davus, quo illum à nuptiis deterreat.

a Davus, qui recesserat, ut de foro venisse videatur; namque hoc agit, ut ipse videatur simplex & ignarus atque ut Pamphili amor prodatur Chremeti.

b Apostopesis, obstruente Illi os Davo, & multa simul interrogante.

c Qui

c *Qui hìc veminem alium video ?* C. *miror, unde sit.*
D. *Dicturan' quod rogo ?* M. d *au.* D. *concede ad* e *dexteram.*
M. *Deliras. non tute ipse ?* D. f *verbum si mihi*
Unum, præterquam quod te rogo, faxis, cave.
M. *Malè dicis.* D. *unde est ?* *dic claré.* M. *à nobis.* D. *ha ha hæ.*
Mirum verò, impudenter mulier si facit.
C. *Ab Andria est ancilla hæc, quantùm intelligo.*
D. *Adeon' videmur vobis esse idonei,*
In quibus sic illudatis ? C. *veni in tempore.*
D. *Propera adeò puerum tollere hinc ab janua.*
Mane : f *cave quoquam ex isloc* g *excessis loco.*
M. *Dii te eradicent. ità me miseram territas.*
D. *Tibi ego dico, an non ?* M. *quid vis ?* D. *at etiam rogas ?*
Cedò, cujum puerum hic apposuisti, dic mihi.
M. *Tu nescis ?* D. *mitte id, quod scio : dic, quod rogo :*
M. *Vestri.* D. *cujus vostri ?* M. *Pamphili.* D. *hem, quid* h *Pamphili ?*
M. *Eho, an non est ?* C. *rectè ego semper fugi has nuptias.*
D. *O facinus animadvertendum ! M. quid clamitas ?*
D. i *Quémne ego heri vidi ad vos adferri vesperi ?*
M. *O hominem audacem !* D. *verum. vidi* k *Cantharam*

---

c Dissimulat sibi visum Chremetem.

d Interjectio consternatæ mulieris.

e A sinistra enim stabat Chremes, quem omnia audire nondum vult. alia quippe clarè, alia dici jubet suppresè.

f Hoc ipse voce submissâ.

g Excesseris, excedas.

h Repetit nomen Pamphili quasi cum indignatione. verùm ut id disertè audiat Chremes.

i Suppositìtium innuit infantem adlatum.

k Anum crassam & suffarcinatam, ut quæ puerum unà attulerit, quem Pamphili filium esse prætenderent. vide Adelph. act. 2. sc. 1. Pet. verò Nannius, ut & Fr. Lindebrogius *cantharum* legi volunt, ex recepto Athenis more exponendi quicquid natum nollent in fictilibus vasis, corbibus aut sportulis, κάνθαρος, vel λάρνακος. Aristot. 7. I. Polit. c. 16. Aristoph. in Ranis de Oedipode exposito. Callimachus Hymn. in Jovem.

Subsar

Subfarcinatam. M. *Diis pol habeo gratias,*
Cùm in pariundo aliquot adfuerunt l *liberæ.*
D. *Nè illa illum haud novit, cujus causâ hæc incipit*
Chremes, si positum puerum ante ædes viderit,
Suam gnatam non dabit. tantò hercle magis dabit.
C. *Non hercle faciet.* D. *nunc adeo, ut tu sis sciens,*
Ni puerum tollis, jamjam egò hunc medium in viam
m *Provolvam, tèque ibidem pervolvam in luto.*
M. *Tu pol homo non es sobrius.* D. *fallacia*
Alia aliam trudit. jam susurrari audio,
Civem Atticam esse hanc. C. *hem.* D. *coactus* n *legibus*
Eam uxorem ducet. M. *au, obsecro, an non civis est?*
C. *Iocularium in malum insciens penè incidi.*
D. *Quis hìc loquitur? ô Chreme, per tempus advenis:*
Ausculta. C. *audivi jam omnia.* D. *ánne tu omnia?*
C. *Audivi inquam à principio.* D. *audistin' obsecro? hem*
Scelera: hanc jam oportet in cruciatum hinc abripi.
o *Hic ille est: non te credas Davom ludere.*
M. *Me miseram: nihil pol falsi dixi mi senex.*
C. *Novi rem omnem. sed est Simo intus?* D. *intus est.*
M. *Nè me* p *attigas sceleste. si pol Glycerio non omnia hæc.*
D. *Eho inepta, nescis quid sit actum.* M. *qui sciam?*
D. *Hic socer est. alio pacto haud poterat fieri,*
Ut sciret hæc, quæ volumus. M. *hem, prædiceres.*
P. *Paulum interesse censes, ex animo omnia,*
Ut fert natura, facias, an de industria?

---

l Quæ testimonium super vero partu perhiberent natum sc. ex Glycerio; non allatum.

m. Nannius legit *proluam.* tanquam scropham in volutabro.

n Lex erat. Η' βιαζθῆναι, ἢ γαμεῖν, ἢ διδόναι ἀργύριον τῷ βιασαμένῳ.

o Chremes, *nil' ἐξοχλεῖ.*

p Ab *attigo* pro attingo. post Chremetis egressum Davus gestiens præ lætitia ludos facit Mysidi & blanditias.

ACTUS IV SCENA VI.

CRITO, MYSIS, DAVUS.

C. * *IN hac habitâsse plateâ dictum est Chrysidem.*
a *Quæ se inhonestè optavit parere divitias*
Potius, quàm in patria honestè paupera vivere.
Ejus morte ea ad me lege redierunt bona.
Sed quos perconter, video. salvete. M. *obsecro,*
Quem video? éstne hic Crito, sobrinus Chrysidis?
Is est. C. *ô Mysis salve.* M. *salvos sis Crito.*
C. *Itán' Chrysis? hem.* M. *nos quidem pol miseras perdidit.*
C. *Quid vos?* b *quo pacto hic? sati' ne rectè?* M. *nósne?*
c *sic.*
Ut quimus, ajunt; quando ut volumus, non licet.
C. *Quid Glycerium? jam hîc suos parentes repperit?*
M. *Utinam.* C. *an nondum etiam? haud auspicatò huc me*
appuli:
Nam pol, si id scissem, nunquam huc d *tetulissem pedem:*
Semper enim dicta est ejus hæc atque habita est soror:
Quæ illius fuerunt, possidet. nunc me hospitem
e *Lites sequi, quàm hic mihi sit facile atque utile,*
Aliorum exempla commonent. simul arbitror,
Iam esse aliquem amicum, & defensorem ei. nam ferè
Grandiuscula jam profecta est illinc. clamitent,
Me f *sycophantam hæreditatem persequi,*

---

* Παρασκευὴ ad Catastrophen fabulæ, ex interventu Critonis.

a Quæ patriam, paupertatem, pudicitiam fugit.

b Redire dicitur hæreditas, quæ tum primùm defertur, in familiam redeunt, si non est hæres de proximo, aut ex testamento.

c Agitis?

d Ζῶ μὲν γὰρ οὐκ οἶς θέλομεν, ἀλλ' ὡς δύναμαι? *vivas ut possis, quando non quis ut velis.* Cæcilius in Plotio.

e *Qui huc in hanc urbem pedem unquam intulit.* Menæch. 2. act. 3. sc.

f Super Chrysidis bonis, quæ possidet Glycerium, repetendis.

g Calumniator; vitilitigator. Καὶ συκοφάντης ἐν δύε, ὁ πανοῦργος βαλλίων ἥκων; καλεῖται καλεῖται καὶ ἀδικεμβλὼν τυχῇ. Menander συκοφάντῃ. sed vide act. 5. sc. 4. infrà.

Medicum,

Mendicum. tum, ipſam deſpoliare non libet.
M. *O optume hoſpes pol, Crito, antiquum obtînes.*
C. *Duc me ad eam, quando huc veni, ut videam.* M. *maxumé.*
D. *Sequar hos: nolo me in tempore hoc videat ſenex.*

ACTÛS V SCENA I.

CHREMES, SIMO.

C. * *SAti' jam, ſati' Simo ſpectata erga te amicitia eſt mea:*
Dum ſtudeo a *obſequi tibi, penè illuſi vitam filiæ.*
S. *Imo enim quammaxume abs te poſtulo atque oro Chreme,*
Ut beneficium, verbis initum dudum, nunc re comprobes.
C. *Vide, quàm iniquus ſis præ* b *ſtudio. dum efficias id quod cupis,*
Neque modum benignitatis, neque quid me ores, cogitas:
Nam ſi cogites, remittas jam me onerare injuriis.
S. *Quibus?* C. *ah rogitas?* c *perpuliſti me, ut homini adoleſcentulo,*
In alio occupato amore, abhorrenti ab re uxoria,
Filiam darem in ſeditionem, atque incertas nuptias;
Ejus labore atque ejus dolore gnato ut medicarer tuo.
Impetrâſti: incepi, dum res tetulit: nunc non d *fert:* d *feras.*
Illam hanc civem eſſe aïunt: puer eſt natus: nos miſſos face.

---

* Acris expoſtulatio Chremetis cum Simone. Et plana nuptiarum renunciatio. *Spectatum ſatis & donatum rude.* Hor. 1. epiſt. 1. l.

a Conſequimur, inquiunt, ſtudio: obſequimur officio; perſequimur injuriâ: proſequimur ordine; aſſequimur voto.

b *Quali verò hoc te à me impetrare oporteat.* Ah! *nè me obſecra,* ſuprà act. 3. ſcen. 3.

c Ut ut periculum in filia fieri grave ſit, tuo tamen ut obſequer ſtudio, precibus tuis exoratus, penè illuſi vitam filiæ; quam propè conjeceram in nuptias incertas & divortium. ſuprà act. 3. ſcen. 3.

d Εἰ τὸ φέρειν σε φέρει φέρε καὶ φέρε &c. Palladæ Anthologia. l. l.

S. *Per*

S. *Per ego te deos oro, ut nè illis animum inducas credere,*
Quibus id maxumè utile eſt illum eſſe quàm deterrimum.
c *Nuptiarum gratiâ hæc ſunt facta atque incepta omnia.*
Ubi ea cauſſa, quamobrem hæc faciunt, erit adempta his, deſinent.
C. *Erras.* f *tum Davo egomet vidi jurgantem ancillam.* S. *ſcio.*
C. *at*
Vero voltu; cùm ibi me adeſſe neuter dum perſenſerat.
S. *Credo; & id factùm as,* g *Davus dudum prædixit mihi:*
Et neſcio quid tibi ſum oblitus hodie ac volui dicere.

---

c Cum tuâ filiâ cavendarum & cum Glycerio conficiendarum.

f Modò 4 ſcen. hujus actûs.
g Suprà 3. act. 2 ſcen.

ACTÛS V SCENA II.

DAVUS, CHREMES, SIMO, DROMO.

D. * *ANimo jam nunc* a *otioſo eſſe impero* C. *hem Davom tibi.*
Unde egreditur? D. *meo præſidio, atque hoſpitiis.* S. *quid illud mali eſt?*
D. *Ego commodiorem hominem, adventum, tempus non vidi.*
S. *ſcelus!*

---

* Inſolentem & triumphantem gaudio Davum jubet Simo iratus vinciri atque in piſtrinum abripi.

a Securo & tranquillo. ut Eun. 5. act. 3. Scen.

b Meâ hoc factum operâ, atque Critonis adventu.

c Sceleſtus ſuprà. 3. Act. 5. Scen.

Quemnam hic laudat? D. *omnis res eſt jam* [d] *in vado.*
s. *ceſſo alloqui?*
D. *Herus eſt: quid agam?* s. *ô ſalve* [e] *bone vir.* D. *hem*
Simo, ô noſter Chremes,
Omnia apparata jam ſunt intus. C. [e] *curâſſi probè.*
D. *Ubi voles, accerſe.* s. *bene ſanè.* [f] *is enimvero hinc nunc*
abeſt.
Etiam tu hoc reſpondes, quid [g] *iſtic tibi negotii eſt?* D. *mihin'?*
s. *ità.*
D. *Mihine?* s. *tibi ergò.* D. [h] *modò introii.* s. *quaſi ego, quàm*
dudum id rogem.
D. [h] *Cum tuo gnato unà.* s. *anne eſt intus Pamphilus?*
crucior miſer.
Eho, non [i] *tu dixti eſſe inter eos inimicitias carnufex?*
D. *Sunt.* s. *cur igitur hic eſt?* C. *quid illum cenſes?* [k] *cum*
illa litigat.
D. [l] *Imò verò indignum, Chreme, jam facinus faxo ex me*
audias.
Neſcio qui ſenex modò venit: ellum, confidens, [m] *catus:*
Cùm faciem videas, videtur eſſe quantivis pretî:
Triſtis ſeveritas ineſt in voltu, atque in verbis fides.
s. *Quidnam adportas?* D. *nil equidem, niſi quod illum*
audivi dicere.

---

d In tuto, citra diſcrimen. à natantibus vel navigantibus ſumptum.

e Ironia.

f Pamphilus.

g Apud Glyceſium.

h Conſternatus Davus & non in promptu habens quid reſpondeat, eadem repetendo, aliùd quàm interrogabatur, reſpondendo, vacillat denique ſe excuſet, Pamphilum ut cuſat.

i Suprà. 3. act. 2. ſc.

k Amara Ironia.

l Cauſſam reddit, cur Pamphilus intus ſit.

m Prudens, cordatus.

s. *Quid ait tandem?* D. *Glycerium se scire civem esse hanc* n *Atticam.*

s. *Hem Dromo, Dromo.* D. *quid est?* s. *Drom.* D. *audi.* s. *verbum si addideris. Dromo.*

D. *Audi obsecro.* DR. *quid vis?* s. n *sublimem hunc intrò rape, quantùm potes.*

DR. *Quem?* s. *Davom.* D. *quamobrem?* s. p *quia lubet, rape inquam.* D. *quid feci?* s. *rape.*

D. *Si quidquam mentitum invenies, occidito.* S. *nihil audio.*

Ego jam te commotum reddam. D. *tamen etsi hoc verum est.* S. *tamen.*

Cura adservandum vinctum: atque audin'? q *quadrupedem constringito.*

Agè, nunc jam ego pol hodie, si vivo, tibi
Ostendam, herum quid sit perìcli fallere, &
Illi patrem. C. *ah nè sævi tantopere.* s. *Chreme,*
t *Pietatem gnati, nonne te miseret meî?*
Tantum laborem capere ob talem filium?
Agè Pamphile: exi Pamphile: ecquid te pudet?

---

n Viros, Ἀθηναίους; mulieres. Athenienses appellari autor est Eustathius.

o Sublatum, ut terram non tangat.

p *Stat pro ratione voluntas.* Juven. 6. Sat. ubi servum crucì affigendum jubet mulier imperiosa.

q Manibus ac pedibus colligatis erat etiam Κυφωνισμὸς apud Athenienses supplicii genus, quo colla cippis incurvarentur pessum, nè possent caput erigere, quadrupedum instar inclinati.

r *Ellipsis.* vidésne, quænam sit pietas gnati. Iron. quantùm distet a pietate.

ACTUS V SCENA III.

PAMPHILUS, SIMO, CHREMES.

P. QUis me volt? perii, pater est. S. quid ais [a] omnium? C. ah.
Rem potius ipsam dic, ac mitte [b] male loqui.
S. Quasi quidquam in hanc jam gravius dici possiet.
Ain' tandem, civis Glycerium est? P. ità prædicant.
S. Ità prædicant? ingentem confidentiam!
Num cogitat, quid dicat? num facti piget?
[c] Num eius color pudoris signum usquam indicat?
Adeon' [d] impotenti esse animo, ut præter civium
Morem, atque [e] legem, & sui voluntatem patris,
Tamen hanc habere cupiat cum summo probro?
P. Me miserum! S. modòne id demum sensti Pamphile?
Olim istuc, olim, cùm ità animum induxti tuum,
Quod cuperes, aliquo pacto efficiundum tibi,
Eodem die istuc verbum verè in te accidit.
Sed quid ago? cur me excrucio? cur me macero?
Cur meam senectam huius [f] solicito amentiâ? an
Pro huius ego ut peccatis supplicium sufferam?

---

a Pessime, scelerat issime. Aposiopesis, ex irâ.

b Convitiari.

c Núnnam erubuit? ecquis illi pudoris color, atque virtutis tinctura in facie apparet.

d Suî moderamen non habenti.

e A Pericle latam, quâ cautum, nothos eos esse qui non ex duobus Athenien sibus nati essent, prolémque illam, honorem, magistratuum & civilium commoditatum adeóque conjugii minimè capacem. videri Plutarch. in Pericle.

f Solicitam reddo, contristo.

g *Imò habeat, valeat, vivat cum illâ.* P. *mi pater!*
S. *Quid mi pater? quasi tu hujus indigeas patris.*
Domus, uxor, liberi inventi invito patre:
Adducti, qui illam civem hinc dicant. h *viceris.*
P. *Pater, licétne pauca?* S. *quid dices mihi?*
C. *Tamen Simo audi.* S. *ego audiam? quid audiam*
Chremes? C. *attamen dicat sine.* S. *age, dicat, sino.*
P. *Ego me amare hanc fateor; si id peccare est,* i *fateor id quoque.*
Tibi pater me dedo, quidvis oneris impone: impera.
Vis me uxorem ducere? hanc amittere? ut potero feram.
Hoc modò te obsecro, ut nè credas à me k *allegatum hunc senem.*
Sine me expurgem, atque illum huc coràm adducam. S. *adducas?* P. *sine pater.*
C. *Æquum postulat: da veniam.* P. *sine te hoc exorem.* S. *sino.*
Quidvis cupio, dum nè ab hoc me falli comperiar Chreme.
C. *Pro peccato magno paulum supplicii satìs est patri.*

---

g Epitrope, quasi renuncians, sic.
h Te penès sit victoria. sed Cadmea.
i *Vitia sua confiteri, sanitatis indicium est.* Seneca 53. Epist. *Numen confessis aliquod pater.* Ovid. 11. Metam.
k Subornatum.

ACTUS V SCENA IV.

CRITO, CHREMES, SIMO, PAMPHILUS.

* CR. a *Mitte orare, una harum quævis causſa me ut faciam, monet.*

---

* Post errores, iras, altercationes Catastrophe prospera.
a Pamphilum in via alloquitur.

Vel tu, vel quod verum eſt, vel quod ipſi cupio Glycerio.

CH. [b] *Andrium ego Critonem video? & certè is eſt. ſalvos ſis Crito.*

Quid tu Athenas [c] *inſolens?* CR. *evenit. ſed hiccine eſt Simo?*

CH. *Hic eſt.* S. *méne quæris? eho, tu Glycerium hinc civem eſſe ais?*

CR. *Tu negas?* S. *itáne huc paratus advenis?* CR. *quare?* S. [r]*ogas.*

Túne impune hæc facias? túne hic homines adoleſcentulos,

Imperitos rerum, eductos liberè, in fraudem illicis?

Sollicitando, & pollicitando eorum animos [d] *lactas?*

CR. *ſanun' es?*

S. *Ac meretricios amores nuptiis conglutinas?*

P. *Perii: metuo,* [e] *ut ſubſtet hoſpes.* CH. *ſi Simo hunc nôris ſatìs,*

Non ità arbitrere. bonus hic eſt vir. S. *hic vir ſit bonus?*

Itáne adtemperatè venit hodie in ipſis nuptiis,

Ut veniret antehac nunquam? eſt verò huic credendum Chreme.

P. *Ni metuam patrem, habeo pro illa re, illum quod moneam probé.*

S. [f] *Sycophanta.* CR. *hem.* CH. [g] *ſic Crito eſt hic: mitte.* CR. *videat, qui fiet.*

---

[b] Agnoſcit Chremes veterem amicum & hoſpitem Critonem.

[c] Inſolitus, inſuetus.

[d] Demulces, ſuprà act. 4. ſc. 1. *lactâſſes amantem, & falsâ ſpe produceres.*

[e] Nè non ſubſiſtat hoſpes.

[f] Vetitum caricas in Attica naſcentes exportare. Cùm verò multi furtim avehere deprehendérentur, delatores qui illos apud judices accuſarent, vocatos principiò Sycophantas. *Athenæus* Deipnoſop. c. 2. Cùm è ficuum mercaturâ, vini, olei tributa colligerentur ac portoria, & multarentur, qui ea non ſolviſſent, coactóres appellatos fuiſſe Sycophantas Ibidem. Alia originis nomina habes apud *Plutarch.* in Solone & interpret. *Ariſtophanis* in Phito.

[g] Sic homo eſt. Eunuch 3. act. ſc. 1 iracundus ſc. ὅτως ἀνὴρ ὀργίλος ἐστίν. *Menander.*

h *Si mihi pergit, quæ volt, dicere, ea, quæ non volt, audiet.*
Ego istæc moveo, aut curo? non tu tuum malum æquo animo feres?
Nam, ego quæ dico, vera, an falsa audieris, jam sciri potest:
Atticus quidam olim navi fractâ ad Andrum ejectus est,
Et istæc una parva virgo, tum ille egens fortè applicat,
Primùm ad Chrysidis patrem sē. s. fabulam inceptat. CH. *sine.*
CR. *Itáne verò obturbat?* CH. *perge.* CR. *tum is mihi cognatus fuit,*
Qui eum recepit. ibi ego audivi ex illo sese esse Atticum.
Is ibi mortuus est. CH. *ejus nomen?* CR. *nomen tam citò tibi?*
Phania. CH. *hem, perii.* CR. *verùm hercle opinor fuisse Phaniam.*
Hoc certò scio, i *Rhamnusium se ajebat esse.* CH. *ô Jupiter.*
CR. *Eadem hæc Chreme multi alii in Andro tum audivere.*
CH. *utinam id sit,*
Quod spero. eho dic mihi, quid is eam tum, Crito,
Suámne aïebat esse? CR. *nou.* CH. *cujam igitur?* CR. *fratris filiam.*
CH. *Certè mea est.* CR. *quid aïs?* S. *quid tu? quid aïs?*
P. *arrige aures Pamphile.*
S. *Quî credis?* CH. *Phania ille, frater meus fuit* S. *nôram & scio.*
CH. *Is hinc bellum fugiens, méque in Asiam persequens, proficiscitur.*
Tum illam hîc relinquere est veritus. post illa nunc primùm audio,
Quid illo sit factum. P. *vix sum apud me: ità animus commotus est, metu,*
Spe, gaudio, mirando hoc tanto, tam repentino bono.

---

h Ὁπόσον δ' ἴπποθι νῆας ἐείσας
ἀν' ἁλμυρὸν ὄρσεις. Hom Il. v. plura super hoc adagia, vide Erasm.

Chiliad.

i Rhamnus erat pagus in agro Attico. Strabo, 9. l.

S. *Nè istam* [k] *multimodis tuam inveniri gaudeo.* P. *credo pater.*
CH. *At mihi unus* [l] *scrupulus etiam restat, qui me malè habet.*
P. *dignus es*
Cum tua [m] *religione odio. nodum in* [n] *scirpo quæris.* CR. *quid illud est?*
CH. *Nomen non convenit.* CR. *fuit hercle aliud huic parvæ.*
CH. *quod Crito?*
Nunquid meministi. CR. *id quæro.* P. *egone hujus memoriam patiar meæ*
Voluptati obstare, cùm egomet possim in hac re mediçari mihi?
Non patiar. heus Chremes quod quæris, Pasibula. CR. *ipsa est.*
CH. *ea est?*
P. *Ex ipsa millies audivi.* S. *omneis nos gaudere hoc Chremi,*
Te credo credere. CH. *ità me dii ament, credo.* P. *quid restat pater.*
S. *Jam dudum res reduxit me ipsa in gratiam.* P. *ô lepidum patrem!*
De uxore ità, ut possed, nihil mutat Chremes. CH. *causa optuma est:*
Nisi quid pater aliud ait. P. *nempe.* S. *scilicet.* CH. *dos Pamphile, est*
Decem talenta. P. *accipio.* CH. *propero ad filiam. eho mecum Crito:*
Nam illam me haud nôsse credo. S. *cur non illam huc transferti jubes?*

---

k Multis modis.

l Dubium quoddam non ità magnum superest. Scrupulus dim. à scrupo, lapillus qui offendit pedes. hinc pro re molestâ, difficili, anxiâ capitur *Donat.* sed *Nannius* à scriptulo seu scrupulo vigesimâ quartâ unciæ parte sumptam vult Metaphoram. *Chremeti* in filia examinanda satisfieri pleno pondere, nisi quòd unus scrupulus desit, nomen sc. non convenire.

m Tam solicitâ desquisitione, superstitione

n Scirpi sunt junci leves & enodes, ut scribit *Aleiatus.* nodum in scirpo quærit, qui in re minimè dubiâ dubitandi occasionem quærit. *Plautus* in Menæchemo act. 2. sc. 1. idem habet proverbium. *Nodum in scirpo in sanè facere vulgus.* Lucilius

P. *Recte*

P. *Rectè admones. Davo ego istuc dedam jam negotî.* S. *non potest.*

P. *Quî?* S. *quia habet aliud magis ex sese, & majus.* P. *quidnam?* S. *vinctus est.*

P. *Pater, non rectè vinctus est.* S. *haud ità jussi.* P. *jube solvi obsecro.*

S. *Age fiat.* P. *at matura.* S. *eo intrò.* P. *ô faustum, & felicem hunc diem!*

---

o Jusserat enim quadrupedem vinciri modò scen. hujus actûs Iu. | dit in ambiguitate τῷ *rectè*.

ACTÛS V SCENA V.

CHARINUS, PAMPHILUS.

C. *PRoviso, quid agat Pamphilus: atque eccum.* P. *aliquis forsan me putet*

Non putare hoc verum: at mihi nunc sic esse hoc verum lubet.

a *Ego vitam deorum propterea sempiternam esse arbitror,*

Quod voluptates eorum b *propriæ sunt. nam mihi immortalitas*

Parta est, si huic nulla ægritudo gaudio intercesserit.

Sed quem ego potissimùm exoptem nunc mihi, cui hæc narrem, dari?

C. *Quid illud gaudii est?* P. *Davom video. nemo est, quem mallem, omnium:*

Nam hunc scio mea fortunâ fore lætum gavisurum gaudia.

---

a τοῦτο τὸ ζῆν ἐστὶ τὸ καλλίμορον θεῶν ἀκήδεστος βίοτος *Apollodorus. Deorum vitam adepti sumus.* Heautont. act. 4. sc. 3. *Immortalis ero, si altera talis erit. Namque Deos didici securum agere ævum* &c. ex schola Epicuri. Horat. 6. S 1. l.

b Peculiaris & perpetua. *propria hæc si dona fuissent.* Virg. Æn. 6. de Marcello, cui diuturnæ vitæ usura negata. *Sempiternum* ad Deos, *perpetuum* propriè ad homines.

ACTÛS

ACTUS V SCENA VI.

DAVUS, PAMPHILUS, CHARINUS.

D. * PAmphilus ubinam hic est? P. Dave. D. quis homo est? P. ego sum. D. ô Pamphile.

P. Nescis, quid mihi obtigerit. D. certè: sed, quid mihi obtigerit, scio.

P. [a] Et quidem ego. D. more hominum evenit, [b] ego ut quod sim natus mali,

Priùs rescisceres tu, quàm ego, tibi quod evenit boni.

P. Mea Glycerium suos parentes reperit. D. ô factum bene!

C. Hem. P. pater amicus summus nobis. D. quis? P. Chremes. D. narras probè.

P. Nec mora ulla est, quin eam uxorem ducam. C. [b] num ille somniat

Ea, quæ vigilans voluit? P. tum de puero Dave? D. ah desine:

Solus est, quem diligunt dii. C. salvus sum, si hæc vera sunt.

Colloquar. P. quis homo est? Charine, in tempore ipso mî advenis.

C. Bene factum. P. hem, audîsti? C. omnia. age, me in tuis secundis respice.

Tuus est nunc Chremes. facturum, quæ voles, scio esse omnia.

P. Memini: atque adeò longum est, nos illum exspectare, dum exeat.

Sequere hac me intus ad Glycerium nunc. tu Dave abi domum,

---

* Davus, è quadrupede redditus bipes, i. e. vinculis exutus, gratulatur Pamphilo prosperas nuptias. Charino nè quis læto deflectuatur exitu, spes bona ducendi, Philumenam facta *feliciter*.

[a] Retulerat Simo, suprà sc. 4. *vinctus est*.

[b] Velocior ficti pravique est fama, quàm nuncia veri ac boni.

[c] *Credimus? an qui amant ipsi sibi somnia fingunt?* Virg. ecloga.

Propere

Properè accerſe, hinc d *qui auferant eam: quid ſtas? quid ceſſas?* D. *eo.*
Nè exſpectetis, dum exeant huc: intus deſpondebitur.
Intus tranſigetur, ſi quid eſt, quod reſtet. plaudite.

---

d Ritè namque virgo nuptui data ſimulabatur ex gremio matris, aut ea ſi deeſſet, ex proxima neceſſitudine rapi, cùm ad virum tranſferebatur. quòd ea res feliciter Romulo ſuiſque ceſſit Sabinas rapientibus.

EUNU-

EUNUCHUS
PUB. TERENTII
Carthaginienſis Afri.

ACTA LUDIS MEGALENSIBUS L. POSTHUMIO ALBINO ET L. CORNELIO MERULA ÆDILIBUS CURULIBUS. EGERUNT L. AMBIVIUS TURPIO ET L. ATTILIUS PRÆNESTINUS. MODOS FECIT FLACCUS CLAUDII FILIUS, TIBIIS DUABUS DEXTRIS. GRÆCA EST MENANDRU. ACTA II. EDITA M. VALERIO ET MESSALA ET CN. FANNIO STRABONE CONSULIBUS. ANNO AB URBE CONDITA D LXXXXIII. ANTE CHRISTUM NATUM CLVIIII.

FABULÆ INTERLOCUTORES.

ANTIPHO, *adoleſcens.*
CHÆREA, *adoleſcens.*
CHREMES, *adoleſcens ruſticus.*
DORYAS, *ancilla.*
DORUS, *eunuchus.*
GNATO, *paraſitus.*
LACHES, *ſenex.*
PARMENO, *ſervus.*
PHÆDRIA, *adoleſcens.*
PYTHIAS, *ancilla.*
SANGA, *lixa.*
SOPHRONA, *nutrix.*
THAIS, *meretrix.*
THRASO, *miles.*

PERSONÆ MUTÆ.

STRATO, *militaris.*
PAMPHILA, *amabilis.*
SYRISCUS, *à Syro.*
SANNIO, *ab haſta.*
DONAX, *fiſtula ſive arundo piſcatoria.*

ERASMI

ERASMI IDIOMATA PERSONARUM.

Chærea, *ephebus ad quidvis audax, incogitans & imprudenter animus.*
Chremes, *adolescens rudè educatus, eóque civilium blandiarum insolens, & artium imperitus.*
Gnato, *fingitur assentator & callidus.*
Laches, *pius in filios, & vehementi ingenio.*
Parmeno, *callidus, & ofor meretricum.*
Phædria, *cordatus adolescens, & cum morbo suo pugnans.*
Sanga, *fingitur liber ac domini contemptor, quales fere coqui.*
Thais, *inducitur cordata & civilis, & inter meretrices probis moribus.*
Thraso, *fingitur stolidus & arrogans.*

RATIO NOMINUM.

Antipho, *ἀπὸ τῦ ἀντὶ ἢ φῶς. quasi dicas, lumen contra adferens, aut, adversa lux, quòd obvius appareat.*
Chærea, *à χαίρων, latus, gaudens. quasi dicas,* Gaudentius.
Chremes, *vid. Andriam.*
Doryas, *à δόρυ, hasta. quòd bello rapta sit.*
Dorus, *à δῶρον. donum, munus. quòd dono mutatus Thaïdi.*
Gnato, *à γνάθος, maxilla, bucca. quòd edax.*
Laches, *ab ἔλαχον, verbi λαγχάνω, sortior, sorte vel hereditate obtineo*
Parmeno, *quasi παρὰ τὴν διανοίαν μένων, apud dominum manens, quòd sedulò adsit Domino suo.*
Phædria, *à φαιδρὸς, Hilaris, alacer. quasi dicas,* Hilarius.
Pythias, *quasi πυθομένη, sciscitatrix. quòd omnia percontetur. à πυνθάνομαι, scisciter, audio, intelligo.*
Sanga. *à flumine Phrygiæ. vel à σάττω, onero, tanquam à componendis sarcinis.*
Sophrona, *à σώφρων, honestus, castus; quasi dicas,* Pudica.
Thais, *à θαητὸς, spectabilis. à θεάομαι, spectо, quasi dicas, speciosa.*
Thraso, *à θρασὺς, audacia.*

Eunuchi

Eunuchi Argumentum,

C. SULPITIO APOLLINARI AUTORE.

Sororem falsò dictitatam Thaïdis,
Id ipsum ignorans, miles advexit Thraso,
Ipsique donat. erat hæc civis Attica.
Eidem Eunuchum, quem emerat, tradi jubet
Thaïdis amator Phædria, ac rus ipse abit,
Thrasoni oratus biduum concederet.
Ephebus frater Phædriæ puellulam
Cùm deperiret dono missam Thaïdi,
Ornatu Eunuchi induitur. Suadet Parmeno.
Introiit: vitiat virginem. sed Atticus
Civis repertus frater ejus, conlocat
Vitiatam ephebo: Phædriam exorat Thraso.

ALIUD, M. ANT. MURETI.

Civis quidam Athenienſis filiam cui Pamphilæ, & filium cui Chremeti nomen erat, habuit. ex iis Pamphilam adhuc infantulam prædones rapuere è Sunio, & mercatori cuidam Rhodio vendidere: qui, Rhodum advectam, meretrici, quam amabat, dono dedit. Hæc acceptam puellam pari curâ ac ſtudio, cum Thaïde filiâ cœpit educere: nemo ut eſſet, qui non utramque ex ipſâ genitam eſſe arbitraretur. Thaïs, quæ grandiuſcula erat, cùm ad eam ætatem perveniſſet, ut viris placere poſſet; maternam, ut fit, vivendi rationem inſecuta, cum hoſpite quodam Athenas venit, qui eam poſtea moriens hæredem reliquit. Interea miles, Thraſo nomine, ad eam adjecit animum: cúmque cum ea per aliquod tempus conſuevisſet, in Cariam profectus eſt. Thaïdis mater per eos dies vitam morte commutaverat, fratérque ipſius Pamphilam venalem propoſuerat, ſperans eam, quòd & formoſa eſſet, & fidibus ſciret, præclarè à ſe venditum iri. Fortè accidit, ut eo ipſo tempore Thaïdis amator miles eſſet Rhodi: qui, harum omnium rerum inſcius, Pamphilam emit; ut eſſet, quod amicæ, Athenas reverſus, dono daret. Thaïs, profecto milite, aliam

aliam conditionem quæsierat, adjunxerátque sibi Phædriam, adolescentem Atheniensem, Lachetis filium. Inaudiverat interim etiam aliquid de Pamphila; jámque cum fratre ipsius Chremete aliquoties collocuta, eò pervenerat, ut non dubiis indiciis intelligeret, sororem illius esse, quæ secum in maternis ædibus educata foret. Summopere cupiebat igitur occasionem sibi aliquam dari, quâ Pamphilam suis restitueret, eodémque facto, & puellam summo afficeret beneficio, & propinquorum illius amicitiâ fortunas constabiliret suas. Redit miles: sed, cùm cognôsset de amore Phædriæ, puellam se, nisi eo repulso, daturum negat. Thaïs, quid ageret, nescire: nam & Phædriam amabat ex animo, & Pamphilæ recipiendæ gratiâ quidvis sibi faciundum putabat. tandem, cùm speraret, se postea facilè consilium suum ei ipsi cujus animum offenderet, probaturam; Phædriam, ut militi gratificaretur, excludit. postridie accersito ei, atque ægrè ferenti, tandem se purgat, multísque precibus ab eo impetrat, ut, per biduum, priores partes habere Thrasonem sineret: ubi primum eripuisset puellam, nihil sibi cum illo ampliùs fore. Phædria, ut hujus bidui molestiam æquiore animo ferret, rus sibi abeundum esse statuit, itaque abiens, mandat Parmenoni, ut Eunuchum & Æthiopissam ad Thaïdem, cui eos emerat, duceret. Pamphilam, cùm ex ædibus Thrasonis ad Thaïdem deduceretur, conspicatus in via Phædriæ frater natu minor Chærea, ità ejus amore flagrare cœpit, nihil ut pensi haberet, dum eâ potiretur: neque priùs conquievit, quàm, ejus rei causâ, ad Thaïdem pro Eunucho deductus est. Quid plura? Thaïde ad cœnam cum milite profectâ, virgini à Chærea per vim vitium offertur. turbæ undique mirabiles, donec, totâ re patefactâ, Thaïs à Lachete in fidem & clientelam recipitur, Chærea agnitam Pamphilam ducit uxorem. Thraso diu illusus, tandem in amoris meretricii partem, Gnathonis parasiti operâ, admittitur.

PROLO-

PROLOGUS.

SI quisquam est, a *qui placere se studeat bonis*
Quàm b *plurimis, & minimè multos lædere;*
In his poëta hic c *nomen profitètur suum.*
Tum d *si quis est, qui dictum in se inclementius*
Existimavit esse, sic existimet,
Responsum, non dictum esse, quia læsit prior,
e *Qui bene vertendo, & easdem describendo malè, ex*
Græcis bonis Latinas fecit non bonas.
Idem Menandri f *Phasma nunc nuper dedit,*
Atque in g *Thesauro scripsit, causam dicere*
Prius unde petitur, aurum quare sit suum,
Quàm illic, qui petit, unde is sit thesaurus sibi,
Aut unde in patrium monumentum pervenerit
Dehinc nè frustretur ipse se aut sic cogitet;
h *Defunctus jam sum, nihil est quod dicat mihi.*

---

a Qui placere studeat bonis potiùs quàm malis; & subauditur *potiùs*. sic Plautus, *Certum est morari, quàm hunc pati lenonem in me grassari.* Rudens. 3. act. 3. sc. Βελομαι ἐγω λαὸν σὸν ἤμμορε, ἢ ἀπολεσθαι. Hom. 2. Ilia d. Θέλω περὶ σοὶ καλεσσαμὲν ἠυγένες πόθεν.

b In dissensione civili, cùm boni plus, quàm multi valent. Cic. de Rep. 6. l.

c Translatio à militibus, qui nomina in militiam dant.

d Lavinium innuit, cujus calumniis respondit in prologo Andriæ.

e Bene ad verbum transferendo sed disponendo malè. *Se mirari non modò diligentiam, sed etiam solertiam ejus à quo essent illa dimissa atque descripta.* Lysander de Cyro, apud Cic. de senect.

f Comœdiam, cujus argumentum satis longum refert Donat.

g Aliâ Menandri fabulâ, in qua præposterè inducit reum agentem ante petitorem, qui poscebat thesaurum patris sui in monimento conditum; & à reo ablatum.

h Mimum defendentis se Lavinii. Jamdudum emeritus sum, defunctus labore & discrimine tum scenæ, tum populi: nihil est quod mihi objiciat Terentius.

i *Is nè erret, moneo, & desinat lacessere:*
Habeo alia multa, quæ nunc k *condonabitur;*
Quæ proferentur pòst, si perget lædere
Ità, ut facere instituit. nunc quam acturi sumus
Menandri Eunuchum, postquam l *ædiles* m *emerunt,*
Perfecit, sibi ut inspiciundi esset copia.
Magistratus cùm ibi adesset, occepta est agi.
Exclamat, furem, non poëtam fabulam
Dedisse, n *& nil dedisse verborum tamen:*
o Colacem esse Nævi, & Plauti veterem fabulam;
Parasiti personam indè ablatam, & militis.
Si id est peccatum, peccatum p *imprudentia est*
Poëtæ, non qui furtum facere studuerit.
Id ità esse, vos jam judicare poteritis.
Colax Menandri est: in ea est parasitus Colax,
Et miles glorioſus: eas se non negat
Personas transtulisse in q *Eunuchum suam*
Ex Græca: sed eas fabulas factas priùs
Latinas scîsse sese, r *id vero pernegat,*
Quòd si personis iisdem uti aliis non licet

---

i Respondet Poëta noster.

k Quæ in præsenti condono illi. Phorm. 5. act. 8. sc. *Argentum quod habes, condonamus te.* Plaut. frequens. Sed phrasin hanc explodit Jul. Scal. Poëtices. l. 7. c. 2. partis 2. imputátque Erasmo. acriter interim tuetur lectionem, *condonabuntur.* Scazontas sc. interseri quandoque, probat multis adductis exemplis Plauti. idque fieri varietatis gratiâ & excitandi spectatores.

l Ædilibus curæ erant urbis ædes, annona, ludi solennes & stati. publico, interdum suo sumptu ludos edebant.

m Penultimam defendit Turnebus 18. 1. 2. c.

n Et nihil de suo stylo dedisse tamen.

o A κόλαξ *cibus* dictum refert Athenæus lib. 6. Deipnosoph. 18. cap. *parasitus* itidem à σῖτος

p Ut, sexto ab hoc versu.

q *Fabulam* respexit, aut comœdiam. Synthesis.

r Annis tamen propè XL ante hanc fab. editam obierant Nævius & Plautus.

Quî

Quî magìs licet r *currentes ſervos ſcribere,*
Bonas matronas facere, meretrices malas,
Paraſitum edacem, gloriоſum militem,
Puerum ſupponi, falli per ſervum ſenem,
Amare, odiſſe, ſuſpicari? denique
ſ *Nullum eſt jam dictum, quod non dictum ſit priùs.*
Quare æquum eſt vos cognoſcere, atque ignoſcere,
Quæ veteres factitârunt, ſi faciunt novi.
Date operam, & cum ſilentio animadvortite.
Ut pernoſcatis, quid ſibi Eunuchus velit.

---

r Subjecta hæc, perſonæ & ἄδη Comœdiarum. *Terentius meretrices malas, avaros lenones, triſtes ſenes, edaces paraſitos commemoravit.* Victorinus in Cic. Rhet. 1. 1. *Dum ſervus fallax, durus pater, improba lena, & meretrix fuerit blanda, Menander erit.* Ovid. 1. Amor. 15. eleg.

ſ *Præceptor meus Donatus,* inquit Hieronymus in 1. cap. Eccleſiaſtici, *cùm ipſum hunc verſiculum exponeret, Pereant, inquit, qui ante nos noſtra dixerunt.*

ACTUS I SCENA I.

PHAEDRIA, PARMENO.

PH. a *QUid igitur faciam? non eam? nè nunc quidem,*
Cùm accerſor ultro? an potiùs ità me comparem,

---

a Adi Horatium, qui hunc locum tranſtulit. *Amator Excluſus qui diſtat, agit ubi ſecum, eat an non. Quo rediturus erat non arceſſitus & hæret laviſti foribus, nec nunc cùm me vocet ultro Accedam? An potiùs mediter finire dolores? Excluſit, revocat, redeam? non ſi obſecret, &c.* 3. Sat. 2. l. Adi & Perſii Sat. 5.

Non perpeti meretricum contumelias?
Excluſit, revocat. redeam? non, ſi me obſecret.
PA. *Siquidem hercle poſſis, nîl* [b] *prius, neque fortius:*
Verùm ſi incipies, neque perficies naviter,
Atque ubi pati non poteris, cùm nemo expetet,
Infectâ pace, ultro ad eam venies, indicans
Te amare, & ferre non poſſe: actum eſt, ilicet,
Perîſti: eludet, ubi te victum ſenſerit.
Proin tu, dum eſt tempus, etiam atque etiam cogita.
[c] *Here! quæ res in ſe neque conſilium neque* [d] *modum*
Habet ullum, eam conſilio, regere non potes.
[e] IN AMORE *hæc omnia inſunt vitia: injuriæ,*
Suſpiciones, inimicitiæ, inducîæ,
Bellum, pax rurſum. incerta hæc ſi tu poſtules
Ratione certa facere, nihilo plus agas,
Quàm ſi des operam, ut cum ratione inſanias.
Et quod nunc tute tecum iratus cogitas:
[f] *Egóne illam? quæ illum? quæ me? quæ non? ſine modò:*
Mori me malim: ſentiet qui vir ſiem.
Hæc verba me hercule [g] *una falſa lacrumula,*
Quam, oculos terendo miſerè, vix vi expreſſerit,
Reſtinguet: & te ultro accuſabit, & [h] *ei dabis*

---

b Melius, præſtantius. Τὸ βέλτιον τὸ τὺ τιμιώτερον, ἀμείνον. ἐστι τῇ φύσει δοκεῖ. Ariſtot. in Categor.

c Servus non paullo ſapientior. *O here quæ res*, Horat. ſat. diſtâ.

d Amor ex iis affectibus eſt, quorum virtus regula eſſe non poteſt: mediocritas autem & modus affectionum à virtute dependet &c Ariſt. 2. l. Ethic. Nicom. 6. c.

e *Amoris hæc cuncta vitia ſectari ſolent, Cura, ægritudo*, &c. vide prologum Mercatoris Plautin. *In amore & ira iurgia, preces, exprobratio, ſatisfactio* &c. Tacit. Annal. 13.

f Egóne illam adeam? quæ illum mihi prætulit? quæ me ſprevit? quæ me herì non admiſit?

g Docta *oculos vexare humore coacto* Juvenal. Sat. 13.

h Vide act. 5. ſcen. 8.

Ultro

Ultro ſupplicium, PH. *ô indignum facinus ! nunc ego & Illam ſceleſtam eſſe, & me miſerum ſentio : Et tædet : & amore ardeo : & prudens, ſciens,* i *Vivus, vidénsque pereo : nec quid agam ſcio.* PA. *Quid agas ? niſi ut te redimas captum quàm queas Minimo. ſi nequeas paululo, at quànti queas : Et nè te affligàtes.* PH. *itáne ſuades ?* PA. *ſi ſapis : Neque, præterquam quas ipſe amor moleſtias Habet, addas, & illas, quas habet, rectè feras. Sed ecca ipſa egreditur noſtri fundi* k *calamitas : Nam quod nos capere oportet, hæc intercipit.*

---

i *Mortua cui vita eſt propè jam vivo atque videnti.* Lucret. 3.

k Grandinis tempeſtas quæ calamos i. e. culmos frangit & ſegetem ſternit, à ruſticis vocatur *calamitas*. Illa verò non intercipit, ſed planè diſperdit. Mercurici propiùs convenit καλαμάϊα i. e. locuſta, quod nomen indidit Theocritus puellæ quæ depaſcebatur, meſſémque agricolis deſtinatam intercepit. Idyll 10.

ACTÛS I SCENA II.

THAIS, PHAEDRIA, PARMENO.

T. *MIſeram me ! vereor nè illud gravius Phædria Tulerit, néve aliorſum, atque ego feci, acceperit, Quod herì intromiſſus non eſt.* PH. *totus Parmeno* a *Tremo horreóque, poſtquam aſſpexi hanc.* PA. *bono animo es : Accede ad* b *ignem hunc, jam caleſces plùs ſatis.*

---

a Sanguine ad cor refugiente, *extremos tremor occupat artus.*

b Aram, inquiunt, Apollinis in ſcena (vide 4 act. 4. ſc. Andriæ) vel aram Veneris in atrio meretricis. imò ipſam Thaïdem. *Nam ſi te vel modicè meus ignículus afflaverit, ureris intimè.* Photis 2. l. Apulaſin.

T. *Quis hìc loquitur? hem, tun' eras mi Phædria:*
Quid hìc ſtabas? cur non rectà introïbas PA. *cæterùm*
De excluſione verbum nullum. T. *quid taces?*
PH. [d] *Sanè quia verò hæ mihi patent ſemper fores,*
Aut quia ſum apud te primus. T. *miſſa iſtæc face.*
PH. *Quid miſſa? ô Thaïs, Thaïs,* [e] *utinam eſſet mihi*
Pars æqua amoris tecum, ac pariter fieret,
Ut aut hoc tibi doleret itidem, ut mihi dolet,
Aut ego iſtuc abs te factum nihili penderem.
T. *Nè crucia te obſecro* [f] *anime mi, mi Phædria.*
Non pol, quòd quemquam plùs amem, aut plùs diligam
Eò feci: ſed ità erat res: faciundum fuit.
PA. *Credo, ut ſit, miſera præ amore* [g] *excluſiſti hunc foràs.*
T. *Siccine aïs Parmeno? age. ſed, huc quâ gratiâ*
Te accerſi iuſſi: auſcultà. PH. *fiat.* T. *dic mihi*
Hoc primùm, potin' eſt hic tacere? PA. *egòne? optumè.*
Verùm heus tu, lege hâc tibi meam aſtringo fidem:
Quæ vera audìvi, taceo, & contineo optumè:
Sin falſum, aut vanum, aut fictum eſt, continùo palam eſt.
[h] *Plenus rimarum ſum, hac atque illac perfluo.*
Proin tu, taceri ſi vis, vera dicito.
T. [i] *Samia mihi mater fuit: ea habitabat* [k] *Rhodi.*

---

d Ironicé.

e Εἴθ' ὁμαλοῖ πηύσειαν ἐπ' ἀμφοτέροισιν ὄρωτες Νᾶϊν. Theocrit. Idyl. 12.

f Vox blanda & nequam digitos habet, aït Juvenalis 6. Sat. *Zωὴ ἡ ψυχή. mon ame, mon petit cueur* Gal. *mi vida, mi alma, mis entrañas,* Hiſp.

g Menander in prologo fabulæ, *Thaïs* inſcriptæ, ἴδιόν ejus expreſſit. Ἐμοὶ μὲν ἔν ἐστὶ δὸς πιόντι λῦσαι, θεὰ, Θρασύλλαν ἐξελεῖν ἢ πᾶσαν λῦσαι ἅμα, Ἀθηνᾶσιν ἀποκλῖσαι. εἰπεῖν τοκικὸν. Μισεῖν ἐρᾶσαι, προσανατρέφειν δ' ἐᾶσαι. citat Plutarchus de audend. Poëtis.

h Κλεῖθρα ἰσοῖδης. *Sum cui rimoſa malè deponuntur in aure Arcana.* Sumptum à vaſis fractis & futilibus.

i Ex Samo inſulâ Icarii maris, Jonio adjacenti.

k Inſ. maris Carpathii.

PA.

PA. *Poteſt taceri hoc.* T. *ibi tum matri parvolam*
Puellam domo quidam mercator dedit,
Ex h *Attica hinc abreptam.* PH. *civémne?* T. *arbitror:*
Certum non ſcimus: matris nomen & patris
Dicebat ipſa: patriam & ſigna cætera
Neque ſcibat, neque per ætatem etiam potuerat.
Mercator hoc addebat, è prædonibus
Unde emerat, ſe audiſſe, abreptam è i *Sunio.*
Mater ubi accepit, cœpit ſtudiosè omnia
Docere, educare, ità uti ſi eſſet filia.
Sororem plerique eſſe credebant meam.
Ego cum illo, quocum tum uno rem habebam, hoſpite,
Abii huc: qui mihi relinquit hæc, quæ habeo, omnia.
PA. *Utrumque hoc falſum eſt: effluit.* T. *quî iſtuc?* PA. *quia*
k *Neque tu uno eras contenta, neque ſolus dedit:*
Nam hic quoque bonam magnámque partem ad te attulit,
T. *Ità eſt. ſed ſine me pervenire, quò volo.*
Interea miles, qui me amare occeperat,
In l *Cariam eſt profectus, te interea loci*
Cognovi. tute ſcis, poſt illa quàm intumum
Habeam te, & mea conſilia ut tibi credam omnia.
PH. *Neque* m *hoc tacebit Parmeno.* PA. *oh, dubium nè*
id eſt.

---

h Regione litorali Ἀχαΐα olim vocata, h. *Ducato de Setthimes.* In qua urbs Athenæ.

i Promontorio Atticæ, h. *Capo delle Colonne.* inter Piræum portum Athenarum & Leonum promont. Eubœæ, citat hunc locum Plinius. *Mercator hoc addebat, captam è Sunio: quòd ſi hujus oppida volumus eſſe, tam eſt oppidum Sunium, quàm Piræus.* 7. l. 3. Epiſt.

k Admiſiſti namque militem, dein herum meum. *Occupat illud Extorquebis, ut hæc ocnlo contenta ſit uno.* Juvenal. 6. Sat.

l Provinciam minoris Aſiæ, inter Joniam ad Bor. & Lyciam ad Ort. mare Carpathium ad Occid. Rhodium ad Auſtrum. h. *Andrielli & Menteſſelli.*

m Utpote falſum.

T. p *Hoc agite amabò. mater mea illic mortua est*
Nuper. ejus frater aliquantùm ad rem est avidior.
Is ubi hánccе formâ videt honestâ virginem,
Et fidibus scire, pretium sperans, illico
q *Producit, vendit. fortè fortunâ adfuit*
r *Hic meus amicus: emit eam dono mihi,*
Imprudens harum rerum ignarúsque omnium:
Is ſ *venit: postquam sensit me tecum quoque*
Rem habere, fingit caussas, nè det, seduló:
Aït, si fidem habeat, se iri præpositum tibi
Apud me, ac non id metuat, nè, ubi eam acceperim,
Sese relinquam, velle se illam mihi dare;
Verùm id vereri. sed, ego quantùm suspicor,
t *Ad virginem animum adjecit.* PH. *etiámne amplius?*
T. *Nil: nam quæsivi, u nunc ego eam, mi Phædria,*
Multæ sunt caussæ, quamobrem cupio x *abducere.*
Primùm, quòd soror est dicta: præterea, ut suis
Restituam ac reddam. sola sum: habeo hic neminem,
Neque amicum, neque cognatum, quamobrem Phædria
Cupio aliquos parare amicos beneficio meo.
Id amabo adjuta me, quò id fiat facilius.
Sine illum y *priores partes hôsce aliquot dies*
Apud me habere. nihil respondes? PH. z *pessuma,*
Ego quidquam cum istis factis tibi respondeam?
PA. *Eu noster, laudo. tandem perdoluit: vir es.*

---

p Imperatæ attentionis formula, in Sacris usitata.

q Venalem exponit venditque.

r Miles, Thraso.

ſ Ex Rhodo Athenas.

t *Sed præcauto 'st opus: Nè ad illam me animum adjeciſſe aliquâ sentiat.* Plaut. Mercat. 2. sc. 2.

u Optimè cavit poëta, ut virgo integra & casta servaretur, quam liberalibus nuptiis destinârat.

x A milite.

y Quos in honore, gratiâ aut amore habent homines hos προτίεσθαι παρ' ἄλλοις τίνα dixerunt. Arist. Categ.

z Læsa patientia excitavit dolorem, dolor iram.

PH.

PH. *Haud ego neſciebam, quorſum tu ires.* [a] *parvola*
Hinc eſt abrepta : eduxit mater pro ſua :
Soror eſt dicta : cupio abducere, ut reddam ſuis.
Nempe omnia hæc nunc verba huc redeunt denique :
Excludor ego, ille recipitur. quâ gratiâ ?
Niſi illum plus amas, quàm me, & iſtam nunc times,
Quæ abducta eſt, nè illum talem præripiat tibi ?
T. *Egon' id timeo ?* PH. *quid te ergo ſollicitat ? cedo.*
Num ſolus ille dona dat ? nuncubi meam
Benignitatem ſenſiſti in te [b] *claudier ?*
Nonne. ubi mihi dixti cupere te [c] *ex Æthiopia*
Ancillulam, relictis rebus omnibus,
Quæſtui ? porrò Eunuchum dixti velle te,
Quia ſolæ utuntur his reginæ. repperi :
Herì minas viginti pro ambobus dedi :
Tamen contemptus abs te, hæc habui in memoria :
Ob hæc factа abs te ſpernor. T. *quid iſtuc Phædria ?*
Quanquam illam cupio abducere, atque hac re arbitror
Id fieri poſſe maxumè: veruntamen,
Potiùs quàm te inimicum habeam, [d] *faciam, ut iuſſeris.*
PH. *Utinam iſtuc verbum ex animo ac verè diceres,*
Potiùs quàm te inimicum habeam. ſi iſtuc crederem
Sincerè dici, quidvis poſſem perpeti.
PA. [e] *Labaſcit, victus uno verbo. quàm citò ?*

---

a Mimeſis cum odioſa repetitione & geſtu deformi.

b Quæſtionem *calvier* verbo obſoleto ſignificante *fruſtor, fruſtratui habeo*, fruſtra ſunt, ut & qui *claudier* pro *claudicare*, nec minùs qui *interclaudier*. Namque Ciceronis autoritate nitendum, cui eadem eſt Metaphora, loquenti de benignitate, 2. l. de Officiis. *Nec ità claudenda eſt res familiaris, ut eam benignitas aperire non poſſit: nec ità reſeranda, ut pateat omnibus.* libri vulgati habent *referenda* ſed perperam.

c Æthiopiſſarum miniſterio utebantur matronæ nobiles & divites. ut & Eunuchorum, ad lectorum cuſtodiam. unde iis nomen ex ἐυνὴ & ἔχω.

d Cedendo vincit, remittendo impetrat.

e Metaph. ſumpta ad ædificio tenui tibicine fulto, aut ab arbore multis ferri ictibus fuccisâ adeóq; ruinam minitante. *Non ità Carpathiæ variant Aquilonibus undæ,*
Nec dubio nubes vertitur atra Noto : Quàm facilè irati verbo mutantur amantes. Propert.

T *Ego*

T. *Ego non ex animo misera dico? quam joco*
Rem voluisti à me tandem, quin perfeceris?
Ego impetrare nequeo hoc abs te, biduum
Saltem ut concedas solum. PH. *siquidem biduum.*
Verùm nè fiant isti viginti dies.
T. *Profectò non plus biduum, aut.* PH. *aut? nihil moror.*
T. *Non fiet. hoc modò sine te exorem.* PH. *scilicet*
Faciundum est, quod vis. T. *meritò amo te.* [f] *bene facis.*
PH. *Rus ibo: ibi hoc me macerabo biduum:*
Ità facere certum est: mos gerundus est Thaïdi.
Tu huc Parmeno fac [g] *illi adducantur.* PA. *maximè.*
PH. *In hoc biduum Thais vale.* T. *mi Phædria,*
Et tu. nunquid vis aliud? PH. *egóne quid velim?*
Cum milite isto [h] *præsens, absens ut sies:*
Dies, noctésque me ames: me desideres:
Me somnies: me exspectes: de me cogites:
Me speres: me te oblectes: mecum tota sis:
Meus sac sis postremò [i] *animus, quando ego sum tuus.*
T. *Me miseram, forsitan hic mihi parùm habeat fidem,*
Atque ex aliarum ingeniis nunc me judicet.
Ego pol, quæ mihi sum conscia, hoc certò scio,
Neque me finxisse falsi quidquam, neque meo
Cordi esse quenquam cariorem hoc Phædria:
Et quidquid [k] *hujus feci, caussâ virginis*
Feci: nam me ejus spero fratrem propemodum
Jam reperîsse, adolescentem adeò nobilem: &
Is hodie venturum ad me constituit domum.
Concedam hinc intrò, atque exspectabo, dum venit.

---

[f] Non judicantis aut approbantis, sed gratias agentis pro oblato officio formula. sic *Benignè.* Epist. 7. l. 1. Horat. *Pyris vesci Calaber jubet hospes vescere sodes:* Resp. *Iam satis est.* Hospes: *at tu quantum vis tolle.* Resp. *benignè.*

[g] Eunuchus & Æthiopissa.

[h] *Illum absens absentem audiatque videatque.* Dido Virgiliana Æneid. 4.

[i] *Anima est amica amanti? si abest, nullus est: si adest, res nulla est: ipsus est nequam & miser.* Plaut. Bacchid. 2. act. 2. sc.

[k] Quòd herì non intromisi Phædriam.

ACTUS.

ACTÛS II SCENA I.
PHAEDRIA, PARMENO.

PH. FAc ità, ut jussi, [a] deducantur isti. PA. faciam.
PH. at diligenter.
PA. Fiet. PH. at maturè. PA. fiet. PH. satin' hoc mandatum est tibi ?
PH. Ah [b] rogitare ? quasi difficile fiet. utinam
Tam aliquid facilè invenire possis Phædria,
[c] Hoc quàm peribit. PH. ego quoque umà pereo, [d] quod mî est carius.
Nè istuc tam iniquo patiare animo. PA. minimé : quin
Effectum dabo. Sed nunquid aliud imperas ?
PH. Munus nostrum ornato verbis, quod poteris : & Istum æmulum, quod poteris, ab ea pellito.
PA. Memini, tametsi nullus moneas. PH. ego rus ibo, atque ibi manebo.
PA. Censeo. PH. sed heus tu. PA. quid vis ? PH. censen' posse me obfirmare &
Perpeti, nè redeam interea ? PA. téne ? non hercle arbitror :
Nam aut jam revertere, aut mox [e] noctu te adigent horsum insomnia.
PH. Opus faciam, [f] ut defatiger usque, [g] ingratiis ut dormiam

---

a Eunuchus & Æthiopissa deducantur ad Thaïdem.

b Pergin' id rogitare ?

c Damnum in proclivi & præcipiti est. Nec ingrato tantùm, sed quod meretrici datur, perit. *Meretricem ego idem esse reor, mare ut est ; quod des devorat, nec unquam abundat* &c. *huic des quantum vis, nusquam apparet, neque datori neque acceptrici.* Plaut. Truculent. 2. act. 7. scen.

d Quod damnum mihi gravius est, & carius. *alii*, qui mihi sum charior.

e Quum in solicitudine cogitatio versatur, fit ingens animi perturbatio, nec tam en adeò valida, ut etiam somnum convellat. unde & dormientibus quandoque contingit ut per somnum ambulent.

f Labor diffundit in nobis quædam quæ vicem incocti alimenti præbent : atque eâ lem ratione quâ cibus, vapores in sublime efferunt qui à cerebro refrigerati distillant, sensoria ad tempus obstipant, somnúmque conciliant.

g Ἀκουσίως, *ultrò*, Gal. *malgré*. Plaut. Casin. 2. act. 5. 6. *Vobis invitis atque amantum ingratiis.*

PA.

PA. *Vigilabis laſſus : hoc plus facies.* PH. *ah, nîl dicis Parmeno.*
Ejiciunda hercle hæc mollities animi. nimis h *me indulgeo.*
Tandem ego non illâ caream, ſi ſit opus, vel totum triduum ?
PA. *hui,*
Univorſum triduum ? vide, quid agas. PH. *ſtat ſententia.*
PA. *Dii boni, quid hoc* i *morbi eſt ? adeon' homines immutarier*
Ex amore, ut non cognoſcas eundem eſſe ? Hôc nemo fuit
Minùs ineptus, magis ſeverus quiſquam, nec magis continens.
Sed quis hic eſt, qui huc pergit ? at at, hic quidem eſt paraſitus Gnato
Militis. ducit ſecum unà virginem huic dono : papæ,
Facie honeſtâ. Mirum, ni ego k *me turpiter hodie hîc dabo*
Cum meo l *decrepito hôc eunucho. hæc ſuperat ipſam Thaïdem.*

---

h Archaïcè, pro, *mihi.*

i Hoc ex Stoïcorum ſchola ; quibus animi perturbationes appellantur morbi, νοσήματα, & ἀῤῥωστήματα.

k Shall ſhame and diſgrace my ſelf.

l In ſenium vergente ; ſtante quaſi in crepera, ancipiti, & extremâ ætatis tegulâ atque ipſo vitæ crepuſculo.

ACTÛS II SCENA II.

GNATO, PARMENO.

G. *Dii immortales, homini homo quid præſtat ? ſtulto intelligens*
Quid intereſt ? Hoc adeò ex hac re venit in mentem mihi :
a *Conveni hodie adveniens quendam mei loci hinc atque ordinis,*

---

a Paraſitus, qui luxum pro ſummo bono poſuit, collaudat hominem ſuorum natalium & fortunarum, qui in cupediis liguriendo abſumpſerat patrimonium.

Hominem

Hominem haud impurum, b *itidem patria qui abligurierat bona.*
Video c *sentum,* d *squalidum, ægrum,* e *pannis annisque obsitum.*
Quid istuc, inquam, ornati es̆i ? quoniam miser, quod habui, perdidi,
Hem quò redactus sum. omnes noti me atque amici deserunt.
Hîc ego illum contempsi præ me: quid homo, inquam, ignavissime.
Itáne parâsti te, g *ut spes nulla reliqua in te siet tibi ?*
h *Simul consilium cum re amîsti ? viden' me ex eodem ortum loco ?*
Qui color, nitor, vestitus, quæ habitudo est corporis ?
Omnia habeo, neque quidquam habeo : nil cùm est, nil desit tamen :
i *At ego infelix neque ridiculus esse, neque plagas pati*
Possum. Quid ? tu his rebus credis fieri ? totâ erras viâ.
Olim isti fuit generi quondam quæstus apud sæclum prius.
k *Hoc novum est aucupium : ego adeò hanc primus inveni viam.*
Est genus hominum, l *qui esse primos se omnium rerum volunt,*
Nec sunt. hos consector : hisce ego non paro me ut rideant,
Sed eis ultro arrideo, & eorum ingenia admiror simul :

---

b Eodem quo ego ipse modo.

c Asperum, quali sentibus horrentem.

d Sordidum, incultum.

e Lacero vesti u, pannosum, *sentibus*, ut habet Plautus Menæchm. 5. act. 2. sc. *consitum*. Metaph. ab agris.

f Genitivus antiquus, originem testatus; tanquam secundæ formæ declinandi.

g Ut nulla tibi tui superfit fiducia. An utique effugit spes, *imâ quæ sola in pyxide mansit* ? Ἔνδον ἔμμενε πίθου χείλεσιν. Hesiod. 1. l. ἔργ.

h An *sensus cum re consilium* mq; *fugit* ? Ovid. 4. de Ponto, Eleg. 12.

i Neque sum ego ex numero parasitorum qui ridiculis dicteriis cibum alienum captant, γελωτοποιοὶ ὄς : neque ex iis, qui *colapros perpeti possunt, frangique ollas in caput*. Plaut. captivi. πληγὰς ὑπομένοντες κονδύλων ἢ τρεφόμενοι. Athenæus, quem vide lib. 6. c. 6. 8. 9. &c. quos Plauti Ergasilus in captivis appellat plagipatidas & Lacones.

k Tertium adulatorum genus est, novum & inventum meum, συκοφαντιστοφάγων, qui manducones ad nutum, laudicenæ σοφοκλεῖς, Oti, umbræ.

l Gloriosi, φίλαυτοι, φιλοσοφοσόφιστοι.

m *Quid-*

m *Quicquid dicunt, laudo : id rursum si negant, laudo id quoque:*
Negat quis, nego : ait, aïo : postremò imperavi egomet mihi,
Omnia assentari. is quæstus nunc est multò uberrimus.
P. *Scitum hercle hominem : hic homines prorsum ex stultis insanos facit.*
G. *Dum hæc loquimur, interea loci ad macellum ubi advenimus,*
Concurrunt læti mî obviam n *cupedinarii omnes,*
o *Cetarii, lanii, coqui,* p *fartores, piscatores, aucupes,*
Quibus q *re salvâ & perditâ profueram & prosum sæpe :*
Salutant : ad cœnam vocant : adventum gratulantur.
Ille ubi miser, famelicus, videt me esse r *in tantum honorem,*
Et tam facilè victum quærere : ibi homo cœpit me obsecrare.
Ut sibi liceret discere id de me. fectari jussi :
Si potis est, tanquam philosophorum habent disciplinæ ex ipsis
Vocabula, parasiti itidem ut t *Gnatonici vocentur.*
P. *Viden'* u *otium, & cibu' quid facit alienus.* C. *sed ego cesso*
Ad Thaïdem hanc deducere, & rogitare ad cœnam ut veniat.
Sed Parmenonem ante ostium Thaïdis tristem video,
Rivalis servum. salva est res. nimirum hìc homines frigent.

---

m Citat hæc Cic. in Lælio, vide Juvenal. 3. Sat. *rides ? majore cachinno concutitur. flet, si &c.*

n Lautiorum epularum cauponæ. *Ægrotationi subjecta sunt avaritia, ambitio, mulierositas, pervicacia, luxuria, vinolentia, cupedia.* Cic. 4. Tusc. quæst. i. e. deliciarum cupiditas. λιχνεία.

o Citat hæc Cic. 2. de officiis. *Artes ministræ voluptatum cetarii, lanii, coqui, fartores, piscatores.* Hor. 3. Sat. 2. lib. *piscator uti, pomarius, auceps. Cum scurris fartor, cum velabro omne macellum.*

p Donatus, de iis qui farcimina & infitia faciunt, exponit. Plaut. Truculent. *de nostro sæpe edunt, quod fartores facimus.* Saniùs, qui de iis qui alunt saginántque aves ex vet. inscriptione, *Antigonus Drusi Cæs. avium fartor.*

q Re salvâ, de meo ; re perditâ, de alieno.

r Archaïcé. sed adi Agell. 1. l. 7. c.

s Ut vocentur Pythagorei, Platonici, Epicurei.

t Ipsi Gnatoni nomen à Gnatone parasito Siculo. Turneb. 28. l. 5. c.

u Al. *ossum*, sunt enim *ossa* eadem quæ *ossa*.

Nebulonem

Nebulonem hunc certum eſt ludere. P. *hîce hoc munere arbitrantur*
Suam Thaïdem eſſe. G. *Plurimâ ſalute Parmenonem*
Summum x *ſuum impertit Gnato. quid agitur?* D. *ſtatur.*
G. *video:*
Nunquidnam hic, quod nolis, vides? P. *te* G. *credo. at nunquid aliud?*
P. *Quî dum?* G. *quia triſti' es.* P. *nihil equidem.* G. *nè ſis. ſed quid videtur*
Hoc tibi mancipium? P. *non malum hercle.* G. y *uro hominem.*
P. *ut falſus animi eſt.*
G. *Quàm hoc munus gratum Thaïdi arbitrare eſſe?* P. *hoc nunc dicis,*
Ejectos hinc nos. OMNIUM RERUM *heus* VICISSITUDO EST.
G *Sex ego te totos Parmeno hos menſes quietum reddam:*
z *Nè ſurſum, deorſum curſites, néve uſque ad lucem vigiles.*
Ecquid beò te? P. *men'? papæ.* G. *ſic ſoleo amicos.* P. *laudo.*
G. *Detineo te fortaſſe: tu profecturus aliò fueras?*
P. *Nuſquam.* G. *tum tu igitur paululum da mihi operæ: fac ut admittar*
Ad illam. P. *age modò, nunc tibi patent fores hæ, quia iſtam ducis.*
G. *Num quem evocari hinc vis forás?* P. *ſine, biduum hoc prætereat.*
Qui mihi nunc uno digitulo fores aperis fortunatus,
Næ tu iſtam faxo calcibus ſæpe inſultabis fruſtrà.
G. *Etiam nunc hic ſtas Parmeno? eho numnam tu hîc relictus cuſtos,*
Nè quis fortè internuncius clam à milite ad iſtam curſitet?
P. *Facetè dictum.* a *mira verò, militi quæ placeant.*

---

x Scoppa l. 2. collectan. c. 7. interpretatur *porcorum.* nimis, ut credo, ſcoptice, & longè petitum.

y **I gall the fellow.** ut *calceus urit.* Horat. 10. epiſt. l. 1. hoc averſus loquitur, ut, quod ſequitur, Parmeno.

z Οὐδὲ σταφυλίδιον ἄπω γράπτον. Menander. Menander, citante Plutarcho in lib. περὶ ἐυθυμίας.

a Ironicè.

Sed

Sed video herilem filium minorem huc advenire.
Miror, qui ex Piræo abierit: nam b *ibi custos publicè est nunc.*
Non temere est. & properans venit nescio quid circumspectat.

---

b Athenienses postquam ex ephebis excesserant qui decimus octavus iis ætatis annus, militiæ daturi nomina, publicè custodes erant in urbe, per biennium, deinde in suburbana mittebantur castella, è quibus unum erat Piræum, portus 40 ab urbe stadiis, excubituri adversùs prædonum incursus.

ACTUS II SCENA III.

CHAEREA, PARMENO.

C. *Occidi.*
Neque virgo est usquam, neque ego, qui illam è conspectu amisi meo.
Ubi quæram? ubi investigem? quem perconter? quam insistam viam?
Incertus sum: una hæc spes est: ubi ubi est, diu celari non potest.
O factem pulcram! deleo omnes dehinc ex animo mulieres:
Tædet quotidianarum harum formarum. P. *ecce autem alterum,*
De amore nescio quid loquitur. ô * *infortunatum senem!*
Hic verò est, qui si amare occeperit, ludum jocúmque dices
Fuisse illum a *alterum, præut hujus rabies quæ dabit.*
C. *Ut illum* b *di deæque senium perdant, qui me hodie remoratus est,*
Méque adeo, qui restiterim: tum autem qui illum c *flocci fecerim.*

---

* Lachetem, cui tales contigere filii.

a Phædriam.

b Cum respectu ad intellectum, *illum senem qui*, ut habent nonnulli codices.

c Floccus, inquit Rivius in castigationibus, particula est lanæ quæ inutilis à vellere divulsa evolat, res nullius pretii aut momenti. qui itaque *flocci facit*, is planè parvi aut nihili pendet. malè itaq; legiá nonnullis, *non flocci facit.*

Sed

Sed eccum Parmenonem. salve. P. *quid tu es tristis, quid ve alacris?*

Unde is? C. *egone? nescio hercle, neque unde eam, neque quorsum eam:*

Ità prorsum oblitus sum meî.

P. *Quî quæso?* C. *amo.* P. *ehem.* C. *nunc Parmeno te ostendes, qui vir sies.*

Scis te mihi sæpe pollicitum esse: Chærea, aliquid inveni

Modò quod ames: in ea re utilitatem ego faciam ut cognoscas meam:

Cùm in cellulam ad te patris penum omnem congerebam clanculùm.

P. *Age inepte.* C. *hoc hercle factum est. fac sis nunc promissa appareant,*

Sive adeò digna res est, ubi tu nervos intendas tuos.

Haud similis virgo est virginum nostrarum: quas matres studeni

f *Demissis humeris esse,* g *vinctò pectore, ut graciles fient.*

Si qua est h *habitior paulò, pugilem esse aiunt: deducunt cibum:*

Tametsi bonâ est naturâ, reddunt curatura i *junceas:*

Itaque ergò amantur. P. *quid tua istæc?* C. *nova figura oris.* P. *papæ.*

C. *Color verus,* k *corpus solidum, & succi plenum.* P. *anni?* C. *sedecim.*

---

e Nec promptuariam hoc in loco, nec penuariam, ut volunt interpretes. sed in qua dormiebant servi. Exstruebant divitis famulis, servis & amicis minorum gentium excipiendis cellas. *In quibus indignor si tibi cella fuit.* Mattialis l. 9. Ep. 74 *Conchiliati perstrepunt aris servorum in cellis lectos stratos videres.* Cic. ad Attic. l. 14 Epist. 22, *Cellis servilibus extractæ corpora ab exercitui suo adjecit.* Val. Max. 7. l. 6. c. Cic. Philippicâ 2.

f Thoracis parietes à nutricibus plerumque depravantur, dum ipsos educatione primâ nimiùm arctè extrinsecùs vinciunt &c Cæl. Rhodiginus 4. l. 4. c. ex Galeno.

g Strophio, fasciâ, zonâ filiarum sororiantes mamillas cohibebant matres ut graciles essent, Marcellus cogebant & rore vesci, tanquam cicad. vide Plutarch in *Sillanis quæstionibus.*

h *Corpulentior*, Plaut. Epidic. 1. act. 1. sc. Gnato supra 2. sc. hujus act. *qua habitudo est corporis?*

i Tenues, graciles, teretes, leves ad modum & formam junci.

k *Hic corpus solidum invenies, hic stare papillas. Pectora marmoreo*, Lucilii 9. citantur à Nonio;

P. *Flos ipse.* C. *hanc tu mihi vel vi, vel clam, vel precario*
Fac tradas: meâ nîl refert, dum potiar modò.
P. *Quid, virgo cuja est?* C. *nescio hercle.* P. *unde est?* C. *tantundem.* P. *ubi habitat?*
C. *Nè id quidem.* P. *ubi vidisti?* C. *in via.* P. *quâ ratione amisisti?*
C. *Id equidem adveniens mecum stomachabar modò:*
Neque quemquam hominem esse ego arbitror, cui magìs bonæ
Felicitates omnes adversæ sient.
Quid hoc est sceleris? perii. P. *quid factum est?* C. *rogas?*
Patris cognatum atque [l] *æqualem Archidemidem*
Nostin'? P. *quid ni?* C. *is dum sequor hanc, fit mihi obviám.*
P. *Incommodè hercle.* C. *imò enimverò infeliciter:*
Nam incommoda alia sunt dicenda Parmeno.
Illum, [m] *liquet mihi dejerare, his mensibus*
Sex, septem prorsum non vidisse proximis,
Nisi nunc, cùm minimè vellem minimèque opus fuit.
Ebo, nónne hoc monstri simile est? quid ais? P. *maximè.*
C. *Continuò accurrit ad me,* [n] *quàm longè quidem,*
Incurvus, tremulus, labiis demissis, gemens:
o *Heus, heus, tibi dico Chærea, inquit. restiti.*
o *Scin', quid ego te volebam? dic. eras est mihi*
p *Judicium. quid tum? ut diligenter nunctes*
Patri, advocatus manè mihi esse ut meminerit.
Dum hæc dicit, abiit hora. P. *rogo* q *numquid velit.*
r *Rectè, inquit. abeo. cùm huc respicio ad virginem,*
Illa sese interea commodùm huc advorterat
In hanc nostram plateam. P. *miram, ni hanc dicit modò*
s *Huic quæ data est dono.* C. *huc cùm advenio, nulla erat.*

---

l Æquævum, ætate parem.
m Liquidò jurare possim.
n A longè. πλοθεν.
o Adverte tædium senis Chæream sustinentem remorantis,
p Caussa forensis, dicenda.
q Formula abire cupientis
r Tantum est.
s Thaïdi.

P. *Comis*

P. Comites secuti scilicet sunt virginem ?
C. Verùm, parasitus cum ancilla. P. ipsa est : t ilicet,
Desine. jam u conclamatum est. C. alias res agis.
P. Istuc ago quidem. C. nôstin' quæ sit ? dic mihi : aut
Vidistin' ? P. vidi, novi : scio, abducta sit.
C. Eho Parmeno mi, nôstin' ? P. novi. C. & scis, ubi siet ?
P. Huc deducta est ad meretricem Thaïdem : ei dono data est.
C. Quis is est tam potens cum tanto munere hoc ? P. miles Thraso,
Phædriæ rivalis. C. duras fratris partes prædicas.
P. Imò enim, si scias quod donum huic dono contrà comparet,
Tum magìs dicas. C. quodnam quæso hercle ? P. Eunuchum.
C. illúmne obsecro
x Inhonestum hominem, quem mercatus est here, senem, y mulierem ?
P. Istunc ipsum. C. homo quatietur certè cum dono forás.
Sed istam Thaïdem non scivi nobis vicinam. P. z haud diu est.
C. Perii. z nunquámne etiam me illam vidisse ? ehodum dic mihi,
Estne, ut fertur, forma ? P. sanè. C. at nihil ad nostram hanc.
P. a alia res est.
C. Obsecro te hercle Parmeno, fac ut potiar. . faciam sedulò, ac

---

s Pinitæ rei & cognitionis plenæ vox post sententiam à judice latam dimisso consilio per vocem præconis, *Ilicet* i. e. *ire licet*. in sacris item & funeribus usitatum.

u Exploratum, manifestum. *Rituale*, à familia exspirantem ac certò jam defunctum conclamante, *cum corpore nondum conclamata jacerent*, Lucan. 2. l. vel à funebri officio, quo absoluto, funus comitati conclamabant & nomine ter vocatum jubebant æternùm valere.

x Fœdum, ut act. 4. sc. 4. *Nunc tibi videtur fœdus*.

y Mollem, glabrum, quia evirratum.

z Parmenonis confessio, Thaïdem haud diu fuisse vicinam Chæreæ itidem, se nunquam vidisse, ut qui plurimùm in Piræeo commoratus fuerit, fidem faciunt ignotum omnino fuisse Thaïdi & familiæ Chæream ut Pythias infrà 4. act. 4. scen. *hunc oculis suis, Nostrarum nunquam quisquis vidit*. & infrà hâc eâdem sc.

a ΑΝΩ γὰρ τ' ἄλλοισιν ἀνὴρ ἐπιτέρπεται ἔργοις. Odyss. 6. & suum cuique pulcrum.

Dabo operam, adjuvabo. nunquid me aliud vis? C. *quò nunc is?*
P. *domum,*
Ut mancipia hæc, ità ut jussit frater, deducam ad Thaïdem.
C. *O fortunatum istum Eunuchum, qui quidem in hanc detur domum.*
P. *Quid ità?* C. *rogitas? summâ formâ semper conservam domi*
Videbit, conloquetur, aderit unà in unis ædibus,
Cibum nonnunquam capiet cum ea, interdum propter dormiet.
P. *Quid, si nunc tute fortunatus fias?* C. *quâ re Parmeno?*
Responde. P. *capias tu illiu' vestem.* C. *vestem? quid tum postea?*
P. *Pro illo te deducam.* C. *audio.* P. *te esse illum dicam.*
C. *intelligo.*
P. *Tu illis fruare commodis, quibus tu illum dicebas modò:*
Cibum unà capias, adsis, tangas, ludas, propter dormias:
Quandoquidem illarum neque te quisquam novit, neque scit qui sies.
Præterea forma, ætas ipsa est, facilè ut te pro Eunucho a *probes.*
C. *Dixisti pulcrè: nunquam vidi melius consilium dari.*
Age eamus intrò: nunc jam orna me adhuc, duc, quantùm potest.
P. *Quid agis? jocabare quidem.* C. *garris.* P. *perii, quid ego egi*
miser?
Quò trudis? b *perculeris jam tu me? tibi equidem dico, mane:*
C. *Eamus.* P. *pergin?* C. *certum est.* P. *vide, nè nimiùm* c
callidum hoc sit modò.

ἐγ Σὺ δὲ βλέπεις αὐτὴ, ἢ ἀκούεις αὐτὴ, ἢ συνδειπνεῖς, καὶ συμπαθεῖς. Achil. Tatius Amor. l. 1. amonis lineæ, gradus & incentiva. Ευθύμιον ὁ βλέπων σε· τρεῖς ἥλιοι ὅσοι δύσει. Ηιλδεβ. ὁ μελαν. ἀδύνατον δ' ὁ σωθῆν. Antholog.

a Pulcer enim & Ephebus.

b Propè me evertisti. Ductum ab iis qui onusta plaustra percellebant, h. e. evertebant. Festus, Plaut. Epidic. 4. act. 1. sc. 2. *plaustrum perculi.* & Perf. 3. act 2. sc. *Vehiculum argenti miser ejeci, neque quamobrem ejeci habeo.*

c Nimiùm præceps, subitum, periculosum. *Reprimas multos, quibus periculosa & calida consilia,* Cic. 2. l. de officiis *Cedò calidum consilium tuo.* Plaut. Mil. act. 2. sc. 2. Epidic. act. 2. sc. Θερμὸν ἔργον, καὶ κίνδυνον καὶ συμφορήν. Aristoph.

C. *Non*

C. *Non eſt profectò. ſine.* P. [d] *at enim iſtæc in me cudetur faba. ah*
Flagitium facimus. C. *an id flagitium eſt, ſi in domum meritriciam*
Deducar, & illis [e] *crucibus, quæ nos noſtrámque adoleſcentiam*
Habent deſpicatam, & quæ nos ſemper omnibus cruciant modis,
Nunc referam gratiam, atque eas itidem fallam, ut ab illis fallimur?
[f] *An potiùs hæc patri æquom eſt fieri, ut à me ludatur dolis?*
Quod qui reſcierint, culpent: illud meritò factum omnes putent.
P. *Quid iſtuc? ſi certum eſt facere, facias. verùm nè poſt conferas*
Culpam in me. C. *non faciam.* P. *jubésne?* C. *jubeo, cogo, atque impero.*
[g] *Nunquam defugiam autoritatem.* P. *ſequere.* C. *dii vortant bene.*

---

d At enim mihi imputabitur hæc culpa. Iuam ego pœnas, quaſi fuerim area in qua cuditur, *i. e.* batuitur fuſtibus faba, vel, ut crudeles domini fabam duriuſculam ſeu malè coctam ſupra caput coqui ſaxo comminuunt: ità in caput meum tanquam immaturi conſilii autoris recidet hoc malum.

e Meretricibus.

f An potiùs æquum eſt hæc à me fieri adverſùs patrem, quæm dolis eludam, pecunias ab eo per fallacias auferendo quas in meretrices inſumam, cùm liceat ipſas meretrices ulciſci ſine omni diſpendio & culpâ, imò cum omnium approbatione. Vulgò legitur *Pati.*

g Non inficiabor hoc factum me autore, neque culpam in te confertam. Cic. pro Sylla. *Attende jam Torquate, quàm ego non defugiam autoritatem conſulatûs mei.* quàm non inficier, quæ à me Conſule geſta ſunt, ea omnia me autore geſta eſſe. vide & Plaut. Pœnul. 1. act. 1. ſc.

ACTUS III SCENA I.
THRASO, GNATHO, PARMENO.

T. MAgnas verò agere gratias Thaïs mihi.
G. [a] Ingentes. T. aïn' tu, læta est? H. non tam ipsa quidem.
Dono, quàm abs te datum esse: id verò serìò
Triumphat. P. huc provisò, ut ubi tempus fiet,
Deducam, sed eccum militem. T. est istuc datum
Profectò mihi, ut sint grata quæ facio omnia.
G. Advorti hercle animum. T. vel rex semper maxumas
Mihi agebat, quidquid feceram, aliis non item.
G. [b] Labore alieno magno partam gloriam
Verbis sæpe in se transmovet, [c] qui habet salem,
[d] Qui in te est. T. habes. G. rex te ergò in oculis. T. scilicet.
G. [e] Gestire. T. verùm credere omnem exercitum,
Consilia. G. mirum. T. tum sicubi eum satietas
Hominum, aut negotì si quando odium ceperat,
Requiescere ubi volebat, [f] quasi: nôstin'? G. scio.
Quasi ubi illam exspueret miseriam ex animo. T. tenes.
Tum me convivam solùm abducebat sibi. G. hui,
Regem elegantem narras. T. imò sic homo
Est [g] perpaucorum hominum. G. [h] imò nullorum arbitror.

---

a Cic. in Lælio: *Satis erat respondere, magnas: Ingentes, inquit, semper auget assentatio id, quod is, cujus ad voluntatem dicitur, vult esse magnum.*

b Hæc Gnato, aversus; nè miles audiat.

c Hæc conversus, & coràm; ut audiat.

d Urbanitatem, lepórem, facetum ingenium. Legitur &, *Quod in te est*, cum respectu ad *sale* antiquitus Neutrius generis adi Grammaticam nostram.

e Ferre vel *gestire in oculis* est, valdè diligere, malè ergo legitur *gestire* Muretus 9. 1. Var. 18. c.

f Venustè notarat infantia militis, qui intelligi vult ab aliis, quod ipse exprimere non valet.

g Paucos habet sui similes, vel, qui paucos habet intimæ admissionis amicos. Horat. de Mæcenate. 2. Sat. 1. l. *Paucorum hominum, & mentis bene sanæ*, mox *eòque Difficiles aditus primos habet.*

h Hæc submissâ voce, & aversus.

Si

Si tecum vivit. T. *invidere omnes mihi,*
Mordere clanculum: ego flocci pendere:
Illi invidere miseré. verum unus tamen
Impensè, elephantis quem Indicis præfecerat.
Is ubi molestus magìs est, quæso, inquam, Strato,
Eóne es ferox, quia habes imperium in belluas?
G. *Pulcrè mehercle dictum & sapienter. papæ,*
Jugulâras hominem. quid ille? T. *mutus illico.*
G. *Quid ni esset?* PA. *dii vostram fidem, hominem perditum,*
Miserúmque, & illum sacrilegum. T. *quid illud Gnato,*
Quo pacto Rhodium [k] *tetigerim in convivio,*
Nunquid tibi dixi? G. *nunquam: sed narra obsecro.*
[l] *Plus millies jam audivi.* T. *unà in convivio*
Erat hic, quem dico, [l] *Rhodius adolescentulus.*
Fortè habui scortum: cœpit ad id alludere,
Et me irridere. quid aïs inquam, homo impudens?
[m] LEPUS TUTE ES, ET PULPAMENTUM QUÆRIS.
G. *ha, ha, he.*
S. *Quid est?* G. *facetè, lepidè, lautè, nihil supra.*
Tumne obsecro te hoc dictum erat? vetu' credidi.
T. *Audieras?* G. *sæpe, & fertur in primis.* T. *meum est.*
G. *Dolet dictum imprudenti adolescenti, & libero.*
P. *At te dii perdant.* G. *quid ille quæso?* T. *perditus.*
Risu omnes, qui aderant, emoriri. denique

---

[k] Salsè & acriter taxaverim, sic ἀπηλθαν à Græcis etiam usurpatur.

[l] Ex Rhodo Ms.

[m] Dictum, ut habet G. Fabricius verbis tectum, re impudens, & hanc locum tanquam Sirenis scopulum transeundum censet. in Erasmi adagiis hoc ipsum vide. & ὑμῶν κρεῶν ἐσθιομαῖ. quod in te habes, quæris in altero.

[n] Flav. Vopiscus in Numeriano Imp. scribit. Ipsi Comici plerumque milites inducunt vetera usurpantes dicta. nam, *Lepus tute es & pulpamentum quæris*, Livii Andronici dictum est.

Metuebant omnes jam me. G. *non injuriâ.*
T. *Sed heus tu, purgòn' ego me de istâc Thaïdi,*
Quòd eam me amare suspicata est? nihil minùs,
Imò magìs auge suspicionem. T. *cur?* G. *rogas?*
Scin' ? si quando illa mentionem Phædriæ
Facit, aut si laudat, te ut malè n *ùrat.* T. *sentio.*
G. *Id ut nè fiat, hæc res sola est remedio.*
o *Ubi nominabit Phædriam, tu Pamphilam*
Continuò. si quando illa dicet, Phædriam
Commessatum intromittamus: tu, Pamphilam
Cantatum provocemus. si laudabit hæc
Illius formam; tu hujus contrà. denique
Tu PAR PARI REFERTO, *quod eam mordeat.*
T. *Siquidem me amaret, tum istuc prodesset Gnato.*
G. *Quando illud, quod tu das, exspectat, atque amat:*
Jamdudum amat te: jam dudum illi facile sit,
Quod doleat. metuit semper, quem ipsa nunc capit
Fructum, nè quando iratus tu alio conferas.
T. *Bene dixti. at mihi istuc non in mentem venerat.*
G. *Ridiculum: p non enim cogitâras. cæterùm,*
Idem hoc tute melius quantò invenisses Thraso?

---

n Cruciet, μὴ κρύσῃ: suprà n. 2. 2. 1. c.

o Citat hos septem versus Cicero, 9. Epist. 1. fam. Epist *Sed tamen defendendi Vatinii fuit etiam ille stimulus, de quo in Judicio cùm illum defenderem, dixi me facere quiddam, quod Eunucho parasitus suaderet militi.* Ubi nominabit Phædriam, tu Pamphilam Continuò, &c.

p Adulatorié.

ACTUS III SCENA II.

THAIS, THRASO, PARMENO, GNATO, PYTHIAS.

TH. *Audire vocem visa sum modò militis:*
Atque eccum salve mi Thraso. THR. *ô Thaïs mea,*

Meum

Meum a *ſuavium, quid agitur? b ecquid nos amas*
De fidicina iſtac? PA. quàm venuſtè. c quod dedit
Principium adveniens. TH. *plurimùm merito tuo.*
GN. *Eamus ergo ad* c *cœnam: quid ſtas?* PA. *hem alterum.*
Ex homine hunc natum dicas. TH. *ubi vis, non moror.*
PA. *Adibo, atque adſimulabo, quaſi nunc exeam.*
Ituran' Thaïs quopiam es? TH. *ehem Parmeno,*
Bene pol feciſti: hodie itura. PA. *quò?* TH. *ecquid hunc vides?*
PA. *Video, & me tædet. ubi vis, dona adſunt tibi*
A Phædria. TH. d *quid ſtamus? cur non imus hinc?*
PA. *Quæſo hercle ut liceat, pace quod fiat tuâ,*
Dare huic quæ volumus, convenire & colloqui.
THR. *Perpulcra credo dona, haud noſtris ſimilia.*
PA. *Res indicabit. heus jubete iſtos foràs*
Exire, quos juſſi ocyùs. procede tu huc.
e *Ex Æthiopia eſt* f *uſque hæc.* THR. *hic ſunt tres minæ.*
GN. *Vix.* PA. *ubi tu es Dore? accede huc. hem Eunuchum tibi.*
Quàm liberali facie, quàm ætate integrâ!
TH. *Ità me dî ament, honeſtus eſt.* PA. *quid tu ais Gnatho?*
Nunquid habes, quod contemnas? quid tu autem Thraſo?
g *Tacent: ſatis laudant. fac periclum in* h *literis,*

---

a Putant quidam *ſuavium* hîc non accipi pro *oſculo*, ſed *ſuavitate*, ut Plauto Stich. 5. ac. 5. ſcen. *Age mulſa mea, ſuavitudo, ſuavia.*

b Ironia. Invenuſta ſc. atque inepta ſalutatio. nam in beneficiis debet oblivîſci qui dedit, meminiſſe, qui accepit.

c Thraſo exprobrans beneficium Thaidi, grates ſibi & amorem reddi poſtulat, Gnato cœnam. ſupra act. 2. ſc. 2.

d Rivalis ſervum conſpicere non ſuſtinet.

e Supra 1. ac. 2. ſc. *ubi mihi dixti cupere te ex Æthiopia ancillulam.*

f Uſque extendit è longinquo taritatem muneris.

g Καὶ ὅλως μᾶλλον λαλεῖ, ἢ τὸ σιωπᾶν, ἐλλείπει δὲ ἀεὶ ἀυτῆς λέγειν. Menander. Tacendo loqui, non inficiando confiteri videris. Cic. pro Seſtio.

h Ex Laconica, apud Xenophontem, inſtitutione, Εὐθὺς δὲ παίδευσιν εἰς διδασκάλων, μαθησομένους καὶ γεγραμμένα, καὶ μουσικῶν καὶ τὰ παλαίσματα. Servi utiq; Grammaticam & alias artes docebantur, quò cariùs venderentur. Videatur Ariſtoteles 7. l. Polit. ubi addit & γραμματικῶν necnon Lucianus in Amoribus, & Horatius 2. l. 2. epiſt.

Fac

Fa. in palæstra, in musicis. quæ liberum
Scire æquum est adolescentem, solertem dabo.
THR. i *Ego illum eunuchum, si sit opus, vel sobrium.*
PA. k *Atque hæc qui misit, non sibi soli postulat*
Te vivere, & suâ caussâ excludi cæteros:
Neque pugnas narrat, neque cicatrices suas
Ostentat, neque tibi obstat: quod quidam facit.
Verùm, ubi molestum non erit, ubi tu voles,
Ubi tempus tibi erit, sat habet, si tum recipitur.
THR. *Apparet servum hunc esse domini pauperis,*
Miserique. GN. *nam hercle nemo posset, sat scio,*
Qui haberet, qui pararet alium, hunc perpeti.
PA. *Tace tu, quem ego esse* l *infra infimos omnis puto*
Homines. nam, qui huic animum assentari induxeris,
m E FLAMMA PETERE TE CIBUM *posse arbitror.*
THR. *Iámne imus?* TH. *hos prius introducam, &, quæ volo*
Simul imperabo. post, continuò exeo.
THR. *Ego hinc abeo: tu istam opperire.* PA. *haud convenit,*
n *Unà cum amica ire imperatorem in viam.*
THR. *Quid tibi ego multa dicam? o domini similis es.*
GN. *Ha, ha, hæ.* THR. *quid rides?* GN. *istuc, quod dixti modò,*
Et illud de Rhodio dictum cùm in mentem venit:
Sed Thais exit. THR. *abi, præcurre, ut sint domi*
Parata. GN. *fiat.* TH. *diligenter Pythias*

i Ἐλευθερίως honestè in re inhonestâ.

k Ex obliquo invidiam facit militi. dúmque domini sui modestiam prætendit, odium importunitatis conflat militi.

l *Non adeò cecidi, quamvis abjectus; ut infra Te quoque sim, inferius quo nihil esse possit.* Ovid. 5. Trist. 8. eleg.

m Epulas pro inferiis in rogum conjicere moris erat; extremæ autem mendicitatis & impudentiæ habebatur indè cibum petere. Lucilius apud Nonium in Marcel. *Mendicus petere aurum ex flumine expediat, è cœno cibum.* & Catullus. *Vxor Meneni, sæpe quam in sepulcretis Vidistis ipso rapere de rogo cenam* &c. hoc factitâsse furtas, meminit Plutarchus, ἐκ μολόχης καὶ πλανοδίων χόρτου.

n Scopticè, meretricem *amicam*, militem, *Imperatorem* agnominat.

o Redit ad illud quod modò dixerat. *Apparet servum hunc esse domini pauperis miserique.*

Fac

Fac cures, ſi Chremes huc forte advenerit,
Ut ores, primùm ut maneat: ſi id non commodum eſt,
Ut redeat: ſi id non poterit, ad me adducito.
PY. *Ità faciam.* TH. *quid? quid aliud volui dicere?*
Hem, curate iſtam diligenter virginem.
Domi adſitis, facite. THR. *eamus.* TH. P *vos me ſequimini.*

---

p Puellæ pediſſequæ, quas δυναγωγὰς vocat Lucianus in Lexiphane.

ACTUS III SCENA III.

CHREMES, PYTHIAS.

C. * *Profectò quantò magis magiſque cogito,*
Nimirum dabit hæc Thaïs mihi magnum malum:
Ità me video ab ea ſalutè labefactarier.
Iam tum, cùm primùm juſſit me ad ſe accerſier,
(Roget quis, quid tibi cum illa? nè noram quidem)
Ubi veni, cauſam, ut ibi manerem, reperit:
Ait a *rem divinam feciſſe, & rem ſeriam*
Velle agere mecum. jam tum erat ſuſpicio,
b *Dolo malo hæc fieri omnia. ipſa accumbere*
Mecum, mihi ſeſe dare, ſermonem quærere.
c *Ubi friget, huc evaſit, quàm pridem pater*
Mihi & mater mortui eſſent. dico, jam diu.
Rus d *Sunii ecquod habeam, & quàm longè à mari.*
Credo ei placere hoc: ſperat ſe à me avellere.

---

* Hæc ruſtici, ſeveri, frugi, ſuſpicioſi, & blanditias averſantis.

a Veteres nihil aggrediebantur ſeriùm, quin Diis priùs ſacra feciſſent.

b Dolus malus eſt, cùm aliud agitur, aliud ſimulatur. Cic. Offic. 3. 1. & Topic. Erat etiam *dolus bonus* adverſus hoſtem ſc. vel latronem.

c Ubi re aut verbis deſtitutâ, quaſi cùm nihil haberet quod diceret.

d Promontorii Atticæ. ſupra 2. ſc. 1. act.

Poſtremò

Postremò, ecqua indè parva perîsset soror;
Ecquis cum ea unâ: quid habuisset, cùm perit;
Ecquis eam posset noscere. hæc cur quæritet?
Nisi si illa fortè, quæ olim periit parvola
Soror, hanc se intendit esse, ut est audacia.
Verùm ea si vivit, annos nata est sedecim,
Non major: Thaïs, ego quàm sum, majuscula est.
Misit porrò orare, ut venirem, sertò.
Aut dicat quid volt, aut molesta nè siet.
Non hercle veniam tertiò. heus. heus. P. *hic quis est?*
C. *Ego sum Chremes.* P. *ô capitulum lepidissimum.*
C. [c] *Dico ego mî insidias fieri?* P. *Thaïs maxumo*
Te orabat opere, ut cras redires. C. *vis eo.*
P. *Fac amabò.* C. *non possum, inquam.* P. *at apud nos hìc mane,*
Dum redeat ipsa. C. *nihil minus* P. *cur mi Chremes?*
C. *Malam rem. abîs hinc?* P. *si istuc ità certum est tibi,*
Amabò, ut illuc transeas, ubi illa est. C, *eo.*
P. *Abi Doria, citò hunc deduce ad militem.*

---

[c] Blandimenta rusticus insidias sibi structas suspicatur. Menander. πρὸς τὰς γυναῖκας διδόναι χρὴ πολλὰ, λίαν δὲ ὄντως πανταλᾶν ἴσον πᾶσι χωνοῖς λόγχης.

ACTUS III SCENA IV.

ANTIPH.

A. HErì aliquot adolescentuli [a] *coïimus in Pireo,* (rei
In hunc diem ut de [b] *symbolis* [c] *essemus. Chærea*m [d] ei

---

[a] Cicero ad Atticum l. 7. epist. 3. legit, *coïimus in Piræum*, seq; defendit quòd scripserat *ad Piræa*, non *Piræum*, & quòd Præpositionem addidisset. *non enim hoc*, inquit, *ut oppido præposui, sed ut loco.* Erat autem Piræum portus & oppidum 40 ab urbe stadiis.

[b] Vide Andriam, 1. act. 1. sc. *Symbolam dedit.*

[c] Commissaremur, Ἐπὶ συμβολῇ ἀναπαύσει. Eustat.

[d] Ut esset ἐφεστὼς, συμποσιάρχης, βασιλεὺς, ὁρθαλμὸς, ἀκολουθός, convivii curator, arbiter.

Præficimus:

Præfecimus : e *dati annuli* . f *locus, tempus conſtitutum eſt.*
Præteriit tempus . *quo in loco dictum eſt, parati nihil eſt.*
Homo ipſe nuſquam eſt . *neque ſcio, quid dicam, aut quid conjectem.*
Nunc mihi hoc negotî cæteri dedere, ut illum quæram :
Idque adeò viſam, ſi domi eſt. quiſnam hinc à Thaïde exit ?
Is eſt, an non eſt? ipſus eſt. quid hoc hominis ? quî hic ornatus eſt?
Quid illud mali eſt ? nequeo ſatìs mirari, neque conjicere.
Niſi quidquid eſt, procul hinc libet priu', quid ſit, ſciſcitari.

---

d Συμβολὴ δ' ἀκυρίλου δύ-δωκας. Lucianus arræ loco.

e Convivium conſtat ex rebus quatuor, ſi belli homunculi collecti ſunt, ſi lectus locus, ſi tempus lectum, ſi apparatus non negligendus &c. Varro apud Agellium. l. 13. c. 11. & Horat. S. epiſt. 1. l.

ACTUS III SCENA V.
CHÆREA, ANTIPHO.

C. *NUmquis hic eſt ? nemo eſt. numquis hinc me ſequitur ? nemo* a *homo eſt.*
Iámne b *erumpere hoc licet mihi gaudium ? prò Iupiter !*
Nunc tempu' profectò eſt, cùm perpeti me poſſum interfici :
Nè hoc gaudium contaminet vita ægritudine aliquâ.
Sed neminémne curioſum intervenire nunc mihi,
Qui me ſequatur, quoquo eam, rogitando obtundat, enecet,
Quid c *geſtiam, aut quid lætus ſim, quò pergam, unde emergam, ubi ſiem*
Veſtitum hunc nactus, quid mihi quæram, ſanus ſim ánne inſaniam ?
A. *Adíbo, atque* d *ab eo gratiam hanc, quam video velle, inibo:*

---

a Pleonaſmus. Cicero. *Nemo homo.* 2. de Natur. Deor. *Nemo nec homo, nec Deus.* 1. l. de Nat. Deor.

b Cic. *Nè in me ſtomachum erumpant, cùm tibi ſint iratæ.* 32 epiſt. 16. l. ad Attic.

c Geſtire, eſt, animi affectum geſtu corporis indicare.

d Gratiam hanc ejus demerebor.

Chærea,

Chærea, quid est quod sic gestis ? quid sibi hic vestitus quærit ? Quid est, quod lætus sis ? quid tibi vis ? satisne sanus ? quid me Adspectas ? quid taces ? C. e *ô festus dies hominis ! amice Salve : nemo est omnium, quem ego magi' nunc cuperem quàm te :*

A. *Narra istuc quæso quid fiet.* C. *imò ego te obsecro hercle, ut audias.*

Nostin' hanc, quam frater amat ? A. *novi. nempe opinor Thaïdem.*

C. *Istam ipsam.* A. *sic commemineram.* C. *quædam Lodie est ei dono data*

Virgo. quid ego ejus tibi nunc faciem prædicem aut laudem Antipho,

Cùm ipsum me nôris, quàm elegans f *formarum spectator fiem ? In hac commotus sum.* A. *ain' tu ?* C. g *primam dices scio, si videris.*

Quid mult a verba ? amare cœpi. fortè fortunâ domi

Erat quidam eunuchus, quem mercatus fuerat frater Thaïdi : Neque is deductus etiam tum ad eam. summonuit me Parmeno Ibi servus, quod ego arripui. A. *quid id est ?* C. *tace sis, citius audies.*

Ut vestem cum illo mutem, & pro illo jubeam me illuc lucier.

A. *Pro eunuchon' ?* C. *sic est.* A. *quid tandem ex ea re ut caperes commodi ?*

C. *Rogas ?* h *viderem, audirem, essem unà, qua cum cupiebam Antipho.*

Num parva causa, aut parva ratio est ? traditus sum mulieri. Illa illico ubi me accepit, lætа verò ad se abducit domum,

---

e O homo fauste, mihi optatissime, tanquam sis mihi festus dies. Plaut. in Casina. 1. act. 1. scen. *Sine, amabò, te amari, meus festus dies.* apud quem feriari mihi licet.

f Formarum explorator, probator, δοκιμαστὴς. sumptum volunt à triumviris monetalibus ad quos nummi spectandi deferebantur.

g Nulli secundam. præ quâ reliquæ meræ sunt *pithecia & spinturnicia.* Plaut. Mil. 4. act. 1. sc.

h Supra. act. 3. sc. 3.

Com-

Commendat virginem. A. *cui? tibine?* C. *mihi.* A. * *Satis tuto tamen.*

C. *Edicit, nè vir quisquam ad eam adeat, & mihi, nè abscedam, imperat,*
In interiore parte ut maneam solus cum sola. A. *nimio,*
i *Terram intuens modestè.* A. *miser.* C. *ego, inquit, ad cœnam hinc eo:*
Abducit secum ancillas: paucæ, quæ circum illam essent, manent
Novitiæ puellæ. continuò k *hæc, adornant, ut lavet.*
Adhortor, properent. dum apparatur, virgo in conclavi sedet,
Suspectans k *tabulam quandam pictam, ubi inerat pictura hæc. Iovem*
Quo pacto Danaæ l *misisse aiunt quondam in gremium imbrem aureum.*
Egomet quoque id spectare cœpi. & quia consimilem * *luserat*
Iam olim ille ludum, impendio magis animus gaudebat mihi,
Deum sese n *in hominem convertisse, atque per alienas tegulas*
o *Venisse clanculum per impluvium, fucum factum mulieri.*
At quem Deum? qui templa cœli summa sonitu concutit.
Ego homuncio hoc non facerem? ego verò illud feci, ac lubens.
Hæc dum mecum reputo, accersitur lavatum interea virgo.

---

i Æquè ac, *ovem lupo.* infra 5. ἴσως δ' ἐξαμάρτην τὸν φρόνιμον θεῶν. act. 1. scen.

k Pudoris signum & verecundiæ.

l Antiquis moris erat, ut singulis diebus lavarent; hinc tot balnea publica & privata, alii *hæ.* al. *adornant ut hæc lavet.*

m Aptam domo meretricis tabulam. in qua Jovis amores, puellæ aurea dona. Lege Propert. l. 2. oleg. 6.

n Fabricius ait, in codice Ms. inveniſſe ſe *ninxisse.* hinc autuma *ninxisse* ſcribendum. dictum autem ex imitatione Pindari in Iſthmiis χρυσῷ μεμιγμένον Νι-

* Nequiore ſenſu, ut Græcè παίζειν.

o In humanos ſenſus. in imbrem. n. ſe aureum convertit, non in hominis formam.

p Ut faceret fucum virgini. eſt autem fucus herbæ genus, tingendis lanis utile. unde pro artificio ſo ac adulterino colore uſurpatur. Sunt qui *furtum* legunt, amoris ſ. illicitum gaudium.

q Παρῳδία ex Ennio. Lucretius 6. l. *Terrifico quatiunt ſonitu cœleſtia templa.* Idem 2. l. *Calique ſerena Concutiant ſonitu.*

It,

It, lavit, redit: deinde illam r *in lecto illæ conlocârunt.*
Sto exſpectans, ſiquid mihi imperent. venit una, heus tu, inquit, Dore
Cape hoc ſ *flabellum, ventulum huic ſic facito, dum lavamus.*
Ubi nos laverimus, ſi voles, lavato. accipio triſtis.
A. Tum equidem iſtuc os tuum impudens videre nimium vellem,
Qui eſſet ſtatus, flabellulum tenere te aſinum tantum.
C. Vix elocuta eſt hoc, foràs ſimul omnes * *proruunt ſe:*
Abeunt lavatum, perſtrepunt, ità ut fit, domini ubi abſunt,
Interea ſomnus virginem opprimit. ego t *limis ſpecto*
Sic per flabellum clanculum, & ſimul alia circumſpecto
Satin' explorata ſint. video eſſe: peſſulum oſtio obdo.
A. Quid tum? CH. quid? quid tum; fatue? A. fateor. CH. egon' occaſionem
Mihi oſtentatam, tam brevem, tam optatam, tam inſperatam,
Amitterem? tum pol ego is eſſem verè, u *qui ſimulabar.*
A. Sanè, hercle, ut dicis. ſed interim de ſymbolis quid actum eſt?
CH. Paratum eſt. A. frugi es. ubi? domin'? CH. imò apud libertum Diſcum.
A. Perlongè eſt. CH. ſed tantò ocyùs properemus. A. muta veſtem.
CH. Ubi mutem? perii: nam domo exſulo nunc. metuo fratrem,
Nè intus ſit: porrò autem, pater nè ture redierit jam.
A. Eamus ad me: ibi proximum eſt ubi mutes. CH. rectè dicis.
Eamus: & de iſtac ſimul, quo pacto porrò poſſim
Potiri, conſilium volo capere unà tecum. A. fiat.

---

r A balneis in lectum ſe recipere moris erat, ut ſe reficerent à laſſitudine & ſudore.

ſ Cujus uſus erat, ut aſtans aliquis ventulum faceret; ſimul refrigerandi cauſſâ & abigendorum culicum & muſcarum. Παρὰ βάσιν γὰρ ἄνδρα Ἕλλης ἵππος εἶ κὠκλω πλεθρίῳ σφὲ παραὶς & ὄλσεσιν. Eurip. Oreſt.

* Sic Adelph 3. act. 3. ſc. *cæteros rurſum.* Activè.

t Ex obliquo, tranſversâ tuentibus oculis, & limis.

u Id eſt, Eunuchus.

ACTUS

ACTUS IV SCENA I.

DORIAS.

D. ITà me dii bene ament, quantum ego illum vidi, nonnihil timeo
Miſera, nè quam [a] ille hodie inſanus turbam faciat, aut vim Thaïdi,
Nam poſtquam iſte advenit Chremes adoleſcens frater virginis,
Militem rogat, illum admitti ut jubeat, ille continuò triſtis, neque
Negare audere. Thaïs porrò inſtare, ut hominem invitet, id
Faciebat retinendi illius cauſsâ: quia, illa quæ cupiebat,
De ſorore ejus indicare, ad eam rem tempus non erat.
Invitat triſtis. manſit ibi. illa cum illo ſermonem occipit.
Miles verò ſibi putare adductum ante oculos æmulum:
Voluit facere contrà huic agrè: heus heus, inquit, puer tuus Pamphilam
Accerſe, ut deleclet hic nos. illa exclamat, minimè gentium.
[b] Tun' in convivium illam? miles tendere: indè ad jurgium.
Interea [c] aurum ſibi clam mulier demit, dat mihi ut auferam.
Hoc eſt ſigni, ubi primùm poterit, ſeſe illinc ſubducet, ſcio.

---

a Thraſo, importunus, inſanus, furioſus, propter Chremetem, quem ſibi rivalem adductum credebat. *Poſſem rivalem non ego ferre Parem.* Tibullus.

b Cic. accuſatione in Verrem. *Quæſo, inquit Rubrius, Philodame, cur ad nos filiam tuam non introvocas? jubes? tum ille negavit moris eſſe Græcorum, ut in convivio virorum accumberent mulieres.* Demoſth. idem in oratione de Pyrrhi cujuſdam hæreditate. Item Varro apud Nonium. v. *Acerbum. Virgo de convivio abdicatur idea, quod majores noſtri virginis acerbum aurum Veneris vocabulo imbui noluerunt.*

c Aurea ornamenta, quibus in convivio & domi utebatur, non tamen auſa in publicum prodire auro ornata. lege quippe Athenis cautum. Ἐκφορὰ χρυσία ἢ ἱματίων ἀμφίεσις ἴση.

ACTUS IV SCENA II.
PHÆDRIA.

P. DUm rus eo, cœpi egomet mecum inter vias,
Ità ut fit, ubi quid in animo est moleſtiæ,
Aliam rem ex alia cogitare, & ea omnia in
Pejorem partem. quid opu' est verbis? dum hæc puto,
Præterii imprudens villam. longè jam abieram,
Cùm ſenſi, redeo ſurſum, malè verò me habens.
Ubi ad ipſum veni divorticulum, conſtiti:
Occepi mecum cogitare, hem biduum hìc
Manendum est ſoli ſine illa? quid tum poſtea?
Nihil est? quid? nihil? ſi non tangendi copia est,
Eho nè videndi quidem erit? ſi illud non licet,
Saltem hoc licebit. certè a extremâ lineâ
Amare, haud nihil est. villam prætereo ſciens.
Sed quid hoc quòd timida ſubitò egreditur Pythias?

---

a Poſt 16. interpretes ariolos qui hìc laborant, & à rectâ lineâ diſcedunt, Chriſtianus Becmannus cap. 12. Manuductionis ad Ling. Lat. concludit, Loquitur Phædria de initio amoris, proceſſu & fine. Initium eſt viſus extrema ſc. linea, & terminus à quo; Properti l. 2. eleg. 15. oculi ſunt in amore duces. Virgil. 1. Æn. ardeſcitque tuendo. Achilles Tatius l. 1 ὀφθαλμοῖς γὰρ ὁδὸς ἐρωτικὸς τοῖς ἐμοῖς, Euripid. Hippolyt. ἵμος ἵμος, ὃ πρὸ ὀμμάτων ἕρπεις πόθος, Sophocl. ἱμερῶ᾽ ἀφαμὸν ἵη᾽ ὀμμάτων ἴχνη. Extrema itaque linea prima illa viſus, proceſſus 2 Alloquium. 3 Tactus. 4 Oſculum. 5 Συνουσιασμὸς, qui finis & potiſſimus ſi ità loqui liceat, ut qui potiundi eſt, & τέλος ἐπιτυμβίτιον. Εὐδαίμων ὁ βλέπειν σε, Τρὶ ὀλίῳ, ὅστις ἀκούει. Ἡμίθεος δ᾽ ὁ φιλῶν, ἀθάνατος δ᾽ ὁ συνών. Anthol. g. Interpres hujus loci Ovidius 3. L. Metam. liceat, quod tangere non eſt, Adſpicere & miſero præbere alimenta furori.

ACTUS IV SCENA III.
PYTHIAS, PHÆDRIA, DORIAS.

PY. UBi illum ego ſceleroſum miſera atque impium inveniam? aut ubi

Quæram?

Quæram? hoccine tam audax facinus facere esse ausum?
PH. *perii. hoc quid sit vereor.*
PY. *Quin insuper etiam scelu', postquam a Iudificatu' est virginem,*
b *Vestem omnem miseræ discidit, tum ipsam capillo conscidit.*
PH. *Hem.* PY. *qui nunc si detur mihi,*
Ut ego unguibus facilè illi in oculos involem venefico?
PH. *Profectò nescio quid c absente nobis turbatum est domi.*
Adibo. quid istuc? quid festinas? aut quem quæris Pythias?
PY. *Hem Phædria, egon' quem quæram? abi hinc quò dignu' es cum donis tuis*
Tam lepidis. PH. *quid istuc est rei?*
PY. *Rogas me? d eunuchum quem dedisti nobis, quas turbas dedit?*
Virginem, quam heræ dederat dono miles vitiavit. PH. *quid ais?*
PY. *Perii.* PH. e *temulenta es.* PY. f *utinam sic sient, mihi qui malè volunt.*
D. *Au, obsecro mea Pythias, quid istucnam monstri fuit?*
PH. *Insanis: quî istuc facere eunuchus potuit?* PY. *ego illum nescio*
Qui fuerit: hoc, quod fecit, res ipsa indicat.
Virgo ipsa lacrumat, neque, cùm rogites quid sit, audet dicere:
Ille autem bonus vir nusquam apparet. etiam hoc misera suspicor,
Aliquid domo abeuntem abstuliſſe. PH. *nequeo mirari satis,*

---

a Contumeliâ affecit, vitiavit. namque ὑβρίζειν, καταισχύνειν sequiori sensu accipi solent. Suetonius in Tiberio. Tacit. 13. an.

b Cùm virgo reluctaretur, aut potiùs, ipsa devirginata præ dolore sibi vestem & comas discidit & lanivit.

c Archaïsmus, vide Grammaticam nostram, in Syntheſi pag. 53.

d Eunuchum quem dediſti nobis, quas turbas dedit ille? in eâdem Gram. vide Ellipſin Relativi 50. pag.

e Ebria, temetum, vinum est meum. Τὸ μέθυ, ὁινος ἄκρατος.

f *Istuc inimicis fiat. Heauton.* act: 5. sc. 3. *Eveniat nostris hostibus ille pudor.* Ovid. lib: 3. eleg.

Quò abire g ignavos ille poſſit longiùs, niſi domum
Fortè ad nos rediit. PY. *viſe amabò, num ſit.* PH. *jam faxo ſcies.*
D. *Perii, obſecro. tam infandum facinus, mea tu, ne audivi quidem.*
PY. *At pol ego amatores mulierum eſſe audieram eos maximos,*
h *Sed nihil poteſſe: verùm miſeræ non in mentem venerat:*
Nam illum aliquò conclúſſem, neque illi commiſiſſem virginem.

---

g Al. *ignarus* hoſpes ſc. viarum ignarus.

h Jul. C. Scalig. exerc. 275. coëunt, inquit, ſed nihil emittunt. Juvenal. Sat. 6. *Sunt quas Eunuchi imbelles, &c.* Martial. 6. l. 39. ep. & 67. Aphrodiſæus l. 1. Problem. Philoſtrat. l. 1. c. 23. Hieron. Epiſt. ad Lætam.

ACTUS IV SCENA IV.

PHAEDRIA, DORUS, PYTHIAS, DORIAS.

PH. *EXi foràs ſceleſte: at etiam reſtitas*
Fugitive? prodi, a *malè conciliate.* DO. *obſecro.*
PH. *oh,*
Illud vide, os ut ſibi diſtorſit carnufex.
b *Quid huc reditio eſt? quid veſtis mutatio eſt?*
Quid narras? paulum ſi ceſſaſſem Pythia,
Domi non offendiſſem: ità jam c *ornabat fugam.*
PY. *Habésne hominem amabo?* PH. *quid ni?* PY. *ô fabulam bene!*

---

a Maximo meo diſpendio emptæ. Omnis conventio, conciliatio eſt.

b Quid ſibi vult tua huc reditio? Periphraſis per Verbalia Comicis uſitata. *Quid ibi acceſſio eſt ad hos ædes propè aut Pultatio,* Plaut. Trucul. act. 2. ſc. 2 & alibi frequens.

c Parabat. ut, *ornare nuptias, convivium, exercitum,* & ſuprà act. 3. ſc. 5. *adornare ut laveo.*

DO. *Iſtuc*

DO. *Istuc pol verò bene.* PY. *ubi est?* PH. *rogitas? non vides.*
PY. *Videam obsecro, quem?* PH. *hunc scilicet.* PY. *quis hic est homo?*
PH. *Qui ad vos deductus hodie est.* PY. *hunc oculis suis*
d *Nostrarum nunquam quisquam vidit Phædria.*
PH. *Non vidit?* PY. *an tu hunc credidisti esse, obsecro,*
Ad nos deductum? PH. *namque alium habui neminem.*
PY. *au.*
Nec comparandus hic quidem ad illum est. ille erat
e *Honestâ facie, & liberali.* PH. *ità visus est*
Dudum, quia f *variâ veste exornatus fuit:*
Nunc tibi videtur fœdus quia illam non habet:
PY. *Tace obsecro: quasi vero paulùm interfiet.*
Ad nos deductus hodie est adolescentulus,
Quem tu videre verò velle, Phædria.
Hic est vetus, g *vietus,* h *veternosus, senex,*
Colore i *mustelino.* PH. *hem, quæ hæc est fabula?*
Eò redigis me, ut, quid egerim, egomet nesciam.
Eho tu emin' ego te? DO. *emisti.* PY. *jube mihi denuo*
Respondeat. PH. *venistin' hodie ad nos? negat.*
At ille alter venit k *annos natus sedecem:*
Quem secum adduxit Parmeno. PH. *agedum, hoc mihi expedi:*
Primùm unde habes istam, quam habes, vestem? taces?

d Nostræ familiæ nulla. *Quisquam* in fœmineo usurpata, archaicè. Plaut. Rud. 4. act. 4. sc. Cistel. 2, 3. Pers. 4. 3.

e Miles suprà act. 3. sc. 2. *Ità me dii ament, honestus est.*

f Variegatâ, coloribus aut liciis versicolori cujusmodi veste ornabantur Eunuchi, ut multis coloribus textâ fulgerent.

g Inertus à *vieo.*

h Veterno laborans, somnolentus, piger.

i Menander ἐστὶν ἰσὶ χαλκὸς τὸ χρῶμα. Cui facies lentigine maculosa, ut stellioni corium Defendit Turnebus Terentium reprehensum quòd *mustellinum* colorem pro *stellionato* vertisset. lib. 12, c. 10.

k Errare potuit Pythias, vel etiam, per μίσος, voluit. neque enim Chærea, potuit esse publicè custos in Piræo ante annum decimum nonum vel decimum octavum, minimùm, ut dictum suprà ad act. 2. sc. 2.

l Monstrum hominis, non dicturus? DO. *venit Chærea.*
PH. *Fratérne?* DO. *ità est.* PH. *quando?* DO. *hodie.* PH. *quàm dudum?* DO. *modò.*
PH. *Quicum?* DO. *cum Parmenone.* PH. *nôrásne eum prius?*
DO. *Non: nec, quis esset, unquam audieram dicier.*
PH. *Unde igitur, meum fratrem esse, sciebas?* DO. *Parmeno Dicebat eum esse: is dedit mihi hanc.* PH. *occidi.*
DO. *Meam ipse induit: post unà ambo abierunt foràs.*
PY. *Jam satìne credis m sobriam esse me, & nil mentitam tibi? Jam satìn' certum est virginem vitiatam esse?* PH. *age nunc bellua,*
Credis huic quod dicat? PY. *quid isti credam? res ipsa indicat.*
PH. *Concede istuc paululùm. audin? etiam paululùm. sat est. Dic dum hoc rursùm, Chærean' tuam vestem detraxit tibi?*
DO. *Factum.* PH. *& eâ est indutus?* D. *factum.* PH. *& pro te huc deductu' est?* DO. *ità.*
PH. *Jupiter magne n ô scelestum, atque audacem hominem!*
PY. *væ mihi!*
Etiam nunc non credis indignis nos irrisas modis?
PH. *Mirum ni tu credis quod iste dicat. quid agam, nescio.*
o *(Heus tu negato rursùm.) possúmne ego hodie ex te exsculpere*
Verum? vidistin' fratrem Chæream? DO. *non.* PH. *non potest fine*
p *Malo fateri. video. sequere me hâc. modo ait, modo negat.*
o *Ora me.* DO. *obsecro te verò Phædria.* PH. *intrò nunc jam?*
DO. *hoi, hei.*
PH. *Alio pacto q honestè quo modo hinc nunc abeam nescio:*

---

l Bene, de Eunucho. qui neque mas, neque fœmina.

m Supra dixerat Phædria, *æmulenta es.*

n Pronunciatum hoc de Chærea, voluit à Pythia intelligi quasi dictum de Doro.

o Hoc voce submissâ, ne exaudiat Pythias.

p Tormentis. *Omnes imperio, metu, vi, malo adacta.* Cic. 4. verrinâ.

q Salvo honore meo, & fratris.

Actum

Actum est r *siquidem.* ſ *tu me hìc etiam nebulo ludificabere?*
PY. *Parmenonis tam scio esse hanc technam, quàm me vivere.*
D. *Sic est.* PY. *inveniam pol hodie parem ubi referam gratiam.*
Sed nunc quid faciendum censes Dorias? D. *de istac me rogas*
Virgine? PY. *ità: utrùm taceámne, an prædicem?* D. *pol, si sapis,*
t *Quod scis nescis, neque de Eunucho, neque de vitio virginis.*
Hâc re & te omni turbâ evolvis, & illi gratum feceris.
Id modò dic, abisse Dorum. PY. *ità faciam.* D. *sed videnᵉ*
Chremem?
Thaïs jam aderit. PY. *quid itá?* D. *quia, cum indè abeo. jam*
tunc cœperat
u *Turba inter eos.* PY. *tu aufer* x *aurum hoc: ego scibo ex* y *hoc*
quid fiet.

---

r Apoſiopeſis ſiquidem hæc ità ſint.

ſ Converſus ad Dorum hæc, quem introïre quaſi ad ſupplicium & tormenta juſſum ſequitur Phædria.

s Neſcieris, diſſimula te ſcire. Heauton: act. 4. ſc. 4. *Tu neſcio ia quod ſcis.* Plaut. Mil. 2. act. 6. ſc. 1. *Linguam comprimes. Poſthac etiam illud quod ſcies, neſciveris. Nè videris, quod videris.*

u Jurgium, rixa.

x Aurea ornamenta Thaïdis. ſuprà ſc. 1. hujus act.

y Chremete.

ACTUS IV SCENA V.

CHREMES, PYTHIRAS.

C. *AT, data hercle verba mihi sunt: vicit vinum quod bibi.*
Ac dum accubabam, qui videbar mihi esse pulcrè sobrius,
Postquam surrexi, neque a *pes, neque* b *mens satis suum officium facit.*

---

a *Magnum hoc vitium vino eſt. pedes capeat primùm, luctator doloſus eſt.* Plaut. Pſeud. act. 5. ſc. 1.

b οἶνος ἔχει φρένας. Hom. Odyſſ. 6.

P. *Chreme.* C. *quis est? ehem Pythia, vah* c *quid istò nunc formosior*
Videre, quàm dudum? P. *certè quidem tu pol multò alacrior.*
C. *Verbum hercle* d *verum hoc est:* e SINE CERERE ET LIBERO FRIGET VENUS.
Sed Thaïs multò antè venio? P. *an abiit jam à milite?*
C. *Jam dudum, ætatem. lites factæ sunt inter eos magnæ.*
P. *Nil dixit tum, ut sequerere sese?* C. *nihil, nisi abiens mihi innuit.*
P. *Eho, nonne id sat erat?* C. *at nesciebam id dicere illam, nisi quia*
Correxit miles, quod intellexi minùs: nam me extrusit foràs.
Sed eccam ipsam video: miror, ubi huic ego autevorterim.

---

c Ebriis, Τὰ μὲν καλὰ, καλὰ πάντα. quod de amatoribus pronunciavit Theocriti Daphnis, Idyll. 6. *Heus puer, unguem fixisse meretricem, ut illam formosam reddam;* Anacharsis, cùm ex convivis quidam dixisset, uxorem ipsum duxisse deformem.

d Atque ἐν ὀνῳ ἀλήθεια.

e Νεκρὸν Ἀφροδίτην Διονύσου δίχα τὴν Δάρεττάν. Eurip. Ἐν πλεισμονήτῃ Κύπρις. vide Senecæ Hyppolytum vers. 203. Aristophanes citat Athenæus. Ῥᾴδιός τε χωρὶς οἴνου Ἀφροδίτης γέλως lib. 10. cap. 12. addítque Ou πολλὰ ἀπονίπτει ὕπνος ἀναχεόμενον ἀφροδισίων ὄρξιν λαμβάνουσι.

ACTUS IV SCENA VI.

THAIS, CHREMES, PYTHIAS.

T. CRedo equidem illum jam affuturum esse, illam ut eripiat: sine
Veniat: atque si illam digito attigerit uno, a *oculi illico*
Effodientur, usque adeò ego illiu' ferre possum ineptias,
Et magnifica verba, verba dum sint. verùm enim si ad rem

---

a Minæ Amazoniæ, apud Comicos. Plaut. Aul. 1. 2. 1. sc. & 2. 2. sc. Trin. 2. 4. sc.

Con-

Conferentur, vapulabit.

C. *Thaïs, ego jam dudum hic adsum.* T. *ô mi Chreme, te ipsum exspectabam:*

Scin' tu turbam hanc propter te esse factam? & adeò ad te attinere hanc

Omnem rem? C. *ad me? quî?* [b] *quasi istuc.* T. *quia dum tibi sororem studeo*

Reddere, & restituere, hæc atque hujusmodi sum multa passa.

C. *Ubi ea est?* T. *domi apud me* C. [c] *ehem.* T. *quid est?*

Educta ità, utì teque illâque dignum est. C. *quid aïs?* T. *id quod res est.*

Hanc tibi dono do, neque repeto pro illa abs te quidquam pretii.

C. *Et habetur, & referetur à me Thaïs tibi, ità utì merita es,*

Gratia. T. *at enim cave, nè priùs, quàm hanc à me accipias, amittas*

Chreme: nam hæc ea est, quam miles à me vi nunc venit ereptum.

Abi tu, [d] *cistellam Pythias domo affer cum monumentis.*

C. [e] *Vidên' tu illum Thaïs?* P. *ubi sita est?* T. *in* [f] *risco. odiosa cessas?*

C. [e] *Militem secum ad te quantas copias adducere?*

At at, T. *num formidolosus obsecro es mi homo?* C. *apagêsis.*

---

[b] Aposiopesis. quasi ego istuc commoverim.

[c] Indignantis est; ubi sororem suam in domo meretricis esse audiit.

[d] Infantibus cùm fortunæ aut miseri cordiæ alienæ exponebantur, utì adnotatum ad act. 4. sc. 5. Andriæ, apponebantur simul ἀναγνωρίσματα quibus tempore futuro & meliore possent agnosci. hæc Græci λείψανα, σκάμματα & γνωρίσματα, Latini monumenta, vel crepundia vocabunt. Pamphilæ licèt exposita non erat, verùm à prædonibus abrepta, supererant procul dubio, crepundia quædam & σκάμματα quibus agnosci posset.

[e] Trepidare incipit rusticus, viso Thrasone cum comitatu.

[f] Cistâ pelle contectâ.

Egon'

Egón' formidolosius? nemo est hominum, qui vivat, minùs.
T. *Atque ità opu' est.* C. *ah, metuo, qualem tu me esse hominem existumes.*
T. *Inó hoc cogitato: quicum res tibi est, peregrinus est.*
Minù' potens quàm tu, minù' notus, amicorum hìc habens minùs.
C. *Scio istuc: sed tu* g QUOD CAVERE POSSIS, STULTUM ADMITTERE *est.*
Malo ego nos prospicere, quàm hunc ulcìsci acceptâ injuriâ.
Abi tu, atque ostium obsera intus, ego dum hinc transcurro h *ad forum:*
Volo ego adesse hìc advocatos nobis in turba hac. T. *mane.*
C. *Melius est.* T. *mane.* C. *omitte. jam adero.* T. *nil opus est* i *istis Chremè:*
Hoc dic modò, sororem illam tuam esse, & te parvam virginem
Amisisse, nunc cognôsse: signa ostende. P. *adsunt.* T. *cape.*
Si vim faciet, in jus ducito hominem: intellextin'? C. *probè.*
T. *Fac, animo hac præsenti dicas.* C. *faciam.* T. *attolle* k *pallium.*
Perii, huic ipsi opus patrono est, quem defensorem paro.

---

g Pol cavere quàm pœnitere præstat. Σωφρονίζειν γ' ἄμμι ἢ μετὰ τὸ παθεῖν ἐλεγλεῖν, τὸ πρὶν παθεῖν φυλάξασθαι τὸ μὴ παθεῖν. *Scobæus.*

h In foro obambulabant causidici. Forum autem intelligo *Platæam* quam vocant, ab una parte locus est à fronte apertus, in quo exercentur judicia, ibi tribunal & subsellia. nobis, the Sessions house, in area ipsa tabernæ, ubi habentur res venales the Market place. inibi spatiantur mercatores, fœneratores, & quos recenset Choragus in Plauti Curculione act. 4. sc. 1. the Exchange.

i Advocatis.

k Humeris delapsum vel per negligentiam madidi & ebrioli, vel ex concertatione tendentis in forum & abeundi occasionem captantis.

ACTUS

ACTUS IV SCENA VII.

THRASO, GNATO, SANGA, CHREMES, THAIS.

THR. *Hancine ego ut contumeliam tam insignem in me accipiam Gnato?*
Mori me satius est. Simalio, Donax, Syrisce, sequimini.
Primùm adeis expugnabo. G. [a] *rectè.* THR. *virginem eripiam.*
G. [a] *probè.*
THR. *Malè mulctabo ipsam.* G. [a] *pulcrè.* THR. *in medium huc agmen cum vecti Donax,*
Tu Simalio in sinistrum cornu, tu Syrisce in dexterum.
Cedò alios: ubi centurio est Sanga, & [b] manipulus [c] furum?
S. *eccum adest.*
THR. *Quid ignave? peniculón' pugnare, qui istum huc portes, cogitas?*
S. *Egone? imperatoris virtutem noveram, & vim militum:*
Sine sanguine hoc fieri non posse: qui abstergerem volnera.
THR. *Ubi alii?* S. *qui malum, alii? solus Sannio [d] servat domi.*
THR. *Tu hòsce instrue. hic ego ero [e] post principia: indè omnibus signum dabo.*
G. *Illuc est sapere: ut hòsce instruxit, ipsus sibi cavit loco.*

---

a Ex decoro personæ & instituto parasiti, qui sibi imperaverat omnia assentari, *rectè, probè, pulcrè.*

b Manus militum sub eodem papilione degentium, sub eodem signo pugnantium. Veget. l. 2. Plutarchus in Romulo, scribit Romulum duxisse magnas quasdam manus militum in centurias distributas, in quibus singulis unus vehebat manipulum fœni aut herbæ in conto vel hastâ, hinc mansisse nomen manipulis. Ovid. 3. Fast. *Pertica suspensos portabat longa manipulos.* In legione centuriæ erant 60, manipuli 13. cohortes decem, Agel. l. 16. 4. c.

c Servorum culinariorum sub Archimagiro Sangâ. Coquos autem pro furibus celebrat Plautus in Autul. Feudol. alib.

d Custodit res quæ sunt domi. Plaut. *Nemo in adibus servat,* act. sc. 2. *Quia nos eramus peregrè, tutatus est domi.* Plaut. Amphil. 1. act. 1. sc. legitur & *domum.*

e In prima acie stabant Hastati, in secunda Principes: post hos Triarii. Inter quos sibi cavit Thraso. & milites ipsi *principes* dicti sunt *Principia*, ut servi, servitia.

TRH. *Idem*

THR. *Idem hócce* [f] *Pyrrhus factitavit.* C. *viden' tu Thaïs, quam hìc rem agit?*
Nimirum consilium illud rectum est de occludendis ædibus.
TH. *Sanè, quòd tibi nunc vir videatur esse, hic nebulo magnus est:*
Nè metuas. THR. *quid videtur?* G. *fundam tibi nunc nimis vellem dari,*
Ut tu illos * *procul hinc ex occulto cæderes: facerent fugam:*
THR. *Sed eccam Thaïdem ipsam video.* G. *quàm mox irruimus?* THR. *mane.*

OMNIA PRIUS EXPERIRI VERBIS, QUAM ARMIS, SAPIENTEM DECET.

Quî scis, an, quæ jubeam, sine vi faciat? G. *Dii vostram fidem!*
Quanti est sapere! nunquam accedo ad te, quin abs te abeam doctior.
THR. *Thaïs, primùm hoc mihi responde: cùm tibi do istam virginem,*
Dixtin' hos mihi dies soli dare te? TH. [g] *quid tum postea?* THR. *rogitas,*
Quæ mî ante oculos coràm amatorem adduxisti tuum?
TH. [g] *Quid cum illo ut agas?* THR. *& cum eo clàm subduxisti te mihi?*
TH. [g] *Libuit.* THR. *Pamphilam ergò huc redde, nisi si mavis eripi.*
C. *Tibi illam reddat? aut tu eam tangas?* [h] *omnium.* G. *ah, quid agis? tace.*

---

[f] Epirotarum rex, quem Antigonus ducem optimum pronunciavit, siquidem consenuit, superstes variis bellis. Annibal verò primas Alexandro dedit quia &c. Pyrrho secundas, quia castrametari primus docuisset, stratagematum in urbibus capiendis & præsidiis ponendis esset peritissimus, artem conciliandi homines optimè calluisset, sibi denique tertias &c. Liv. dec. 4. l. 5.

* Ut Paris Homericus, Ἐκ λέχυς ἀμπέδυνε.

[g] Insolenter, & ut meretricem sapit.

[h] Apostopesis, *pessime* aut tale quippiam.

THR. *Quid*

THR. *Quid tu tibi vis? ego non tangam meam?* C. *tuam autem* i *furcifer?*

G. *Caveſis: neſcis, cui maledicas nunc viro.* C.[k] *non tu hincabis?*

l *Scin' tu, ut tibi res ſe habeat? ſi quidquam hodie hìc turbæ cœperis,*

Faciam, hujus loci, m *diique, meique ſemper memineris.*

G. *Miſeret tuî me, qui hunc tantum hominem facias inimicum tibi.*

C. n *Diminuam ego caput tuum hodie, niſi abis.* G. *ain' verò*[o] *canis?*

Siccine agis? THR. *Quis tu & homo? quid tibi vis? quid cum illâ rei tibi eſt?*

C. *Scibis principiò eam eſſe dico liberam.* THR. *hem.* C. *civem Atticam.* THR. *hui.*

C. *Meam ſororem.* THR. p *os durum.* C. *miles, nunc àdeò edico tibi,*

Nè vim facias ullam in illam. Thaïs, ego ad Sophronam eo

Nutricem, ut eam adducam, & ſigna oſtendam hæc. THR. *tûne me prohibeas,*

Meam nè tangam? C. *prohibeo inquam.* G. *audìn' tu? hic* q *furti ſe alligat.*

Satìn' hoc eſt tibi? THR. *hoc idem tu ais?* TH. *quære, qui reſpondeat.*

---

i Vide quæ ad Scen. 5. act. 3. *tibi ut ego credam, furcifer.*

k Hoc parasito dictum.

l Hoc militi.

m Dieique vide Grammat. noſtram & Agellium l. 9. 24. c.

n Capitis diminutio erat prioris ſtatûs mutatio. 1 Cùm aliquis ſimpl & civitatem & libertatem amittebat. 2 Cùm civitas amittebatur, libertas retinebatur. 3 Cùm civitas retinebatur & libertas, ſed ſtatus hominis commutabatur. Caput diminuere ait Nonnius l. 9. Miſc. c. 10. eſt caput perdere. Hinc illa, truculenta Chremetis apud Terentium in Eunucho comminatio, quum mortem denunciaret. *Diminuam ego tibi caput.*

o Κυνιδίτατα, Κυνὸς ὄμματ' ἔχων Iliad. α. Hom. i.e. impudens.

p Perfrictæ frontis homo, vel, durioris.

q Reum ſe, quaſi apud prætorem, furti aſtringit, profeſſus ſe dolo malo rem à proprio domino auferre & detinere. Rei ligantur, innocentes abſolvuntur.

THR. *Quid*

THR. *Quid nunc agimus?* G. *quin redeamus: jam hæc tibi aderit jupplicans*
Ultro. THR. *credin'?* G. *imò certè. novi ingenium mulierum*
NOLUNT, UBI VELIS: UBI NOLIS, CUPIUNT ULTRO. THR. *bene putas.*
G. r *Jam dimitto exercitum?* THR. *ubi vis.* G. *Sanga, ità uti fortes decet,*
Milites, ſ domi ſocique fac viciſſim ut memineris.
S. *Jam dudum animus eſt in patiniſ.* G. *frugi es.* THR. *vos me hàc ſequimini.*

r Καλὸς θαῤῥεῖ μάλ' ἀνθρώπου λαβεῖν ἤδη φέρων. inquit Epichatmus qui antea minas vociferebatur. *Sequimini, primùm ædes expugnabo. Virginem eripiam. Malè multabo ipſam. Jam ubi ad rem ventum eſt, cavet ſibi poſt principia, manere* jubet & *rem conſilio experiri.* Quod quærit à parasito *Quid nunc agimus?* denique receptui canit turpiter, & *exercitum*, i. e. *manipulum ſuorum* dimittit.

ſ Contestatur parasitus principiis ſuis, quæ cum mediis tendunt ad finem, gulæ & ingluvieî.

ACTUS V SCENA I.

THAIS, PYTHIAS.

T. PErgin' ſceleſta mecum a perplexè loqui?
Scio, neſcio: abiit: audivi: ego non affui.
Non tu iſtuc mihi dictura apertè es, quidquid eſt?
Virgo conſciſsâ veſte lacrumans obticet,
Eunuchus abiit. quamobrem? quid factum eſt? taces?
P. *Quid tibi ego dicam miſera? illum Eunuchum negant*
Fuiſſe. T. *quis fuit igitur?* P. *iſte Chærea.*
T. *Qui Chærea?* P. *iſte ephebus frater Phædriæ.*
T. *Quid aïs veneſica?* P. *atque certò comperi.*
T. *Quid is objecro ad nos quamobrem adduxit'* eſt? P. *neſcio,*
Niſi amâſſe credo Pamphilam. T. *hem miſera occidi,*
Infelix, ſiquidem tu iſtæc vera prædicas.
Num id lacrumat virgo? P. *id opinor.* T. *quid aïs ſacrilega?*

a Περιπλέκω. intricato tortiloquio.

Iſtuccine

Illuccine interminata sum hinc b *abiens tibi?*
P. *Quid facerem, ità ut tu jussi,* c *soli credita est.*
T. *Sceleſta,* d OVEM LUPO COMMISTI. *dispudet,*
Sic mihi data esse verba. quid illuc hominis est?
P. *Hera mea tace, tace obsecro, salvæ sumus: hominem*
Habemus ipsum. T. *ubi is est?* P. *hem ad sinistram, non vides?*
En. T. *video.* P. *comprehendi jube, quantum potest.*
T. *Quid illo facias stulta?* P. *quid faciam rogas?*
Vide amabò, si non, cùm aspicias, os impudens
Videtur. T. *non.* P. *tum, quæ ejus confidentia est.*

b Supra, act. 3. scen. 2. *Quid aliud volui dicere? Hem, curate istam diligenter virginem.*

c Act. 3. sc. 5. Antiphoni narrat Chærea sibi commodatam à Thaïde virginem. *Edicit,* inquiens, *nè vir quisquam ad eam adeat, & mihi ne abcedam, imperat. In interiore parte ut maneam solus cum sola.*

d *Ut mavelù lupos apud oves relinquere, quàm hos domi custodes.* Plaut. Pseudol. act. 1. sc. 2. Antonius in concione dixerat, futurum se custodem urbis, usque ad Calendas Maias. *O præclarum,* inquit Cicero, *custodem ovium, qui aiunt, lupum.* 3. Philippi. *Sed quis custodiet ipsos custodes?* Juvenal. 6. Sat.

ACTUS V SCENA II.

CHÆREA, THAIS, PYTHIAS.

C. *A*Pud Antiphonem uterque, a *mater, & pater,*
Quasi dedità operâ, domi erant, ut nullo modo
Introïre possem, quin viderint me interim
Dum ante ostium sto, notus mihi quidam obviam
Venit, ubi vidi, ego me b *in pedes, quantùm queo,*
In angiportum quoddam desertum, indè item
In aliud, indè in aliud. ità miserrimus
Fui fugitando. nè quis me cognosceret.
Sed estne hæc Thais, quam video? ipsa est, hæreo.

a Antiphonis parentes.
b Ellipsis, conjeci sc. aut dedi, *i. e.* fugi.

Quid

Quid faciam? quid meâ autem? quid faciet mihi?
T. *Adeamus. bone vir Dore, salve: dic mihi,*
Au fugistin'? C. *hera, factum.* T. *satin' id tibi placet?*
C. *Non.* T. *credin' te impunè habiturum?* C. c *unam hanc noxiam.*
Mitte: si aliam unquam admisero ullam, occidito.
T. *Num meam sævitiam veritus es?* d C. *non.* T. *quid igitur?*
C. c *Hanc metui, nè me criminaretur tibi.*
T. *Quid fecerus?* C. *paululum quiddam.* P. *eho, paululum impudens?*
An paululum esse hoc tibi videtur, virginem
Vitiare civem? C. *conservam esse credidi.*
P. *Conservam? vix me contineo, quin involem in*
Capillum. monstrum, etiam ultro derisum advenit.
T. *abin' hinc insana?* P. *quid ità verò? debeam,*
Credo, isti quidquam f *furcifero, si id fecerim,*
Præsertim cùm se servom fateatur tuum.
T. *Missa hæc faciamus. non te dignum Charea*
Fecisti: nam si ego dignâ hâc contumeliâ
Sum maximè, at tu indignus qui faceres tamen,
Neque ædepol, quid nunc consili capiam, scio,
De virgine istac: ità conturbâsti mihi
Rationes omnes, ut eam non possim suis,
Ità ut æquom fuerat, atque ut studui, tradere, ut
g *Solidum parerem hoc mihi beneficium Charea.*
C. *At nunc dehinc spero æternam inter nos gratiam*

---

c Cic. pro Ligario. *Ignoscite judices, lapsus est, non putavit. Si unquam posthac &c.*

d Quod aufugisti.

e Pythiam.

f Servi ob leve aliquod furtum, fugam, aut aliud delictum, furcam gravem è ligno in collo ferre cogebantur, fubligatis ad collum manibus & per forum aut viciniam ignominiæ causâ traducebantur, prædicantes peccatum suum, exinde à vicinis pro furibus, fugitivis aut insidis notis agnoscebantur furciferi.

g Integram & intaminatam fratri suo restituere.

Fore

Fore Thaïs g sæpe ex hujusmodi re quâpiam, &
Malo ex principio magna familiaritas
Conflata est. Quid si hoc h quispiam voluit deus ?
T. *Equidem pol in eam partem accipióque & volo.*
C. *Imò ità quæso, unum hoc scito, contumeliæ*
Non me fecisse caussâ, sed amoris. T. *scio,*
Et pol propterea magis nunc ignosco tibi.
i *Non adeo inhumano ingenio sum Chærea,*
Neque tam imperita, ut, quid amor valeat, nesciam.
C. *Te quoque jam Thaïs, ità me dii bene ament, amo.*
P. *Tum pol ab istoc, tibi hera cavendum intelligo.*
C. *Non ausim.* P. *nihil tibi quidquam credo.* T. *desinas.*
C. *Nunc ego te in hac re mihi oro ut adjutrix fies :*
Ego me tuæ commendo & committo fidei.
Te mihi k *patronam cupio Thaïs : te obsecro :*
l *Emoriar, si non hanc uxorem duxero.*
T. *Tamen si pater.* m C. *quid? ah volet, certò scio,*
Civis modò hæc sit. T. *paululum opperirier*
Si vis, jam frater ipse hic aderit virginis :
n *Nutricem accersitum iit, quæ illam aluit parvolam :*
In cognoscendo tute ipse hic aderis Chærea.
C. *Ego verò maneo.* T. *visne interea, dum is venit,*
Domi opperiamur potius, quàm hic ante ostium ?
C. *Imò percupio.* P. *quam tu rem actura obsecro es ?*
T. *Nam quid ità ?* P. *rogitas? hunc tu in ædes cogitas*
Recipere posthac? T. *cur non?* P. *crede hoc meæ fidei,*
o *Dabit hic aliquam pugnam denuo.* T. *au tace obsecro.*

---

g Idem facinus, raptum sc. Sabinarum eâdem sententiâ excusat Romulus apud Livium: *Sæpe ex injuriâ postmodum gratiam orta am*

h *Deus mihi impulsor fuit, is me ad illam illexit,* Plaut. 4. 2. 30. sc. Ἐκείνῳ γὰρ ἐγὼ τοῦτ' ἔδοξα, ὃς πρὸς τὸν ἔρωτα συνεπείσθην οὐκ ἐμοί. Libanius progymnasm. contra homicid.

i *Non obtusâ adeo gestamus pectora &c.* Virg. Æn. *Nonignara mali* & ibid.

k Tanquam, è servo tuo jam libertus.

l Ne vivam.

m Apostopesis assentatrix.

n Suprà act. 4. sc. 7. *Ego eo ad Sophronam nutricem, ut eam adducam, & signa ostendam hæc.*

o Inducet aliquod stuprum,ludificabitur, illudet nobis, ut antea.

P. *Parùm perſpexiſſe ejus videre audaciam.*
C. *Non faciam Pythia.* P. *non pol credo, Chærea,*
Niſi ſi commiſſum non erit. C. *quin Pythias*
Tu me ſervato. P. *neque pol ſervandum tibi*
Quidquam dare auſim, neque te ſervare. apage te.
T. *Optimè adeſt ipſe frater.* C. *perii hercle. obſecro*
Abeamus intrò, Thaïs nolo me in via
Cum hac veſte videat. T. *quamobrem tandem? an quia pudet?*
C. *Id ipſum.* P. *id ipſum?* [p] *virgo verò!* T. *i præ, ſequor.*
Tu iſtìc mane, ut Chremem introducas Pythias.

---

[p] Virginem verò vitiare, veſtes diſcindere, capillum ejus laniare; id tibi pudori non erat, ibi nulla pudicitiæ nec verecundiæ ratio.

ACTUS V SCENA III.

PYTHIAS, CHREMES, SOPHRONA.

P. *Quid? quid venire in mentem nunc poſſit mihi?*
Quidnam? quì [a] *referam ſacrilego illi gratiam,*
Qui hunc ſuppoſuit nobis? C. [b] *move verò ocyùs*
Te, nutrix. S. *moveo.* C. *video,* [c] *ſed nìl promoves.*
P. *Jámne oſtendiſti ſigna nutricis?* C. *omnia.*
P. *Amabò, quid ait, cognoſcítne?* C. *ac memoriter.*
P. *Bene ædepol narras: nam illi faveo virgini.*
Ite intrò: jamdudum hera vos exſpectat domi.
Virum bonum eccum Parmenonem incedere

---

[a] Meditatur vindictam Pythias. quo pacto ulciſcatur Parmenonem. *quippe minuti ſemper, & infirmi eſt animi exiguique voluptas ultio. Continuò ſic colliga, quòd vindictâ Nemo magis gaudet quàm femina.* Juvenal. Sat. 13.

[b] Nutricis gradum ſegnem increpat Chremes.

[c] *Illa gradum ſtudio celerabat anili.* Virg. 4 l. Æneid.

Video.

Video. viden' ut otiosus it, si diis placet!
Spero me habere, qui hunc d *meo excruciem modo.*
Ibo intrò, e *de cognitione ut certum sciam:*
Post exibo, atque hunc perterrebo sacrilegum.

---

d Meo arbitratu. | e De agnitione Pamphilæ.

ACTUS V SCENA IV.

PARMENO, PYTHIAS.

PA. *REviso, quidnam Chærea hìc rerum gerat.*
Quòd si astu rem tractavit, dî vostram fidem!
Quantam & quàm veram laudem capiet Parmeno!
Nam ut mittam, quòd et amorem difficillimum, &
Carissimum ab meretrice avarâ: virginem
Quam amabat, eam confeci sine molestia,
Sine sumptu, sine dispendio. tum hoc alterum,
Id verò est, quod ego mihi puto a *palmarium*
Me reperisse, quo modo adolescentulus
Meretricum ingenia & mores posset noscere:
Maturè ut cùm cognôrit, perpetuò oderit.
b *Quæ dum foris sunt, nihil videtur mundius,*
Nec magis compositum quidquam, nec magis elegans:
Quæ, cum amatore suo cùm cœnant, c *liguriunt.*
Harum videre ingluviem, sordes, inopiam:

---

a Insigne facinus, palmâ & triumpho dignum, ἀξιόνικον propterea (inquit Plutarchus Sympos. 8.) in certaminibus palmam signum esse placuit victoriæ; quoniam ingenium ejusmodi ligni est, ut urgentibus opptimentibúsque ponderibus non cedat. Aristot. 7. Problematum. Agell. 3. l. 6. c.

b Elegantiæ meretricum, foris cum amatoribus quando cœnant, in victu, vestitu, ornatu, opponit ingluviem, sordes, inopiam, domi ubi sunt.

c Deliciatè, cum delectu & fastidio suaviora quæque delibant, *tangentes male singula dentes superbo*, Hor. sat. 6. l. 2.

Quàm inhoneſtæ ſolæ ſint domi, atque avidæ cibi,
Quo pacto ex jure heſternò [d] *panem atrum vorent.*
Nôſſe omnia hæc, ſalus eſt adoleſcentulis.
PY. *Ego pol te pro iſtis dictis & factis, ſcelus,*
Ulciſcar, ut nè impune in nos illuſeris.

---

[d] Τοὺς χ ῥυπαροὺς ἄρτους φαγοὺς ἀνόμαζον Αλκξις. Athenæus, l. 3. c. 29.

ACTÛS V SCENA V.

PYTHIAS, PARMENO.

PY. PRô deûm fidem, *facinus fœdum! ô infelicem adoleſcentulum!*
O ſceleſtum Parmenonem, qui iſtum huc adduxit! PA. *quid eſt.*
PY. *Miſeret me. itaque, ut nè viderem, miſera huc effugi foràs.*
Quæ futura [a] *exempla dicunt in eum indigna?* PA. *ô Jupiter,*
Quæ illæc turba eſt? numnam ego perii? adibo. quid iſtuc Pythias?
Quid aïs? in quem exempla ſient? PY. *rogitas audaciſſime?*
Perdidiſti iſtum, quem addûxti pro Eunucho, adoleſcentulum.
Dum ſtudes dare verba nobis. PA. *quid ità? quid quid factum eſt? cedò.*
PY. *Dicam virginem iſtam, Thaïdi hodie quæ dono data eſt,*
Scín' eam hinc civem eſſe? & ejus [b] *fratrem adprime nobilem?*
PA. *Neſcio.* PY. *atque ſic inventa eſt. eam iſte vitiavit miſer.*
Ille ubi reſcivit factum frater [b] *violentiſſimus.*
PA. *Quidnam fecit?* PY. [b] *primùm eum miſeris modis.*
PA. *Colligavit? hem.* PY. *atque equidem* [b] *orante, ut nè id faceret, Thaïde.*

---

[a] Tria pœnarum genera ſtatuit Plato in Gorgia: ἀπαλλαττομένους, μετὰ δίκης, μετὰ δίκης. Tertia hæc vindicandi ratio eſt, cùm punitio propter exemplum eſt neceſſaria, ut cæteri ſimilibus à peccatis metu cognitæ pœnæ deterreantur. Vide Agell. lib. 6. cap. 14.

[b] Hæc ad terorem omnia.

A. *Quid*

PA. *Quid aïs?* PY. *nunc minitatur porrò ſeſe id,* [c] *quod mœchis ſolet.*
Quod ego nunquam vidi fieri, neque velim. PA. *quâ audaciâ*
Tantum facinus audet? Y. *quid ità tanium?* PA. *an non hoc maxumum eſt?*
Quis homo [d] *pro mœcho unquam vidit in domo meretricià*
Deprèndi quenquam? PY. *neſcio.* PA. *at nè hoc neſciatis Pythias,*
Dico, edico vobis, noſtrum eſſe illum herilem filium. PY. *hem,*
Obſecro quis eſt? PA. *nè quam in illum Thaïs vim fieri ſinat.*
Atque adeò autem cur non egomet intrò eo? PY. *vide Parmeno*
Quid agas, nè neque illis proſis, & tu pereas. nam hoc parant,
Quidquid factum eſt, ex te eſſe ortum. PA. *quid igitur faciam miſer?*
Quidve incipiam? ecce autem video rure redeuntem ſenem.
Dicam huic, an non? dicam hercle; etſi mihi magnum malum.
Scio paratum. ſed neceſſe eſt, huic ut ſubveniat. PY. *ſapis:*
Ego abeo intrò: tu iſti narrato omnem rem ordine, ut factum ſiet.

---

c Athenienſibus, lege Draconis, capitale erat in adulterio deprehendi, uſitatiſſima pœna μοιχολοκὸν, παραλαμβάνειν. Ariſtophanis interpres in Pluto & Nubibus. Lucian. de Peregr. Caput. ep. 15. Horat. 1. l. 2. ſat. *ut cuidam eſſet audaxque ſallacem Deterreret ferro.* Juvenal. 10. Sat. *nec at hic ferro, ſicat ille crurentis ver-*

beribus quidam mœchos & mugilis intrat.

d Lege item Solonis cautum. *Nè quis pro mœcho prehendatur in ea quæ vel in lupanari, vel publicè proſtat.* Per lupanaria namque & ancillulas libido permittitur. Hieronymus in vita Fabiolæ Auguſtin. De civitate Dei l. 14. c. 16. Lactant. l. 6. Divin. inſtitut. c. 23.

ACTUS V. SCENA VI.

LACHES, PARMENO.

L. EX meo propinquo rure hoc capio commodi :
Neque agri, neque urbis odium me nunqua n percipit.
Ubi satias cœpit fieri, commuto locum.
Sed ésne ille noster Parmeno? & certè ipsus est.
a Quem præstolare Parmeno hîc ante ostium ?
b P. Quis homo est ? hem, salvum te advenire here gaudeo.
L. a Quem præstolare? P. perii. lingua hæret metu. L. hem,
Quid est? quid trepidas? c sati' nè salvæ? dic mihi.
P. Here, d primùm te arbitrari id, quod res est, velim ;
Quidquid hujus factum est, culpâ non factum est meâ.
L. Quid? P. rectè sanè interrogâsti, oportuit
Rem prænarrâsse me. emit quendam Phædria
Eunuchum, quem dono huic daret. L. cui? P. Thaïdi.
L. Emit! perii hercle. quanti ? P. viginti minis.
L. Actum est. P. tum quandam fidicinam amat e hîc Chærea.
L. Hem! quid? amat? an scit jam ille quid meretrix siet ?
An f in astu venit? aliud ex alio malum.
P. Here, nè me spectes : me impulsore hæc non facit.
L. Omitte de te dicere, ego te furcifer,
Si vivo. sed istuc, quidquid est, primùm expedi.

---

a Cic. tamen cum Dativo. *Quid tibi ad forum Aurelianum præstolarenur*, a invectiva.

b Quasi de improviso respicit ad herum, quem antè viderat.

c Satisne salvæ sunt res nostræ? Legitur & *salvè* Adverbialiter quam lectionem astruit Brissonius l. 8. autoritate Livii, Salustii, Plauti, Ausonii, Apulei &c.

d Præmunitio & excusatio præpostera malè conscii animi se purgantis antequam accusetur.

e Adverb. in hac urbe vel, in ædibus Thaïdis.

f In urbem ex Piræeo. αἰς ἄστυ αἱ Ἀθῆναι, ἀστοὶ οἱ ἀστικοὶ ὁι Ἀθηναῖοι, αἰς ἡ ἐπὶ Πειραιᾶ λιμήν. Stephan. de Urbib. & Cic. l. 2. de legib. Vestri Attici, priusquam eos Theseus demigrare ex agris & in Astu, quod appellabatur, omnes se conferre jussit. *Latomus* proverbium esse ait, dicíque de callidis ex usu peritis, sed nullo fultus tibicine. adagiographi non agnoscunt.

P. *Is*

P. *Is pro illo Eunucho ad Thaïdem deductus eſt*
L. *Pro Eunuchón'?* P. *ſic eſt, hunc pro mœcho poſtea*
Comprehendêre intus & conſtrinxere. L. *occidi.*
P. *Audaciam meretricum ſpecta.* L. *nunquid eſt*
Aliud mali damnive, quod non dixeris,
Reliquum? P. *g tantum eſt.* L. *ceſſon' huc introrumpere?*
P. *Non dubium eſt, quin mihi magnum ex hac te ſit malum,*
Niſi h quia neceſſe fuit hoc facere. id gaudeo,
Propter me hîſce aliquid eſſe eventurum mali:
Nam i jam diu aliquam cauſſam quærebat ſenex,
Quamobrem inſigne aliquid faceret iis: nunc repperit.

---

g Nihil præterea.
h Ut filio ſuo Chæreæ ſuccurreret.
i Infeſtus meretrici propter corruptum ab ea Phædriam.

ACTUS V SCENA VII.

PYTHIAS, PARMENO.

PY. *NUnquam ædepol quidquam jam diu, quod magis vellem evenire,*
Mi evenit, quàm quod modò ſenex intrò ad nos venit errans.
Mihi a ſolæ ridiculo fuit, quæ, quid timeret, ſciebam.
PA. *Quid hoc autem eſt?* PY. *nunc id prodeo, ut conveniam*
Parmenonem.
Sed ubi obſecro eſt? PA. *me quærit hæc?* PY. *atque eccum video.*
adibo.
PA. *Quid eſt inepta? quid tibi vis? quid rides? pergin?*
PY. *perii.*
Defeſſa jam ſum miſera te videndo. PA. *quid ità?* PY. *rogitas?*
Nunquam pol hominem ſtultiorem vidi, nec videbo. ah,
b Non pote ſatis narrari, quos ludos præbuerit intus.

---

a Archaïce, pro *ſoli.* ut *altera, iſta* &c adi Grammat. noſtram.
b Al. *Non poteſt narrari.*
Al. *Non pote ſatis narrari, i.e.* poſſibile.

At etiam primò c *callidum & disertum credidi hominem.*
PA. *Quid?* PY. *illicône credere ea, quæ dixi, oportuit te?*
An pœnitebat flagitii, te auore quod feciſſet
Adoleſcens, ni miſerum inſuper etiam patri indicares?
Nam quid illi credis animi tum fuiſſe, ubi veſtem vidit
Illam eſſe eum indutum pater? quid? jam ſcis te periiſſe?
PA. *Ehem, quid dixti peſſuma? an mentita es? etiam rides?*
Itán' lepidum tibi viſum eſt, d *ſcelus, nos irridere?* PY. *nimium.*
PY. *Siquidem iſtuc impunè habueris.* PY. *verùm.* PA. *reddam.*
hercle. PY. *cedo:*
Sed e *in diem iſtuc Parmeno eſt fortaſſe, quod minitare:*
Tu jam f *pendebis, qui ſtultum adoleſcentulum nobilitas*
Flagitiis, & eundem indicas: uterque in te g *exempla edet.*
PA. *Nullus ſum.* PY. *hic pro illo munere tibi honos eſt habitus.*
abeo.
PA. *Egomet meo indicio miſer,* h *quaſi ſorex, hodie perii.*

---

c Video autem te ſtolidum eſſe, qui temerè credideris; & fatuum, qui falſa pro veris narraveris.

d Sceleſta vide Andr. act. 3. ſcen. 5.

e In longam dilationem.

f E trabe pendens vapulabis.

g Notum (notorium dicerent Juris conſulti) facis. *Nobilito* autem in utramque partem accipitur. ut Teſſin *eſt Phalaris, cujus prater cæteros nobilitata eſt crudelitas.* Cic. 2. l. de offic.

h Suprà ſcen. 5. hujus actûs.

i Sorices ſtrepitu aut ſtridore vocis vel arroſionis ſe produnt, unde etiam noctu & per tenebras, ab iis qui attendunt, transfiguntur. *Facilè paſci ſi poſſet corvus, haberet Plus dapis & rixæ multò minus invidiæque.* Horat. 17. epiſt. l. 1.

ACTUS IV SCENA VIII.

GNATO, THRASO.

G. *QVid nunc? quâ ſpe, aut quo conſilio huc imus? quid inceptas Thraſo?*
T. *Egône? ut Thaïdi me dedam, & faciam quod jubeat.*
G. *quid eſt?*

T. *Qui*

T. *Qui minùs huic, quàm Hercules servivit* a *Omphale?* G. *exemplum placet.*
Utinam tibi commitigari videam a *sandalio caput.*
Sed quid? fores crepuere ab ea. quid autem hoc est mali?
b *Hunc ego nunquam videram etiam. quidnam properans hinc prosilit?*

---

a Lydiæ regina, cui servivit Hercules, clavâ & leonis pelle exutus muliebri ornatu purpuráque indutus colum tractavit, eique supplicium suî dedit, παιδό-φορον τῷ σανδάλῳ, Lucianus lib. de scribenda historiâ. *soleat puer obstrigabere rubrâ.* Pers. Sat. & quæ nos ibi.
b Chæream.

ACTUS V SCENA IX.

CHÆREA, PARMENO, PHÆDRIA, GNATO, THRASO.

C. O a *Populares, ecquis me vivit hodie fortunatior? Nemo hercle quisquam: nam in me plànè dii potestatem suam.*
Omnem ostendère, cui tam subitò tot b *congrucrint commoda.*
PA. *Quid hic lætus est?* C. *ô Parmeno mi, ô mearum voluptarum omnium*
Inventor, inceptor, perfector, scin' me in quibus sim gaudiis?
Scis Pamphilam meam inventam civem? PA. *audivi.* C. *scis sponsam mihi?*
PA. c *Bene, ità me di ament. factum.* G. *audin' tu illum quid ait?* C. *tum autem Phædriæ,*
Meo fratri, gaudeo amorem esse omnem d *in tranquillo: una est domus:*

---

a Cives.
b Confluxerint, simul deplu-erint.
c Gratulationis formula.
d Securum. *omnes res jam in vado.* Andr. 4. act. 1. sc. *Ego in portu navigo.* And. 3. act. 1. sc.

Thaïs patri se commendavit e *in clientelam & fidem:*
Nobis dedit se. PA. *fratris igitur Thaïs tota est.* C. *scilicet.*
PA. *Jam hoc aliud est quòd gaudeamus: miles pellitur foràs.*
C. *Tum tu frater, ubi ubi est, fac quamprimum hæc audiat.*
PA. *vsam domi.*
T. *Nunquid Gnato dubitas, quin ego nunc perpetuò perierim?*
G. *sine*
Dubio opinor. C. *quid commemorem primùm, aut quem laudem maxumè?* (*sim*
Illúmne qui mihi dedit consilium ut facerem; an me, qui id ausu'
Incipere? an f *fortunam collaudem, quæ gubernatrix fuit,*
Quæ tot res, tantas, tam opportunè in unum concluſit diem? an
Mei patris feſtivitatem & facilitatem? ô Jupiter
Serva obsecro hæc nobis bona. PH. *Dii vostram fidem! incredibilia*
Parmeno modò quæ narravit. sed ubi est frater? C. *præsto est.*
PH. *gaudeo.*
C. *Satis credo. nihil est Thaïde hâc frater tuâ dignius,*
Quod ametur: ità nostræ est omni fautrix familiæ. PH. *hui mihi*
Illam laudas? T. *perii,* g *quantò spei est minus, tanto magis amo,*
Obsecro! Gnato, in te spes est. G. *quid vis faciam?* T. *perfice hoc*
Precibus, pretio, ut hæream aliquâ in parte tamen apud Thaïdem.
G. *Difficile est.* P. *si quid collibuit, novi te. hoc si effeceris,*
h *Quodvis donum & præmium à me optato, id optatum feres.*

---

e Ex jure applicationes, cujus meminit Cicero. 1. de Oratore. peregrini se opulento alicui in clientelam dabant. quod Athenienſes πάτρωνα appellabant. ἀπροστασίου δίκην. lis contra eum qui sibi nullum patronum adoptârat.

f Quæ *rerum humanarum domina* &c. Cic. pro Marcello Quæ in vitâ humanâ utranque facit paginam, rerum acceptarum, & expensarum. Plin.

g Insani militis amor insanissimus. Amor spe intenditur, metu crescit & flagrat.

h Εὔξαι τ' βούλει, τοῦτό σοι χαρίσομαι. Menander.

G. *Itáne?*

G. *Itáne?* T. *sic erit.* G. *hoc si efficio,* i *postulo ut tua mihi domus*
Te præsente absente, pateat, k *invocato ut sit locus*
Semper. T. *do fidem ità futurum.* G. *accingar.* PH. *quem hìc ego audio?*
O Thraso! T. *salvete.* PH. *tu fortasse quæ facta hìc sient*
Nescis. T. *scio.* PH. *cur te ergo* l *in his ego conspicor regionibus?*
T. *Vobis fretus.* PH. *scis quàm fretus? miles edico tibi,*
Si in platea hâc te offendero pòst unquam, quod dicas mihi,
Alium quærebam, iter hâc habui: periisti. G. *eja haud sic decet.*
PH. *Dictum est.* G. *non cognosco* m *vostrum tam superbum.*
PH. *sic erit.*
G. *Prius audite paucis: quod cum dixero, si placuerit,*
Facitote. PH. *audiamus.* G. *tu concede paulùm istuc Thraso.*
n *Principio ego vos ambo credere hoc mihi vehementer velim,*
Me, hujus quidquid faciam, id facere maximè causâ meâ:
Verùm idem si vobis prodesì, vos non facere inscitia est.
PH. *Quid id est?* G. *militem ego rivalem recipiendum censeo.*
PH. *hem*
Recipiendum! G. *cogita modò. tu hercle cum illa, Phædria,*
Et libenter vivis: o *etenim bene libenter vìctitas,*
Et quod des paulum, p *& necesse est multum accipere Thaïdem.*
Ut tuo amori q *suppeditare possit sine sumptu tuo, ad*

---

i Stat sibi & principiis suis parasitus, ut ventri sit benè, cavet.

k Crobylus apud Athenæum. l. 2. c. 8. parasitum αὐλόσιτον vocat. quòd ipse ultro ad cibum veniat, & non invitatus. Dalechamp Αὐτόμολον quòd sponte venit. Hom.

l In hac parte urbis dividebantur urbes in regiones ut Roma in 14 regiones. Athenis hìc scena. vide Meursium.

m Ingenium, animum, morem.

n Advertenda subit assentatorum fides, quæ sibi, suo commodo & gratiæ, in negotiis sibi delegatis, velificantur. imò prævaricantur; & destitutâ quam in mandatis habuere causâ advertsam juvant. Ulpian.

o Usque lautè & opiparè frequens epulari vis.

p *Meretricem idem esse ætor, mare ut est* &c. suprà ad Scen. 1. act. 2.

q Se, sumptus, *al.* pro *suppeditare.*

Omnia

Omnia hæc magis opportunus, nec magis ex usu tuo
Nemo est, principio & habet quod det, & dat nemo largius.
r *Fatuus est, insulsus, ſ tardus, stertit noctésque, & dies?*
Neque tu' istum metuas nè amet mulier: pellas facilè, ubi velis.
PH. *Quid agimus?* G. *præterea hoc etiam, quod ego vel primum puto,*
Accipit homo nemo melius prorsus, neque prolixius.
PH. *Mirum, ni illoc homine quoquo pacto opus est.* C. *idem arbitror.*
G. *Rectè facitis. unum etiam hoc vos oro, ut me in vostrum gregem*
Recipiatis. t *satis diu hoc jam* SAXUM VOLVO. PH. *recipimus.*
C. *Ac libenter.* G. *at ego pro istoc Phædria, & tu Chærea,*
Hunc comedendum & deridendum vobis x *præbeo.* C. *placet:*
PH. *Dignus est.* G. *Thraso, ubi vis, accede.* T. *obsecro te quid agimus?*
G. *Quid? isti te ignorabant. postquam eis mores ostendi tuos,*
Et collaudavi secundum fabla & virtutes tuas,
Impetravi. T. *bene feciſti. gratiam habeo maxumam.*
Nunquam etiam fui usquam, quin me omnes amarent plurimùm.
G. *Dixin' ego vobis, in hoc esse* y *Atticam elegantiam?*
PH. *Nil præter promissum est. ite hác. vos valete, & plaudite.*

---

r Insipidus, à sapore ciborum sumptum. Martial. *ut sapiant fatuæ fabrorum prandia betæ.* 13. l. 13. ep.

ſ Ingenio & sensu hebes. *Elephanti corio circumsectus,* i.e. stupidus. Plaut. mil. 2. act. 2. sc.

t Invitat & excipit, nemo liberaliùs ac benignius. *Illos porcinis rex accipiebat in amplis.* Virg. Æn. 3.

u Jamdiu hoc ago ut militem ac me in vestram admittatis societatem, à saxo quod volvit Sisyphus tractum. Ovid. Met. 3.

x Sic Mss. plurimi. Sunt tamen qui habent *propino* eodem sensu, quo usurpatur ab iis qui se invicem ad pocula invitant. προπινόντες, inquit Suidas, ἀντὶ τοῦ παραδιδόντες &c, ab antiquorum consuetudine regum, qui phialas argenteas aut aureas compotoribus propinabant quas illi secum auferrent. προπίνειν ἀντὶ τοῦ χαρίζεσθαι. Philostratus in vita Apollonii, προπίνω σοι ἀνδρα ἴλλαν. *Venustam partem fratri edendam propinant.* Spartian. in Antonino.

y Genuinam & germanam, puram putam. Ironicè, ut & quæ præcedebant.

HEAUTONTI-MORUMENOS PUBLII TERENTII

Carthaginienſis Afri.

ACTA LUDIS MEGALENSIBUS L. CORNELIO LENTULO ET L. VALERIO FLACCO ÆDILIBUS CURULIBUS. EGERUNT L. AMBIVIUS TURPIO ET L. ATTILIUS PRÆNESTINUS. MODOS FECIT FLACCUS CLAUDII. GRÆCA EST MENANDRU. ACTA PRIMUM TIBIIS IMPARIBUS. DEINDE DUABUS DEXTRIS. ACTA III. EDITA M. JUVENTIO ET M. SEMPONIO CONSULIBUS. ANNO AB URBE CONDITA DXCI. ANTE CHRISTUM NATUM CLXI.

FABULÆ INTERLOCUTORES.

ANTIPHILA, *meretrix.*
BACCHIS, *meretrix.*
CHREMES, *ſenex.*
CLINIA, *adoleſcens.*
CLITIPHO, *adoleſcens.*
DROMO, *ſervus.*
MENEDEMUS, *ſenex.*
NUTRIX.
PHRIGIA, *ancilla.*
SOSTRATA, *matrona.*
SYRUS, *ſervus.*

PERSONÆ MUTÆ.

ARCHONIDES, *ſenex,*
CRITO, *ſenex,*
PHANIA, *ſenex.*
PHANOCRATES, *ſenex.*
PHILTERA, *anus.*
SIMUS, *ſenex.*

IDOMA.

IDIOMATA PERSONARUM PRÆCIPUARUM.

Menedemus, *non magni judicii, ac parvi animi in regunda familia, vehemens in quam inclinat partem, in filium primùm durior, mox benignior.*

Chremes, *judicio & consilio major, in aliorum rebus prudentior quàm suis, commissa tamen per imprudentiam, potest restituere.*

Clinia, *patrem timens, & in amore fidelis.*

Clitipho, *ardentissimus, & sui in amando impotens.*

Bacchis, *avitium meretricium perdoctæ & superba.*

Syrus, *vafer servus, callidus & audax in struendis dolis.*

Sostrata, *mariti reverens, sed benignior in liberos.*

Dromo, *tardus ac lentus.*

RATIO NOMINUM.

Antiphila, *ab ἀντὶ & φιλέω. q. d. redamans.*

Bacchis, *à βάκχος. quod significat, vel furore percitum, vel Liberum Patrem. quasi dicas, vel furibundam, vel temulentam.*

Chremes, *vide Andriam.*

Clinia, *à κλίνω, vel quòd fugiendo declinaret moestitiem patris, vel quòd parentem fecit in se inclinare.*

Clitipho, *à κλυτὸς, inclytus, ex κλείω, celebro, & φῶς, lux. q. d. inclytum lumen.*

Dromo, *vide Andriam.*

Menedemus, *à μένος, animus, vel robur, & δῆμος populus. q. d. robur populi, quòd potens famulorum turbam aleret.*

Phrygia, *gentile nomen.*

Sostrata, *à σῴζειν servare: quia servavit filiam, ex mariti consilio interficiendam.*

Syrus, *gentile nomen.*

Heautontimorumeni Argumentum,
C. SULPITIO APOLLINARI
AUTORE.

IN militiam proficiſci gnatum Cliniam,
Amantem Antiphilam, compulit durus pater:
Animique ſeſe angebat, facti pœnitens.
Mox ut revorſus eſt, clam patrem divortitur
Ad Clitiphonem. is amabat ſcortum Bacchidem.
Cùm acceſſeret cupitam Antiphilam Clinia,
Ut ejus Bacchis venit amica, ac ſervolæ
Habitum gerens Antiphila, factum id, quò patrem
Suum celaret Clitipho. hic technis Syri
Decem minas meretriculæ aufert à ſene:
Antiphila Clitiphonis reperitur ſoror.
Hanc Clinia, aliam Clitipho uxorem accipit.

ALIUD

CHremes Sostratæ uxori gravidæ imperat, si puellam pareret, ut eam statim interficeret. Fuit hæc immanitas in veterum moribus, ut, cùm fera nulla sit quæ fœtus suos non diligat, ipsi quos alere nollent liberos, eos recèns-natos aut interficere aut exponere fas putarent. Sostrata puellam enixa (ut est maternus semper animus clementior) vitam ei adimere non sustinuit: sed pauperculæ cuidam anui Corinthiæ Philteræ nomine, exponendam dedit etiámq; muliebri quâdam superstitione, annulum de digito detractum ipso, jussit, ut una cum puella exponeret. Id, quod tum frustrè factum videri poterat, postea puellæ saluti fuit: ejus enim annuli ope tandem agnita est à suis. Avus acceptam puellam, Antiphilam nominat, educátque ut suam. Eam, cùm adolevisset, anúsque illius filia putaretur, Menedemi filius Clinia perdiτè amare cœpit, propè jam ut pro uxore haberet. quod ubi resciit pater, ità violenter tulit, ut filium, assiduitate jurgandi, clàm militatum in Asiam abire coëgerit. tum verò qui filii amorem iniquo animo tulerat, multò iniquiùs ejusdem absentiam ferre cœpit. Itaque ut de se supplicium absenti filio daret, qui eum sævitiâ suâ exegisset ex ædibus, ædes, supellectilem, familiam vendit, præter, qui servi ad opus ruri faciundum, uti es erant: argentéque sibi agrum comparat, ubi à prima luce ad noctem non servos modò exerceret, verùm etiam homo sexagenarius, senectutem miseris modis excruciaret suam. Profectò Clinià, Philtera, quæ, ut dixi, Antiphilæ putabatur mater, extremum vitæ diem morte confecit. Clinia, cùm jam menses tres abfuisset, amicæ desiderio reversus, non ausus est patri se in conspectum dare, antiquam illius asperitatem veritus, sed ad Clitiphonem, Chremetis filium, divertit, quicum magna ipsi à puero familiaritas intercesserat. Clitipho, sodalis reditu lætus, Syrum & Dromonem servos (jam autem advesperascebat) in urbem, ad arcessendam Antiphilam, mittit. Expositerat eo ipso die Menedemus Chremeti, quanto sibi desiderio esset filius: parùm ut abfuerit, quia Chremes, cùm primùm de reditu Cliniæ accepit, mitteret qui ei nunciaret. continuit tamen se in diem posterum; quòd ità magis è re filius fore censeret Syrus, summâ servus & audaciâ, & astutiâ: qui cùm Antiphilam tantùm accersere jussus esset, eciam Bacchidem adduxit. Erat hæc meretrix, procax, potens, sumptuosa, nobilis, cujus se amore haud ità pridem irretierat Clitipho, quò autem res Chremetem lateret, hoc consilium capiunt, ut Bacchidem quidem amicam Cliniæ, Antiphilam verò unam de illius ancillis esse simularent, postridie manè Chremes ad Menedemum diluculò proficiscitur, & rediisse Cliniam nuntiat. Ille gaudio amens, filium jamjam videre, jamjam amplecti, jamjam ei se suáque omnia permittere cupiebat. At Chremes, cave, inquit, faxis: istoc enim modo & te & eum, & rem una perdideris tuam. simul ei ostendit, quot incommoda caperurus sit, si tam molli esse se, támque infracto animo ostenderit. Cliniæ amicam (eam enim

enim Bacchidem existimabat) non jam pauperculam esse, aut parvo contentam, ut antea; sed sumptuosam, gemmis atque auro colluccentem, cum familia numerosissima. Una, inquit, mihi nox tantùm non pauperta tem attulit, nedum tu te censeas oneri ferendo fore, si te illi perpetuò sumptibus suppeditare oporteat. Quin tu ità potiùs agito. Humanè quidem & comiter excipito filium: istud tamen tam impotens illius desiderium occultum habeto: tum si ille, quod amicæ det, ut habeat, machinam adversùm te aliquam struet, falli te sinito, ità & eum commodiùs retinebis apud te, & sumptuum facies minùs. Hæc Chremes, nescius (ut sunt humana) oculatum foris esse se, cæcum domi. Interea enim meditabatur Syrus, decem minas, quas Bacchidi pollicitus erat dare, eas quommodo illi à Chremete ipso conficeret: jámque inibi erat, cùm eum Chremes arreptum blandè compellat, hortatúrque, aliquam ad Menedemum fallaciam moliatur. Injecit in sermone Syrus mendacium à se pro tempore confictum: anum Corinthiam, Antiphilæ (ità enim putabatur) matrem, mille drachmarum mutuò accepisse à Bacchide: eâ mortuâ, puellam pro pecunia illâ arrhaboni relictam. Dum hæc aguntur, annulum suum agnovit Sostrata, ejúsque indicio, Antiphilam filiam suam esse cognovit. Gaudio exsiliens, omnem rem defert ad virum, qui, eâ leviter objurgatâ, ob repertam tamen filiam ipse quoq; gavisus est. Jam omnia in tranquillo erant, absq; Bacchide fuisset. Sed & illi quoquomodo decem excudendæ erant argenti minæ, & periculum erat, ne aliquà eam Chremes filii amicam esse resciseret. Ibi Syrus audax consilium init, quomodo & utrique seni rem, ut erat, patefaceret, & commodè se è tam impedito negotio expediret. Primùm igitur Chremeti, reperi, inquit, quomodo argentum à Menedemo eripiam. Dicemus ei, Bacchidem hanc tui Clitiphonis amicam esse: orabimúsque, ut eam domi suæ dies aliquot esse patiatur; téque id celatum velit. Porrò Clinia filiæ tuæ, quæ modò reperta est, formam sibi complacitam esse dicet; eámque petet uxorem. Quid tum? pecuniam, inquit, petet à patre suo, qui novæ nuptæ ornamenta coëmat: eam pecuniam numeraturus est Bacchidi. Jam autem ad Menedemum, Syri hortatu, transierat Bacchis, & eò pompam omnem suam transtulerat. Chremes primò non satis consilium illud probare. at illum certè, inquit Syrus, pecuniam, pro qua filia tua opposita erat pignori, quin dissolvas, facere honestè non potes. Ego verò, inquit Chremes, & libenter quidem. Immò, verò, infit Syrus, dato eam Clitiphoni, qui ad Bacchidem deferat: ità enim facilius credet Menedemus, eam illius esse. Sit ità sanè. Numeratur à patre Clitiphoni pecunia, quam ad meretricem perferret. Interea tota res detegitur, indignari Chremes, & fremere, & minitari se omnia atrocissima exempla editurum. Tandem, cum priùs Antiphilam Cliniæ collocâsset, partim Menedemi, partim uxoris precibus delinitus, ignoscit. Clitipho se, relictis meretriciis amoribus, uxorem ductuum pollicetur. Cum autem cæterarum fabularum argumentum uno die contineri soleat, hujus non nisi biduo explicari potest.

PRO-

PROLOGUS.

NE cui sit vostrûm mirum, a *cur parteis seni*
Poëta dederit, quæ sunt adolescentium :
Id primùm dicam : deinde, quòd veni, eloquar:
Ex integra Græcâ b *integram comœdiam*
Hodie sum actûrus Heautontimorumenon :
c *Duplex quæ ex argumento facta est simplici.*
Novam esse ostendi, & quæ esset. nunc, qui scripserit,
Et cuja Græca sit, ni partem maxumam
Existimarem scire vostrûm, id dicerem.
Nunc, quam ob rem has parteis didicerim, paucis dabo.
Oratorem voluit esse me, non PROLOGUM:
Vestrum judicium fecit : me actorem dedit.
d *Sed hic actor tantum poterit à facundia,*
Quantum ille potuit cogitare commodè,
Qui orationem hanc scripsit, quam dicturu' sum.
e *Nam quòd rumores* f *distulerunt malevoli,*
Multas e *contaminâsse Græcas, dum facit*
Paucas Latinas : factum hic esse id non negat,
Neque se id pigere, & deinde facturum autumat.

---

a Cur mihi seni poëta dederit partes prologi.

b Integri dramatis, unius autoris, è Menandri Græcâ versam, non mistam è duabus fabb. utì Andriam calumniabatur Luscinius ex Andria & Perinthia contaminatam. vide Prologum Andr.

c Dimidium fabulæ actum vesperi: noctem transactam ludis: alterum dimidium (ab illo Chremetis *Lucscit* 3. act. 1. sc.) sub lucem unam igitur quasi duas. ait Jul. Scal. 6. Poëtices. c. 3. Ego, quod tanti viri pace dixerim duplicem ex simplici dictam puto quòd in Menandri Heautontimorumeno cùm unus fuerit senex, filius unicus, una amica, servus unus, in hac suâ Terentius omnes conduplicaverit atque mirâ arte Comœdiam ediderit πολυπραγμονέστερον, adeóque venustiorem.

d Atque utinam hic actor (*Sedulò* ego) tantum valeret eloquio, quantum inventione poëta.

e Vide Prologos Andriæ & Hecyræ.

Habet [f] *bonorum exemplum : quo exemplo ſibi*
Licere id facere, quod illi fecerunt, putat.
Tum quod [g] *malevolus vetus poëta dictitat,*
Repentè ad ſtudium hunc ſe applicâſſe [h] *muſicum,*
[i] *Amicûm ingenio fretum, haud naturâ ſuâ :*
Arbitrium voſtrum, voſtra exiſtimatio
Valebit. Quam ob rem omnes vos oratos volo,
Nè plus iniquum poſſit quàm æquum oratio.
Facite, æqui ſitis, [k] *darè creſcendi copiam*
Novarum qui ſpectandi faciunt copiam
Sine vitiis : nè ille proſe dictum exiſtumet,
Qui nuper fecit ſervo currenti in via
Deceſſe populum : cur inſano ſerviat ?
De illius peccatis plura dicet, cùm dabit
Alias novas, niſi fineus malèdictis facit.
Adeſte æquo animo : date poteſtatem mihi,
[m] *Statariam agere ut liceat per ſilentium :*
Nè ſemper ſervos currens, iratus ſenex,
Edax [n] *paraſitus,* [o] *ſycophanta autem impudens,*
Avarus leno, aſſiduè agendi ſint mihi
Clamore ſummo, cum labore maximo.
[p] *Meâ cauſſâ, cauſſam hanc juſtam eſſe, animum inducite,*
Ut aliqua pars laboris minuatur mihi.

---

* Sparſerunt, divulgârunt.

f Nævii, Plauti, Ennii.

g Luſcius Levinius. Prolog. Andr.

h Poëticum, ut daret operam Comœdiis ſcribendis : ſic prologo Hecyræ atque Phormionis.

i Lælii, Scipionis, nobilium, quorum familiaritate uſus eſt. prolog. Adelph. & vita Terentii.

k Date creſcendi (in gratia apud vos) copiam iis poëtis, qui faciunt vobis copiam ſpectandi novarum fabularum, earumque quæ vitiis carent. vide Prolog. Hecyræ, καινὰ δράματα.

l Neque enim hæc in ſuam defenſionem dicta putet L. Levinius, qui ſcurriles ſervorum diſcurſiones, & inſanas turbas nuper populo oſtendit in fabula motoriâ.

m Comœdiam, in qua non ità diſcurritur ubi τὰ ἔδη ſeria, ſedatiora & graviora, tanquam ſtatarii milites, qui ſervant ordinem ſinguli.

n Prolog. Eunuch.

o Andr. act. 5. ſc. 4.

p Qui ſenio confectus ſum, cui parcendum erat.

Nam

Nam nunc novas qui scribunt, nihil parcunt senî:
q *Si qua laboriosa est, ad me curritur:*
Sin levis est, ad alium mox defertur r *gregem.*
s *In hac est pura oratio, experimini,*
In utranque partem ingenium quid possit meum:
Si nunquam avarè pretium statui arti meæ,
Et eum esse quæstum in animum induxi maximum,
Quàm maximè servire vestris commodis;
Exemplum si statuite in me, ut t *adolescentuli*
Vobis placere studeant potius, quàm sibi.

q Si qua fabula gravis sit argumenti, ut quæ laboris multum desideret, ad me itur.
r Scenicorum ad alios actores.
s In hac, fab. præter τὸ ἐπιχορηγίαν, τε ἄθη, & venustatem, pura erit dictio
t Poëtæ, actores, histriones.

ACTUS I SCENA I.

CHREMES, MENEDEMUS; *Senes.*

C. *Quanquam hæc inter nos nupera notitia admodum est,*
Indè adeò quòd agrum in proximo hic mercatus es,
Nec rei ferè sanè amplius quidquam fuit;
Tamen vel virtus tua me, vel a *vicinitas,*
Quod ego in propinqua parte amicitiæ puto,
Facit, ut te audaciter moneam, & familiariter,
Quòd mihi videre b *præter ætatem tuam*
Facere, & præter quam res te adhortatur tua.
Nam, prò deûm atque hominum fidem! quid vis tibi?
Quid quæris? annos sexaginta natus es,
Aut plus eo, ut conjicio, agrum in his regionibus
Meliorem, neque pretii majoris nemo habet.
Servos complures. Proinde quasi nemo siet,

a Ἐπιτηδειότητι τινὶ ad notitiam atque amicitiam arctiorem.
b Ἐπιγαμεῖν, βούλεσθαι δὲ μᾶλλον, ἢ ἐπιχορηγεῖσθαι.

Ità tute attentè illorum c *officia fungere.*
d *Nunquam tam manè egredior, neque tam vesperi*
Domum revortor, quin te in fundo conspicer
Fodere, aut arare, aut aliquid ferre: denique
Nullum remittis tempus, neque te respicis.
Hæc non voluptati tibi esse, satis certò scio.
e *At enim me, quantùm hic operis fiat, pœnitet.*
Quod in opere faciundo operæ consumis tuæ,
f *Si sumas in illis exercendis, plus agas.*
M. *Chreme,* g *tantúmne ab re tuâ est otii tibi,*
Aliena ut cures, eáque, nihil quæ ad te attinent?
C. h HOMO SUM, HUMANI NIHIL A ME ALIENUM PUTO.
Vel me monere hoc, vel percontari puta;
Rectum est, ego ut faciam: non ut deterream.
M. *Mihi sic est usus: tibi ut opus est facto, face.*
C. *An cuiquam est usus homini, se ut cruciet?* M. *mihi.*
C. *Si quid laboris est, nollem: sed istuc quid mali est?*
Quæso, quid de te tantum meruisti? M. *heu, hoi.*
Nè lacryma, atque istuc quicquid est, fac me ut sciam.
C. *Nè retice: nè verere. crede inquam mihi.*
i *Aut consolando, aut consilio, aut re juvero.*
M. *Scire hoc vis?* C. *hâc caussâ equidem, qua dixi tibi.*
M. *Dicetur.* G. *at istos* k *rastros interea tamen*
Depone, nè labora. M. *minimè.* C. *quam rem agis?*

---

c Archaïsmus.

d *Terentianus Chremes non inhumanus, novum vicinum non vult fodere aut arare, aut aliquid ferre denique: non ut illum ab industria sed ab illiberali labore deterreat.* Cic. 1 l. de Finibus.

e At enim (dices) piget me videre quantulùm hîc promoverant opus meum servi pigri & cessatores.

f Respondet sibi.

g *Tantúmne ab re tuâ est otii tibi, &c.* Cic. ad Attic. l. 12. 7. Epist.

h *Est enim difficilis cura rerum alienarum: quamquam Terentianus ille Chremes humani nihil à se alienum putat.* Cic. 1. l. de offic. *Isti versus. in pectore & ore sint: Homo sum, nihil humani à me alienum puto.* Senec. Epist.

i *Quare omnibus de rebus fac ut quamprimum sciam, aut consolando, aut consilio aut re juvero.* Cic. fam. Epist. 7. l. 10. Epist.

k Mattocks or houghes.

M. *Sine*

M. *Sine me, vacivom tempus nè quod duim mihi*
Laboris. C. *non finam inquam.* M. *ah, non æquom facis.*
C. *Hui, tam graveis hos, quæso?* M. *sic meritum est meum.*
C. *Nunc loquere.* M. *Filium unicum adolescentulum*
Habeo. ah! quid dixi habere me? imò [l] *habui, Chreme.*
Nunc habeam, nécne, incertum est. C. *quid ità istuc?* M. *scies.*
Est è [m] *Corintho hìc advena anus paupercula.*
Ejus filiam ille amare cœpit perditè,
Propè jam ut pro [n] *uxore haberet. hæc clam me omnia.*
Ubi rem resciví, cœpi non humanitus,
Neque ut ægrotum animum decuit adolescentuli,
Tractare, sed vi & viâ pervolgatâ [o] *patrum.*
Quotidie accusabam: hem: tibine hæc diutiùs
Licere speras facere me vivo patre,
Amicam ut habeas propè jam in uxoris loco?
Erras, si id credis, & me ignoras, Clinia.
Ego te meum esse dici tantisper volo,
Dum, quod te dignum est, facies: sed si id non facis,
Ego quod me in te sit facere dignum, invenero.
Nulla adeò ex re istuc fit, nisi [p] *ex nimio otio.*
Ego, [q] *istuc ætatis non amore operam dabam,*
Sed in Asiam abii hinc propter pauperiem, atque ibi
Simul rem & gloriam armis belli repperi.
Postremò adeò res rediit: adolescentulus

---

l Miserum istuc verbum & pessimum est, *habuisse, & nihil habere.* Plaut. Rudens. act. 5. sc. 2.

m Peloponnesi, ad Isthmum inter Jonium & Ægeum maria, urbe celeberrimâ. h. *Corinto* & *Coranto* Turcis *Gereme.*

n Res odiosa, matrimonium inire cum peregrinis mulieribus, quæ præter egestatem atque civium contemptum, malè audiebant, tanquam meretrices.

o Qui plerunque, ut & patrui & senes, sunt *laudatores temporis acti. Se puerio.* Horat. Epist. ad Pisones. *Censores castigatoresque minorum.*

p Fac moritis fugias otia prima mea. Hæc ut ames faciunt, hæc, ne fecere, tuentur: Hæc sunt causa cibusque mali, &c Ovid. de Remedio Amoris. l. 1.

q Sese extemplò ex ephebis posquam excesserit, Non ut ego amori neque desidiæ in otio operam dedisse: Plaut. Merc. Prolog.

Sæpe eadem, & graviter audiendo victus est:
Ætate me putavit & sapientiâ
Plus scire, & providere, quàm se ipsum sibi.
In Asiam ad r *regem militatum abiit, Chreme.*
C. *Quid ais?* M. *clam me profectus, menses treis abest.*
C. *Ambo accusandi: etsi illud inceptum tamen*
Animi est prudentis signum, & non instrenui.
M. *Ubi comperi ex iis, qui ei fuere conscii,*
Domum revortor mœstus, atque animo ferè
Perturbato, atque incerto præ ægritudine,
Adsido: accurrunt servi: soccos detrahunt:
Video alios festinare, s *lectos sternere,*
Cœnam apparare: pro se quisque sedulò
Faciebant, quò illam mihi lenirent miseriam.
Ubi video hæc, cœpi cogitare, hem, tot mei
Solius t *solliciti sunt caussâ, ut me unum expleant?*
Ancillæ tot me vestiant? sumptus domi
Tantos ego solus faciam? sed gnatum unicum,
Quem pariter uti his decuit, aut etiam amplius,
Quòd illa ætas magis ad hæc utenda idonea est,
Ego eum hinc ejeci miserum injustitiâ meâ.
Malo quidem me dignum quovis deputem,
Si id faciam; nam usque dum ille vitam illam colet
Inopem, carens patriâ ob meas injurias,
Interea usque illi de me u *supplicium dabo,*
x *Laborans, quærens, parcens, illi serviens.*
Ità facio prorsus, nihil relinquo in ædibus,
Nec vas, nec vestimentum: conrasi omnia.

---

r Regem Persarum, quem Græci κατ' ἐξοχὴν βασιλέα, & μέγαν βασιλέα dixerunt.

s De more discumbendi, de lectis, & triclinio, &c. videndi Alexander ab Alexandro, 5. 1. Genial. c. 21. Cœlius Rhodig. Stuckius, Lipsius, 3. antiqu. lection. Pet. Ciacconius, Rosinus, Dempsterus, alii.

t Menander. βίον οὐ ῥᾴστην ἐξαπλῶσαν.

u Ἐμαυτὸν τιμωρήσομαι.

x *Conserva, quæso, parce, fac quamplurimum illis relinquas.* Adelph 5. act. 3. sc. imitatione Menandri, συλλέγει καὶ φείδεται, in Leucasia.

Ancillas,

Ancillas, servos, nisi eos, qui opere rustico
Faciundo facilè victum y *exercerent suum,*
Omneis z *produxi ac vendidi* : a *inscripsi illico*
Ædeis : mercedem quasi talenta ad quindecim
Coëgi : agrum hunc mercatus sum : hìc me exerceo.
b *Decrevi, tantisper me minus injuriæ,*
Chreme, meo gnato facere, dum fiam miser ;
Nec mihi fas esse ullâ me voluptate hìc frui,
Nisi ubi ille huc salvos redierit meus particeps.
C. *Ingenio te esse in* c *liberos leni puto, &*
Illum obsequentem, d *siquis rectè aut commodè*
Tractaret. Verùm neque tu illum sati' noveras,
Nec te ille, hoc ibi fit, ubi non verè vivitur.
Tu illum, nunquam ostendisti, quanti penderes,
Nec tibi ille est credere ausus quæ est æquom patri.
Quod si esset factum, hæc nunquam evenissent tibi.
M. *Ità res est, fateor : peccatum à me maximum est:*
C. *Menedeme, at porrò rectè spero : & illum tibi*
Salvum affuturum esse hìc confido propediem.
M. *Utinam ità Dii faxint.* C. *facient, nunc, si commodum est,*

y Festus, Lambinus & codex Colonienſis præferunt *exercerent* à *sarcio*. Bembus, Muretus, alíque retinent *exercerent*. Turnebus item l. 3. cap. 31. idque autoritate Divi Ambroſii 2. officiorum. *Sed direptione alicujus & amiſſione patrimonii in eam recedere injuriam ut ſumptum exerceje non queat.* Ut βίον ἐργάζεσθαι τὰ ὀντήσια ut, quod in ipſos inſumitur, ipſi labore ſuo acquirant.

z Venum expoſui, quaſi haſtâ poſitâ.

a Deſerta domus (inquit Plinius 27. epiſt. l. 7.) proſcribebatur tamen, ſeu quis emere illam aut conducere vellet.

b *Quid ille Terentianus ipſe ſe monens?* *Decrevi, tantiſper me minus* &c. *Hìc decernit ut miſer ſit. Num quis igitur quidquam decernit vivitus?* &c. *Malo ſe dignum deputat, niſi miſer ſit. Vides ergo opinionis eſſe, non naturæ malum.* Cic. Tuſc. quæſt. 3. idem l. 5. de finibus.

c Liberos dixit multitudinis numero, cùm Menedemus unicum tantem haberet filium.

d Severitas parentum animos filiorum dejicit & proſternit ; indulgentia corrumpit. *Inter utrumque* (monet Seneca) *regendus eſt animus inſtitutione liberorum, ut modò frenis utamur, modò ſtimulis.* 2. l. de Ira 21. cap. ſed & 20. præcedens, & quod ſequitur 22. c. lectione ſunt digniſſima, nec non 23.

e *Dionysia hic sunt. hodie apud me sis volo.*
Non possum. C. *cur non? quæso tandem aliquantulum*
Tibi parce. idem absens facere te hoc volt filius.
M. *Non convenit, qui illum ad laborem* f *impullerim,*
Nunc me ipsum fugere. C. *siccine est sententia?*
M. *Sic.* C. *bene vale,* M. *& tu.* C. *lacrumas excussit mihi,*
Miseretque me ejus: sed ut diei tempus est,
Monere oportet me hunc vicinum Phanium,
Ad cœnam ut veniat. ibo, visam si domi est.
Nil opus fuit g *monitore, jamdudum domi,*
Præsto apud me esse h *aiunt: egomet convivas moror.*
Ibo adeò hinc intro. sed quid crepuerunt fores?
Hinc à me quisnam egreditur? huc concessero.

---

e Liberi patris festa, Liberalia, Bacchanalia, Iudi annui in honorem Bacchi victoriam ex India deportantis, ὁι κατ' ἀγρους ubi senes istos habitâsse verisimile est, acti autem post æquinoctium autumnale. Athenæus. l. 14. c. 2.

f Præteritum antiquæ monetæ. novæ namque *impulerim*, quod non fert lex Pedia.

g Vocatore, servo qui moneret convivas. Plin. l. 35. c. 10. Apul. l. 3. videntur hi esse διὰ πυκλάτορες Artemidori.

h Videtur hoc resciviſſe à quodam ex famulis.

ACTUS I SCENA II.

CLITIPHO, CHREMES.

C. a *Nihil adhuc est, quod vereare Clinia: haudquaquam*
etiam b *cessant:*
Et illam simul cum nuntio tibi hic affuturam
Hodie, scio. proin tu sollicitudinem istam falsam, quæ te

---

a Intus relictum Cliniam alloquitur Clitipho, in proscenium egrediens.

b Syrus & Dromo servi in urbem missi ad accersendam Antiphilam. videtur hinc scena in suburbano constituta, quo accersenda ex urbe Antiphila.

Excrucjat

Excruciat, mittas. CH. *quicum loquitur filius?* CL. *pater adest*
Quem volui. adibo. Pater opportunè advenis.
CH. *Quid id est?* CL. *hunc Menedemum nôstine nostrum vicinum?* CH. *probè.*
CL. *Huic filium scis esse?* CH. *audivi esse, in Asia.* CL. *non est pater, apud*
Nos est. CH. *quid aïs?* CL. [c] *advenientem, è navi egredientem adduxi illico*
Ad cœnam: nam mihi magna cum eo jam indè usque à pueritia
Semper fuit familiaritas. CH. *voluptatem magnam nuntias.*
Quàm vellem Menedemum invitatum, ut nobiscum hodie esset amplius,
Ut hanc lætitiam [d] *nec opinanti primus objicerem domi!*
Atque etiam nunc tempus est. CL. *Cave faxis: non opus est pater.*
CH. *Quapropter?* CL. *quia enim incertum est etiam, quid se faciat. modò venit.*
Timet omnia: patris iram, & animum amicæ se erga ut sit suæ.
Eam miserè amat. propter eam hæc turba atque abitio evenit.
CH. *scio.*
CL. *Nunc servolum ad eam in urbem misit, & ego nostrum unà Syrum.*
CH. *Quid narrat?* CL. *quid ille? se miserum esse.* CH. *miserum? quem minu' credere est?*

---

[c] Adventoriâ cœnâ amicos peregrè redeuntes excipere moris erat. Martial. Epist. l. 12. *Ut familiarissimas mihi aures tuas exciperem adventoriâ.* Et quæ nos ibi. de libro tanquam cœnâ adventoriâ locutus, quam vovebant, quam ex voto solvebant passim apud Horatium, Martialem, alios.

[d] Non paucis ex repentino atque insperato aliquo casu in tantum ripis superans abundavit, pectus lætitiâ, ut spiritus intercluſi imaginatione. *i. e.* motu animæ, quem sensus in actu positus creat, subitò exspirârint. vide Liv. 3. de c. 2. l. de fœminis quæ conspectis filiis ex prælio reversis, quos cæsos fuisse audierant, nimio gaudio exanimatæ, &c. Val. Max. l. 9. c. 12. & Agell. l. 3. c. 15.

Quid

Quid reliqui est, quin habeat, e *quæ quidem in homine dicuntur bona,*
Parenteis, patriam incolumem, amicos, genus, cognatos, divitias?
f *Atque hæc perinde sunt, ut illius animus, qui ea possidet:*
Qui uti scit, ei bona; illi, qui non utitur rectè, mala.
CL. *Imò ille senex fuit* g *importunus semper: & nunc nihil magis.*
Vereor, quàm nè quid in illum iratus plus satìs faxit pater.
CH. *Illéne?* h *sed reprimam me: nam, in metu esse hunc, illi est utile.*
CL. *Quid tute tecum?* CH. *dicam. ut ut erat, mansum tamen oportuit.*
Fortasse à quanto iniquior erat præter ejus lubidinem.
Pateretur. nam quem ferret, si parentem non ferret suum?
Hunccine erat æquom ex illius more, an illum ex hujus vivere? &
Quod illum insimulat i *durum, id non est. nam parentum injuriæ*
Uniusmodi sunt fermè, paulò qui est homo tolerabilis.
Scortari crebrò nolunt, nolunt crebrò convivarier,

---

e Ut vestes non adferunt calorem, ipsæ cùm sint frigidæ; sed teporem qui à corpore provenit, stipant & coërcent, ita ut beata, non est ab extra, non ab ædibus, possessionibus, amicis &c. sed ab ipso animo, qui si sit rectus & bene compositus, cæteri juvando &c. Plutarch. de virtute & vitio. Bona quæ sunt, quæ dicuntur. Aristot. Ethic. Nicom. 1. 1. cap. 4, 5, 6, &c. interpretes ipsius. Senec. Epist. 71. 74. 76. Boet. 1. 3. l. Apul: de Deo Socratis, &c.

f Bona vel sunt ἁπλῶς bona, & tum semper per se sunt & dicuntur bona vel respectu hominum, in quorum usum creata sunt. tum verò neque bona sunt, neque mala, nisi quatenus homines bene vel malè iis utuntur. Arist. Eth. Nic. 5. l. 1. c Rex noster est animus. hoc incolumi, cætera manent in officio &c. Sen. epist. 114.

g Austerus, acerbus, quasi portu. i. r. quiete carens, sibi & aliis molestus, inquietus.

h Callidè se reprimit senex, nè apud Clitiphonem aperiat luctum, & dolorem Menedemi super discessu filii; simul ut suum celet filium, animi teneritudinem, defendit autoritatem patrum, exigitque filiorum officia.

i Ἐκλογὴ πρὸς τὸν ἐκ τῆς πόλεως. Menander.

Præben-

Præbent i *exiguè sumptum: & ea sunt tamen ad virtutem omnia.*
Verùm ubi animus semel se cupiditate devinxit malâ,
Necesse est Clitipho consilia consequi consimilia. hoc
Scitum est, k *periculum ex aliis facere, tibi quod ex usu siet.*
CL. *Ità credo.* CH. *ego ibo hinc intrò, ut videam, nobis quid cœnæ siet.*
Tu, ut tempus èst diei videris, nè quò hinc abeas longiùs.

ACTUS II SCENA I.
CLITIPHO.

CL. *QUàm iniqui sunt patres in omneis adolescenteis judices:*
Qui æquom esse censent, nos jam à pueris illico nasci senes,
Neque illarum affines rerum esse, quas fert adolescentia.
Ex sua libidine moderantur, nunc quæ est, non quæ olim fuit.
Mihi si unquam filius erit, næ ille facilè me utetur patre.
Nam & a cognoscendi, & ignoscendi dabitur peccati locus:
Non ut meus, qui mihi b per alium ostendit suam sententiam.
Perii. is mihi, ubi adhibit c plus paulo, sua quæ narrat facinora?
d *Nunc ait, periculum ex aliis facito, tibi quod ex usu siet.*
Astutus! e *næ ille haud scit, quàm mihi nunc surdo narret fabulam.*

---

i Parcè.

k Βλέπων πειρᾶσθαι μὲν ἐκ τοῦ τῶν ἀλλων κακά. Menander. feliciter sapit, qui alieno periculo sapit. *felix quicunque dolore Alterius discit posse cavere suo.* Tibullus. 3. l. eleg. 6.

a Cic. pro Cœlio: *Leni vero & clementi patre, cujusmodi ille est; Foras effregit? restituentur. Discidit vestem? resarcietur? Cœlii causa est expeditissima.*

b Sub Menedemi persona cujus causam modò egit, atque invehebatur in Cliniam, adeóque omnes me & in genere, adolescentes

c Largiùs æquo.

d Μίσεπτος, recitantis sententiam patris sui.

e Quanti à liberis parentum fiant verba, docet pastor apud Theocritum Idyl. 9 quod τὸ δὲ μὴ φρονεῦντες ἔγχεα τόσσον μελεδαίνειν ἐρῶντες πάντες μὲν δόξαν ἔχουσιν μαῖοι ἀκοῦσαι. Neque enim *amentes* (ut habet Afranius) *quibus animi non sunt integri, surdè audiunt,* sed & amantes. *amor surdis auribus esse solet.* Propert.

Magis

Magis nunc me amicæ dicta stimulant : da mihi, atque affer mihi.
Cui quid respondeam, nil habeo : neque me quisquam est miserior.
Nam Clinia hic, etsi is quoque suarum rerum satagit, attamen
Habet bene ac pudicè eductam, ignaram artis meretriciæ.
Mea est potens, procax, magnifica, sumptuosa, f nobilis.
Tum, quod dem ei, rectè, est : nam nihil esse mihi, h religio est dicere.
Hoc ego mali non pridem inveni : neque etiam dum scit pater.

---

f Nota magis quam nobilis.

g Dies *religiosi*, inquit Agellius, dicti, quos propter ominis diritatem, relinquimus. Iccirco Terentius in Heaut. *Tum quod dem ei, rectè est : nam nihil esse mihi, religio est dicere.* lib. 4. c. 3. h. e. Tum quod dem ei obsequii tantùm voces & blanditiæ cujusmodi sunt, *Rectè benignè*, Nam nihil esse mihi, nefas dicere, non licet, non ausim dicere.

ACTÛS II SCENA II.
CLINIA, CLITIPHO.

C. *Si mihi secundæ res de amore meo essent, jam dudum scio Venissent : sed vereor, nè a mulier me absente hìc corrupta sit.*
b Concurrunt multæ opiniones, quæ mihi animum exaugeant ;
c Occasio, locus, ætas, mater, cujus sub imperio est, mala :
Cui nihil præter pretium jam dulce est. CL. *Clinia.* C. *hei misero mihi.*

---

a Antiphila Virginem viripotentem Ulpianus & Cajus mulierem vocant. scen. sequente, idem.

b In cogitando, mœrore exaugeor, Plaut. Stich. 1. act. 1. sc. Alii leg. *exangeat*, volúntque veteres usurpâsse 2. conjugationis, pro *ango*. verùm neque conjugatio neque compositio placet.

c Μικρὰ πράγματα ἐστι τὰ πράξεως κακῆς. Menander.

CL. *Etiam*

CL. *Etiam caves, nè videat fortè hinc te à patre aliquis exiens.*
C. *Faciam. sed nescio quid profectò mihi animu' præsagit mali.*
CL. *Pergin' istuc prius dijudicare, quàm scis, quid veri siet?*
C. *Nihil mali esset, jam hic adessent.* CL. *jam aderunt.* C. *quando istuc erit?*
CL. *Non cogitas hinc longulè esse? & nôsti mores mulierum:*
d *Dum moliuntur, dum comuntur, annus est.* C. *ô Clitipho,*
Timeo. CL. *respira: eccum Dromonem cum Syro. unà adsunt tibi.*

---

d Dum surgunt, movent, | promovent, apparant, ornant se.

ACTUS II SCENA III.

SYRUS, DROMO, CLITIPHO.

AIn' tu? D. *sic est.* S. *verùm interea dum* a *sermones cædimus,*
Illæ sunt relictæ. CL. *mulier tibi adest, audin' Clinia?*
C. *Ego verò audio nunc demum, & video, & valeo Clitipho.*
D. *Minimè mirum: adeò impeditæ sunt:* b *ancillarum gregem*
Ducunt secum. C. *perii, unde illi sunt ancillæ?* CL. *mên' rogas?*
S. *Non oportuit relictas:* c *portant quid rerum?* C. *hei mihi.*
S. *Aurum, vestem: & vesperascit, & non noverunt viam.*
Factum à nobis stultè est. abi dum tu Dromo illis obviàm.
Propera. quid stas? C. *væ misero mihi, quantâ de spe decidi.*

---

a Κλῆσιν λέγουσι, & πλοκτεῖν ῥῆσιν dici à Græcis monet Priscianus l. 18. quod interpretatur Nonius, *commiscere sermones.* qui *serere* legunt, non metiuntur versum quanquam *serere sermones* habeatur apud Virgilium & Livium.

b Indecorum nimirum olim visum matronis & inhonestum, sine comitatu ancillarum in publicum prodire. Præibant ex officio Anteambulatrices, subsequebantur Pediseguæ. Martianus Capella l. 2. *Peregrinâ verò aliis comitata pediseguis & talibus ûsque mancipiis curiosè universa perscrutans atque interrogans sequebatur.*

c Quàm multas res & magnas portant secum? Nannius Miscellan. l. 1. c. 31.

CL. *Quid*

CL. *Quid istuc? quæ res, te sollicitat autem?* C. *rogitas quid? fiet?*
Vidén' tu ancillas, aurum, vestem: quam ego cum una ancillula
Hìc reliqui. unde esse censes? CL. *vah, nunc demum intelligo:*
d Dii boni, quid turbæ est; ædes nostræ vix capient, scio.
Quid comedent? quid ebibent? quid sene erit nostro miserius?
Sed video, eccos, quos volebam. C. *ô Jupiter, e ubinam est fides?*
Dum ego propter te errans patriâ careo demens, tu interea loci
Conlocupletâsti te Antiphila, & me in his deseruisti malis,
Propter quam in summa infamia sum, & meo patri minus obsequens:
Cujus nunc pudet me, & miseret qui harum mores f cantabat mihi,
Monuisse frustrà: neque potuisse eum unquam me ab hac expellere.
Quod nunc faciam tamen: cùm gratum mihi esse potuit, nolui.
Nemo est miserior me. S. *hic de nostris verbis errat videlicet,*
Quæ hic sumus locuti. Clinia, aliter tuum amorem, atque est, accipis.
Nam & vita est eadem, & animus te erga idem ac fuit,
Quantum ex ipsa re conjecturam cepimus.
CL. *Quid est obsecro? nam mihi nunc nihil rerum omnium est,*
Quod malim, quàm me hoc falso suspicarier.
S. *Hoc primùm, ut nè quid hujus ignores: anus*
Quæ est dicta mater esse ei antehac, non fuit.

---

d Aurea ornamenta, monilia, vide Eunuchi. 4. act. 1. Scen. infrà, *sine auro tuum ornatum.*

e Quobam abiit fides mihi data ab Antiphila, fore se amori nostro constantem? Hæc sibi Clinia suspicatus amicam suam corruptam esse, ubi conspexisset tantum auri, gregem ancillarum, vestes suppetere illi quam pauperem abiens reliquisset.

f Sæpe repetens monebat. *Hæc dies noctesque tibi cano ut caveas.* Plaut. Trinum.

Ea obiit mortem : hæc ipsa in itinere g *alteræ*
Dum narrat, fortè audivi. CL. *quænam est altera ?*
S. *Mane, hoc, quod cœpi, primùm enarrem Clitipho :*
Post istuc veniam. CL. *propera.* S. *jam primum omnium,*
Ubi ventum ad h *ædis est, Dromo pultat fores :*
Anus quædam prodit. Hæc ubi aperuit ostium,
Continuò hic se conjecit intrò : ego consequor :
Anus foribus obdit pessulum, ad lanam redit.
Hinc sciri potuit, aut nusquam alibi, Clinia,
Quo studio vitam suam te absente exegerit ;
Ubi de improviso est interventum i *mulieri.*
Nam ea res dedit tum existumandi copiam,
Quotidianæ vitæ consuetudinem ;
Quæ, cujusque ingenium ut sit, declarat maximè.
k *Texentem telam studiosè ipsam offendimus,*
Mediocriter l *vestitam veste lugubri,*
Ejus m *annûs caussâ, opinor, quæ erat mortua,*
n *Sine auro tum ornatam, ità utì quæ ornantur sibi,*
o *Nullâ malâ re esse expolitam muliebri :*
Capillus passus, prolixus, circum caput

---

g Alteri. ut *nulli* Andr. 3. act. sc. 5. & *solæ* Eunuch. 5. act. 6. sc. Cic. l. 2. de Divin. *alia pecudi*, sed vide Grammat. nostram?

h Servius in 2. Æneid. Omne ædificium *ædes* dicuntur. Sed Varro locum quatuor angulis conclusum ædem vocari docet. revera *ædes* quæab omni parte tecta est, non sub dio, non oculo pervia, ἀπὸ τοῦ αἴθειν.

i Antiphilæ, virgini nubili, ut sc. 1. hujus act. & supra hâc eâd. sc.

k Ἐξ ἱστοῦ τὸν ἐκπώματος πελανὸν ποιοῦσα τρύβλιον, Menander.

l Antiphilam.

m Veteres in quarta declin. retinuere gignendi casum in *u*, ut *anuis, fructuis, Senatuis*, testati hujus declinationis originem à tertia, ante contractionem: adi Grammatic. nostram.

n Mundus, nimius & cultus meretrici potiùs quàm castæ convenit. *Ad matrem venit lotâ cute, quando viderit talè formosa domi ? &c.* Juven. 6. sat. vide Phorm. act. 1. sc. 2.

o Non cerussâ, stibio, purpurisso, aliisve officiis & pigmentis fucatam. Nonnulli codd. habent *malam*, alii *malas*.

Rejectus

Rejectus negligenter. P *pax!* C. *Syre mi obsecro*
Nè me in lætitiam frustrà conjicias. S. *anus*
Subtemen nebat: q *præterea una ancillula*
Erat: ea texebat una r *pannis obsita,*
Neglecta, immundâ illuvie. CL. *si hæc sunt Clinia*
Vera, ità ut credo, quis te est fortunatior?
Scin' tu hanc, quam dicit s *sordidatam & sordidam?*
Magnum hoc quoque signum est dominam esse extra noxiam,
Cùm ejus tam negligunt t *internuntii:*
Nam disciplina est eisdem, u *munerarier*
Ancillas primùm, ad dominas qui affectant viam:
C. *Perge obsecro te, & cave nè falsam gratiam*
Studeas inire. quid ait, ubi me nominas?
S. *Ubi dicimus rediisse te, & rogare utì*
Veniret ad te, mulier telam desinit
Continuò, & lacrumis opplet os totum sibi. ut
Facilè scires desiderio id fieri tuo.
C. *Prægaudio (ità me dii ament) ubi sim nescio.*
Ità timui. CL. *at ego nihil esse sciebam Clinia.*
Agedum vicissim, Syre, dic quæ illa est altera,
S. *Adducimus tuam Bacchidem.* CL. *hem, quid Bacchidem?*
Eho, sceleste, quò illam abducis? S. *quò illam ego? ad nos*
scilicet.
CL. *Ad patrémne?* S. *ad eum ipsum.* CL. *ô hominis impudentem audaciam!* S. *heus.*

---

p Interjectio silentii, vel approbationis. Plauto frequens. Pseud. 5. act. 2. sc. Mil. 3. 1. Stich. 5. 5. Hoc respexit Ausonii Grammaticomastix in Idyllio 12. *Totum opus hoc sparsum; crinis velut Antiphila nov.* ad quem locum vide Jos. Scalig. lectiones. ut infrà 4. act. 3. scen.

q Καὶ θεραπαινὶς ἦν μία, ἀνὴρ συνῴκει γυναικὸς ἀπαιδεύτου. Menander.

r Ut Eunuch. 2. act. 2. sc.

s *Sordidatam* referunt ad vestitum, *sordidam* ad illuviem.

t Ministri & ministræ, Internuntiæ, conciliatrices.

u Ovid. de arte. 1. 2. v. 251.

Tu,

Tu, x *non* fit ſine periculo facinus magnum & memorabile.

CL. *Hoc vide. in mea vita tu tibi laudem is quæſitum, ſcelus: Ubi ſi paululum modò quid te fugerit, ego pericrim. Quid illo facias?* S. *at enim.* CL. *quid enim?* S. *ſi ſinas, dicam.* C. *ſine.*

CL. *Sino.* S. *ità res eſt, hæc nunc quaſi eum.* y CL. *quas, malum, ambages mihi Narrare occipit?* C. *Syre, verum hic dicit: mitte: ad rem redi.*

S. *Enimvero reticere nequeo, multimodis injurius Clitipho es, neque ferri potis es.* C. *audiendum hercle eſt: tace.*

S. *Vis amare: vis potiri: vis, quod des illi, effici. Tuum eſſe in potiundo periclum non vis. haud ſtultè ſapis: Siquidem id ſapere eſt, velle te id, quod non poteſt contingere.*

z *Aut hæc cum illis ſunt habenda, aut illa cum his amittenda ſunt.*

a *Harum duarum conditionum nunc utram malis, vide: Etſi conſilium, quod cepi, rectum eſſe & tutum ſcio: Nam tua apud patrem amica tecum ſine metu ut ſit, copia eſt: Tum, illi argentum quod pollicitu' es, eâdem hac inveniam viâ: Quod ut efficerem, orando ſurdas jam aureis reddideras mihi. Quid aliud tibi vis?* CL. *ſiquidem hoc ſit.* S. *ſiquidem experiundo ſcies.*

---

x Μέγα γὰρ ἀσεβήμα ἐργον. Menander. Plotio. Cui contrarium illud Juvenalis 14. Sat. *Nullus enim magni ſceleris labor.* ad quem Scholiaſtes laudat hunc Terentii locum.

y Apoſiopeſis, oratio imperfecta, ex Clitiphonis impatientia audiendi, dum interrumpit Syri *quaſi.* confer Thraſonis *qua ſi,* Eunuch. act. 3. ſc. 1.

z Aut pericula cum & pro emolumentis ſubeunda, aut emolumenta illa, *amare, potiri, habere quod des illi* cum periculis ſimul amittenda.

a Periculi, aut fructûs.

CL. *Age age, cedò istuc tuum consilium, quid id est?* S. [a] *assimulabimus,*
Tuam amicam, hujus esse. CL. *pulcrè: cedò quid hic faciet suâ?*
An ea quoque hujus dicetur, si hæc una dedecori est parùm?
S. *Imò ad tuam matrem abducetur.* C. *quid eò?* S. *longum est Clitipho,*
Tibi si narrem, quam ob rem id faciam: vera caussa est. CL. [b] *fabulæ:*
Nihil sati' firmi video, quam ob rem accipere hunc mihi expediat metum.
S. [c] *Mane, habeo aliud, si istuc metuis, quod ambo confiteamini*
Sine periclo esse. CL. *hujusmodi, obsecro, aliquid reperi.* S. *maxumè:*
Ibo obviàm hinc: dicam, ut revortantur domum. CL. *hem,*
Quid dixti? S. *ademptum tibi jam faxo omnem metum,*
[d] *In aurem utramvis otiosè ut dormias.*
CL. *Quid ago nunc?* C. *tùne? quid boni.* CL. *Syre. dic modò*
Verum. S. *age modò hodie: serò ac nequidquam voles.*
C. *Datur modò: fruere dum licet: nam nescias,*
Eju' sit potestas posthac, an nunquam tibi.
CL. *Syre inquam.* S. *perge porrò, tamen istuc ago.*
CL. *Verùm hercle istuc est, Syre. Syre inquam heus heus Syre.*

---

[a] Protasis ex parte Clitiphonis. Bacchis simulabitur esse amica Cliniæ. Antiphila ducetur pro ancilla Bacchidis. extorquebitur argentum à sene quod Bacchidi Clitipho promiserat.

[b] Nugæ sunt istæ, meræ gerræ.

[c] Indignatus Syrus improbari à Clitiphone consilium suum, simulat se aliud invenisse, quod absque periculo fiet: obviàm se iturum Bacchidi, dicturúmque ut domum revertatur.

[d] Ex Menandri Plotio. Ἐφ' ἀμφοτέραν ἐν' ἐπικλησθῆναι, μᾶλλον κωθωνίσειν. unde lusit Plautus Pseud. 1. sc. 1. Act. *De istac rem oculum utrumvis conquiescito.* Ca. *oculum utrum, anime aurem?* *Pseud. At hoc perulgatum est nimis.* h. e. ut animo sis securo atque otioso.

S. [e] *Concalui:*

S. e Concaluit : quid vis ? CL. redi, redi. S. adsum, dic quid est?
Jam hoc quoque negabis tibi placere. CL. imò, Syre,
Et me, & meum amorem, & famam permitto tibi,
Tu es judex : nè quid accusandus sis, vide.
S. Ridiculum est, te istuc me admonere Clitipho :
Quasi istìc minor mea res agatur, quàm tua.
Hìc si quid nobis fortè adversi evenerit,
Tibi erunt parata f verba, g huic homini f verbera.
Quapropter hæc res neutiquam neglectu est mihi.
Sed istum exora, ut suam esse adsimulet. C. scilicet.
Facturum me esse. in eum jam res rediit locum,
h Ut sit necesse. CL. meritò amo te, Clinia.
C. Verùm illa nè quid titubet. S. perdocta est probè.
CL. At hoc demiror, quî tam facilè potueris
Persuadere i illi, quæ solet quos spernere !
S. k In tempore ad eam veni ; quod rerum omnium est
Primum. nam quendam l misere ibi offendi militem
Ejus noctem orantem. Hæc arte tractabat virum,
Cupidum ut illius animum inopiâ incenderet,
Eadémque ut esset apud te hoc quàm gratissimum.
Sed heus tu videsis, nè quid imprudens tuas.
Patrem novisti ad has res quàm sit perspicax :
Ego te autem novi, quàm esse soleas m impotens :
Inversa verba, eversas cervices tuas,

---

e Iráne, an amore ? ut Eunuch. 1. act. 2. sc. hæc conversus ad spectatores.

f Paronomasia.

g Mihi δειλιᾷς.

h Ex Menandro. Τρία δὲ ἰσχὺ, Νόμωτα, δι' ὧν ἅπαντα γίγνεται, Ἢ κατὰ νόμους, ἢ τοῖς ἀναγκαίοις, ἢ γνώμῃ τινί.

i Bacchidi, quæ solet aliquos amatores spernere.

k Romanâ sic est vox, veni in tempore. Vester quoque ille Comicus Terentius Rerum omnium primum esse tempus autumat, ad Antiphilam &c. Ausonius in Pitaco.

l Valdè, sollicitè orantem.

m Ad affectus moderandos coram patre perspicaci & verba tua, nutus, gestus advertente.

Gemitus, ſcreatus, tuſſis, riſus, n *abſtine.*
CL. *Laudabis.* S. *videſis.* CL. *tutemet mirabere.*
S. *Sed quàm citò ſunt conſecutæ mulieres?*
CL. *Ubi ſunt? cur retines?* S. *jam nunc hæc non eſt tua.*
CL. *Scio* o *apud patrem, at nunc interim.* S. *nihilo magis.*
CL. *Sine.* S. *non ſinam inquam.* CL. *quæſo pauliſper.* S. *verò.*
CL. *Saltem ſalutare.* S. *abeas, ſi ſapis.* CL. *eo. quid*
P *Iſtic?* S. *manebit.* CL. *ô felicem hominem!* S. *ambula.*

---

n Cohibe. *apage, potin' ut abſtineas manum, Sermonem. Culpam, &c.* Plaut.

o Coram patre non erit.
p Clinia.

ACTÛS II SCENA IV.

BACCHIS, ANTIPHILA. CLINIA, SYRUS.

B. *Æ Depol Antiphila mea laudo te, & fortunatam judico,*
Id cùm ſtuduiſti, a *iſti formæ mores ut conſimiles forent:*
Minimèque (ità me dii ament) miror, ſi te ſibi quiſque expetit.
Nam mihi b *quale ingenium haberes, fuit indicio oratio tua.*
Et cùm egomet nunc mecum in animo vitam tuam conſidero,
Adeóque c *voſtrarum omnium, volgus quæ ab ſeſe ſegregant;*
Et vos eſſe iſtiuſmodi, & nos non eſſe, haud mirabile eſt.

---

a Ὁποῖαι φύσει τὸ κάλλος ὅταν συμῇ τεχνικὸς, διαλαμπεῖ ὁ ἀφρόπιον ἀλίσκεται. Menander apud Stobæum. Socratis præceptum de ſpeculo conſulendo vide apud Diog. Laërtium. & Plutarch. Conjug. præcept. Senec. Natur. quæſt. l. 1. Apul. Apolog.

b Sermo eſt animi & χαρακτὴρ. Viva animi imago. Solon apud Laërtium. *Loquere ut te videam.* Plato.

c Veſtrî ſimilium.

Nam

Nam vobis [d] *expedit esse bonas: nos, quibus cum res est,* [e] *non sinunt.*
Quippe formâ impulsi nostrâ nos amatores colunt:
Hæc ubi imminuta est, illi suum animum aliò conferunt.
Nisi si prospectum est interea aliquid, desertæ vivimus.
Vobis cum uno semel ubi ætatem agere decretum est [f] *viro,*
Cujus mos maximè est consimilis vostrûm; [f] *hi se ad vos applicant;*
Hoc beneficio utrique ab utrisque vero devincimini;
[g] *Ut nunquam ulla amori vostro incidere possit calamitas.*
A. *Nescio alias: me quidem semper scio fecisse sedulo,*
Ut ex illius commodo meum compararem commodum. CL. [h] *ah.*
Ergò mea Antiphila tu nunc sola reducem me in patriam facis.
Nam, dum abs te absum, omnes mihi labores fuere, quos cepi, leves,
Præterquam tuî carendum quod erat. S. *credo;* CL. *Syre, vix suffero.*
Hoccine me miserum non licere meo modo [i] *ingenium frui?*
S. *Imò, ut patrem* [k] *tuum vidi esse habitum, diu etiam duras dabit.*
B. *Quisnam hic adolescens est, qui intuitur nos?* A. *ah,* [l] *retine me obsecro.*
B. *Amabo, quid tibi est?* A. *disperii.* B. *perii misera, quid stupes*
Antiphila? A. *videòn'* [m] *Cliniam, an non?* B. *quem vides?*
CL. *salve anime mi.*

---

d Bene vertit, utile est.

e Tales esse. *Ipsa merces est autoramentum servitutis.* Cic. 1. de Officiis.

f Adverte Syntaxin. *Vtro hi.*

g Ut, *Quos irrupta tenet copula, Non malis dirulsus querimoniis suprema citius solvat amor die.* Hor. 13. od. 1. l.

h Clinia Antiphilam venientem prospiciens hæc secum.

i Archaïsmus. ingenio.

k In quantum patris tui affectum & dispositionem perspexi, diu duras etiamdum partes dabit. sunt qui *puras* legi volunt, & *noctes* exponunt, mihi hîc alta nox.

l Deficit ex animi præ lætitia deliquio.

m Etiam præ inopinato gaudio dubitat. *Verâne te facies, verus mihi nuntius adfers &c.* Andromache. Virg. 3. Æneid.

A. *O mi expectate Clinia, salve.* CL. *ut vales?*
A. *Salvom venisse gaudeo.* CL. *teneóne te*
Antiphila, maxumè animo exoptatam meo?
S. *Ite intrò: nam vos jamdudum exspectat senex.*

ACTUS III SCENA I.

CHREMES, MENEDEMUS.

C. *Vicisit* a *hoc jam. cesso pultare ostium*
Vicini? primùm ex me ut sciat, sibi filium
Redisse. etsi adolescentem hoc nolle intelligo.
Verùm, cùm videam miserum hunc tam excruciarier
Ejus abitu, celem tam insperatum gaudium,
Cùm illi nihil pericli ex indicio siet?
Haud faciam: nam, quod potero, adjutabo senem,
Item ut filium meum amico atque æquali suo
Video inservire, & socium esse in negotiis,
Nos quoque senes b *est æquom senibus obsequi.*
M. *Aut ego profectò ingenio* c *egregio ad miserias*
Natus sum, aut illud falsum est, quod volgò audio
Dici, diem d *adimere ægritudinem hominibus:*
Nam mihi quidem quotidiè augescit magis
De filio ægritudo; & quantò diutiùs
Abest, magis cupio tantò, & magis desidero.
C. *Sed ipsum egressum foràs video: ibo, alloquar.*

a Fabulæ hujus datæ actæque in ludis Megalensibus duo actus priores acti sunt vesperi, curabatur nempe cœna. Intermissæ, per noctem ludis transactam, reliqui tres actus sub lucem agebantur. vide prologum, & Jul. Scalig. 6. 1. poetic. 3. c.

b Ex Menandro Ἱερὸν γέρον-τι γλυκὺν ὑδρίαν ἔχει, Παῖς παιδί, καὶ γυναικὶ φορτίον γυνή, Νοσῶν τ' ἀνὴρ γεγώς, καὶ δυσαρεστία λυφθείς, ἐπφδὸς ἐστὶ τῇ πειρωμένῳ.

c Al. *genio* qui sc. infantibus, cùm nascerentur, præficiebatur.

d Πάντων ἰατρὸς τῶν ἀναλ-κάτων χρόνος ἐστιν. ὄντος καί σου ἀόσπερ. Menander. Τῆς ἀφεσιας ὁ χρόνος, τὰς ὀργὰς μους ὁ λόγος τὰ λύπας ἀπαλ-λαττει. Epictet. apud Stobæum.

Menedeme

Menedeme ſalve: nuntium apporto tibi,
Cujus maximè te fieri participem cupis.
M. *Nunquidnam de gnato meo audiſti Chreme?*
C. *Valet,* e *atque vivit.* M. *ubinam eſt quæſo?* C. *apud me domi.*
M. *Meus gnatus?* C. *ſic eſt.* M. *venit?* C. *certè.* M. *Clinia Meus venit?* C. *dixi.* M. *eamus, duc me ad eum obſecro.*
C. *Non volt te ſcire ſe rediiſſe etiam, & tuum*
Conſpectum fugitat ob peccatum. tum hoc timet,
Nè tua duritia antiqua illa etiam adaucta ſit.
M. *Non tu ei dixiſti, ut eſſem?* C. *non.* M. *quam ob rem Chreme?*
C. *Quia peſſumè iſtuc in te atque in illum conſulis,*
Si te tam leni & victo eſſe animo oſtenderis.
M. *Non poſſum: ſatis jam,* f *ſatis pater durus fui.* C. *ah,*
Vehemens g *in utramque partem Menedeme es nimis,*
Aut largitate nimiâ aut parſimoniâ.
In eandem fraudem h *ex hac re, atque ex illa, incides.*
Primùm olim potiùs, commeare filium
Quàm paterere ad mulierculam, i *quæ paululo*
Tum erat contenta, cuique erant grata omnia,
Proterruiſti hinc. ea coacta ingratiis
Poſtilla cœpit victum volgo quærere.
Nunc, cùm ſine magno interrimento non poteſt
Haberi, quivis dare cupis. nam, ut tu ſcias,
Quàm ea nunc inſtructa pulcrè ad perniciem ſiet;
Primùm, jam ancillas ſecum adduxit plus decem,

---

e Vivit, atque valet, dicendum illud potuit abſque hoc: contrà, non hoc ſine illo.

f Quantùm mutatus ab illo.

g Sanum conſilium monentis ut medium inter ſeveritatem & indulgentiam teneret, nec incideret in Scyllam cupiens vitare Charybdim, redi ad ea quæ ſuprà adnotavi ad 1 ſcen. ſub fine. & lege Senec. 2. l. de Ira. 20, 11, 22, 23. capp.

h Crimen, pœnam. ulp. *Capitalem fraudem admittere.*

i Quam putavit Bacchidem, procacem, magnificam, ſumptuoſam, nobilem cujuſmodi laudavit illam Clitipho. Act. 1. ſc. 2.

Oneratas veſte, atque auro. k *ſatrapes ſi ſiet,*
Sufferre amator nunquam ejus ſumptus queat:
Nedum tu poſſis. M. *éſtne ea intus?* C. *ſit rogas?*
Senſi: nam ei unam cœnam, atque ejus comitibus
Dedi. quòd ſi iterum mihi ſit danda, actum ſiet.
Nam, ut alia omittam, l *pitiſſando modò mihi*
Quid vini abſumpſit? ſic, hoc, dicens m aſperum
n Pater, hoc eſt: aliud lenius ſodes vide.
Relevi dolia omnia, omnes o *ſerias:*
p *Omnes habui ſollicitos. atque hæc una nox:*
Quid te futurum cenſes, quem aſſiduè exedent?
Sic me dii amabunt, ut tuarum miſeritum eſt
Menedeme fortunarum. M. *faciat, quod lubet:*
Sumat, conſumat, perdat: decretum eſt pati;
Dum illum modò habeam mecum. C. *ſi certum eſt tibi*
Sic facere, illud permagni referre arbitror,
Ut neſcientem ſentiat te id ſibi dare.
M. *Quid faciam:* C. *quidvis potiùs, quàm quod cogitas:*
Per alium quemvis ut des, falli te ſinas
Technis per ſervolum: etſi ſubſenſi id quoque,
q *Illos ibi eſſe, id inter ſe agere clanculum.*
Syru' cum r *illo voſtro conſuſurrat: conferunt*
Conſilia aduleſcentes: & tibi perdere

---

k Præfectus provinciæ apud Perſas, quorum imperium in provincias CCCLX. quas Satrapias vocabant, a totidem Satrapis ſub Magno Rege imperatas. à שטר אפא. *apparitor faciit.*

l Leviter qui ſi primoribus labris delibando. quid igitur bibendo, tibi abſumptum iri, putas?

m Auſterum.

n Honoris & reverentiæ appellatio.

o Vaſa fictilia, in quibus vinum recondebatur obturabant, pice, calce & reſinâ. *quod ego ipſe teſtâ conditum levi.* hinc *relevi*, aperui.

p Omnes habui ſervos variis officiis occupatos ac diſtractos dum iis miniſtrarent.

q In ea officinâ, in qua fabricent dolum aliquem quo te argento emungant.

r Dromone.

f Talentum hoc pacto satius est, quàm illo t minam.
Non nunc de pecunia agitur, sed illud, quo modo
Minimo periclo id demus adolescentulo.
Nam si semel tuum animum is intellexerit,
Prius proditurum te tuam vitam, & prius
Pecuniam omnem, quàm abs u te amittas filium; hui,
Quantam fenestram ad nequitiam patefeceris!
Tibi autem porrò ut non sit suave vivere.
Nam deteriores omnes sumus x licentiâ,
Quodcunque inciderit in mentem, volet: neque id
Putabit, pravúmve an rectum sit quod petet.
Tu, rem perire, & ipsum, non poteris pati.
Dare denegâris; ibit ad illud illico,
Quo maximè apud te se valere sentiet.
Abiturum se abs te esse illico minabitur.
M. *Videre verum, atque ità uti res est, dicere.*
C. Y *Somnum hercle ego hac nocte oculis non vidi meis,*
Dum id quæro, tibi qui filium restituerem.
M. *Cedò dextram: porrò te oro idem ut facias Chremæ.*
C. *Paratus sum.* M. *scin', quid nunc facere te volo?*
C. Dic. M. z *quod sensisti illos me incipere fallere,*
Id ut maturent facere. cupio illi dare,
Quod volt: cupio ipsum jam videre. C. *operam dabo.*
Syrus est prehendendus atque adhortandus mihi.
A me nescio quis exit. concede hinc domum,
Nè nos inter nos a congruere sentiant.

---

f Talentum minus seu prosanum erat minarum Atticarum LX. majus seu sacrum CXX. minarum seu librarum Attic.

t Mina, major fuit drachmarum C. minor LXXV.

u Dimittas, à te segreges.

x Maximâ & pessimâ peccandi illecebrâ & lenocinio.

y Somnum non admiserunt hâc nocte, non senserunt oculi mei, nam *videre somnum* Hebraismus est, ut *videre mortem*. & Aristophanes in Vespis. ὕπνον δ' ὁρᾷ τὴς νυκτὸς οὐδ' ὁπασπάλιον.

z Hæc animi per indulgentiam impotentis,

a Penultima ut longa sit exigit modulus, tanquam à *congruo* secundæ Conjug. ut apud verres *vireo, claudeo, diceo*. Nonius ex Nævio.

Paulum

Paulum hoc negotî mihi obſtat : Simus, & Crîto.
Vicini noſtri hîc ambigunt de finibus :
Me cepere arbitrum. ibo, ac dicam, ut dixeram,
Operam daturum me, hodie non poſſe his dare.
Continuò hîc adero. M. *ità quæſo. dii voſtram fidem,*
Itan' comparatam eſſe hominum naturam omnium,
[b] Aliena ut meliùs videant & dijudicent
Quàm ſua ? an eò fit, quia in re noſtra aut gaudio
Sumus præpediti nimio, aut ægritudine ?
Hîc mihi nunc quantò plus ſapit, quàm egomet mihi ?
[c] C. *Diſſolvi me, otioſus operam ut tibi darem.*

b Οὐδεὶς ἐπ' ἀυτῷ τὰ πράγματ' σωφρονεῖ, Πάμφιλε, Σαφῶς ἑτέρου δ' ἁμαρτάνοντος ὁρᾷ. Menandri ſententias ſolet Terentius variare, aliàs per interrogationem, modò per admirationem, nonnunquam per contrarium. *Nemo poteſt de ſe rectè judicare, quod nobilis Poëta teſtatur : Itanè comparatam eſſe hominum naturam &c.* Lactantius de falſa ſap. 4. cap.

c Expedivi me cæteris negotiis, ut tibi vacem.

ACTÛS III SCENA II.

SYRUS, CHREMES.

S. HAc illac [a] *circumcurſa : inveniendum eſt tamen*
Argentum, intendenda in [b] *ſenem eſt fallacia.*
C. [c] *Num me fefellit, hóſce id ſtruere ? videlicet*
Eſt Cliniæ [d] *ille ſervus tardiuſculus :*
Iccirco hunc noſtro tradita eſt [e] *provincia.*
S. *Quis hic loquitur ? perii, numnam hæc audiit ?* C. *Syre.*
S. *hem.*
C. *Quid tu iſtic ?* S. [f] *rectè. equidem te demiror Chreme*
Tam manè, qui [g] *herè tantum biberis.* C. *nihil nimis,*

a Apoſtrophe ad ſeipſum.

b Chremetem quod tamen Chremes de Menedemo intelligit.

c Num me latuit ?

d Dromo

e Negotium, munus quærendi per technas argenti. Metaph. à provinciis Rom.

f Nihil. Adelph. 4. act. 5. ſc. Æ. *perii.* Mi. *quid eſt ?* Æ. *Nihil. rectè perge.*

g Herí.

S. *Nihil,*

S. *Nihil, narras? visa verò est, quod dici solet,*
h Aquilæ senectus. C. *eja.* S. *mulier est commoda, & Faceta hæc meretrix.* C. *sanè idem visa est mihi.*
S. *Et quidem hercle formâ luculentâ.* C. *sic satis.*
S. *Ità* i *non ut olim. sed utì nunc, sanè bonâ:*
Minimèque miror, k *Clinia hanc si deperit:*
Sed habet patrem quendam avidum, miserum atque aridum,
Vicinum hunc: nostin'? at quasi is non divitiis
Abundet, gnatu' ejus profugit inopiâ.
Scin' esse factum, ut dico? C. *quid ego nesciam?*
Hominem l *pistrino dignum!* S. *quem?* C. *istunc* m *servolum*
Dico adolescentis. n S. *Syre tibi timui mal'é.*
C. *Qui passus est id fieri.* S. *quid faceret?* C. *rogas?*
Aliquid reperiret, fingeret fallacias
Unde esset adolescenti amicæ quod daret,
Atque hunc difficilem, invitum servaret senem.
o S. *Garris.* C. *hæc facta ab illo* p *oportebant Syre.*
S. *Eho quæso, laudas qui heros fallunt?* C. q *in loco,*
Ego verò laudo. S. *rectè sanè.* C. *quippe quia*
Magnarum sæpe id remedium ægritudinum est.
Jam huic manssisset unicus gnatus domi.
S. r *Jocone an seriò illæc dicat, nescio;*

---

h Adulatoriè gratulatur hero hilaritatem à vino quod Plato 2. de Legib. interdictum pueris ad annum usque 18. indulsit senibus, ut redire ad juventutem videantur, molestiarum obliti. Interpretes ad bibacitatem senum referunt, ut qui potu magis alantur quàm cibo, non secùs atque aquilæ quæ rostro per senium adunco, prædæ carnibus vesci cùm nequeant, sanguine epoto victitant Aristot. l. 9. nat. animal. Plin. l. 10. c. 3. Alex. Aphrodis. l. 2. probl. 127.

i Non ut in flore ætatis.

k Persuadere vult Chremetem, hanc Amasiam esse Cl:

l Servorum supplicio. Andr. 3. act. 4. sc.

m Dromonem.

n Aversus, apud se hæc Syrus.

o Nugaris, alias atque loqueris sentiens.

p *Quæ assolent, quæque fierent.* Andr. 3. act. 2. sc.

q Non semper & in omnibus; verùm quandoque & circumstantiarum opportunitate observatâ.

r Hæc aversus, apud se & spectatores.

Nisi

Niſi mihi quidem addit animum, quò lubeat magis.
C. *Et nunc quid* f *exſpectat Syre? an, dum hinc denuo*
t *Abeat, cùm to'erare* u *hujus ſumptus non queat?*
Nonne ad ſenem aliquam fabricam fingit? s. *ſtolidus eſt.*
C. *At te adjutare oportet adoleſcentuli*
Cauſſâ. s. *Equidem facilè facere poſſum, ſi jubes:*
Etenim, quo pacto id fieri ſoleat, calleo.
C. *Tanto hercle melior.* s. x *non eſt mentiri meum.*
C. *Fac ergò.* s. *at heus tu, facito dum eadem hæc memineris,*
Si quid hujus ſimile fortè aliquando evenerit,
y *Ut ſunt humana, tuus ut faciat filius.*
C. z *Non uſus veniet, ſpero.* s. *ſpero hercle ego quoque:*
Neque eò nunc dico, quò quidquam a *illum ſenſerim:*
b *Sed ſi quid, nè quid..quæ ſit ejus ætas, vides:*
c *Et næ ego te, ſi uſus veniat, magnificè Chreme*
Tractare poſſim! C. *de iſtoc, cùm uſus venerit,*
Videbimus quid opus ſit. nunc iſtuc age.
s. *Nunquam commodiùs unquam herum audivi loqui,*
Nec, cùm malefacere crederem mî impuniùs
Licere. quiſnam à nobis egreditur foràs?

---

f Dromo.
t Clinia.
u Bacchidis.
x Infrà act. 4. ſc. 4. *Non mea eſt ſimulatio.*
y *Nam cuivis accidere poteſt, quod cuiquam poteſt.* Syrus apud Senecam.
z Non uſus veniet, ſpero. i. e. non eveniet, ſpero.
a Quo quidquam tale in illo ſenſerim.
b Sed ſi quid tale evenerit, nè quid graviùs feras, quàm obnoxia iſtis rebus, ſit illius ætas, vides.
c Neque indigneris, ſi, ubi tale quid evenerit, ego te magnificâ aliquâ & inſigni technâ excipiam.

ACTUS III SCENA III.

CHREMES, CLITIPHO, SYRUS.

CH. *QVid iſtuc, quæſo? qui iſtic mos eſt Clitipho? itáne fieri*

Oportet?

Oportet ? CL. *Quid ego feci ?* CH. *vidin' ego te modo* a *manum in sinum huic*
Meretrici inferre ? S. b *acta est res, perii.* CL. *mène ?* CH. *hisce oculis, nè nega.*
Facis adeò indignè injuriam illi, qui non abstineas manum :
Nam istæc quidem contumelia est, c *hominem amicum ad te recipere,*
Atque ejus amicam subagitare : vel herè in convivio quàm immodestu:
Fuisti ? S. d *Factum est.* CH. *quàm molestus ? ut equidem,*
Ità me dii ament, metui quid futurum denique esset. novi ego
Amantium animum : graviter advortunt, quæ non censeas.
CL. e *At mihi fides apud hunc est,nihil me istius facturum,pater.*
CH. *Esto.* f *at certè concedas ab ore eorum aliquantisper aliquò.*
Libido multa fert : ea facere prohibet tua præsentia.
Ego de me facio conjecturam.nemo est meorum hodie,
Apud quem expromere omnia mea occulta Clitipho audeam.
Apud alium prohibet dignitas : apud alium ipsius facti pudet,
Nè ineptus, nè protervos videar.quod illum facere credito.
Sed nostrum est intelligere, h *utcunque, atque ubicunque opus sit, obsequi.*
S. *Quid istic narrat ?* CL. *perii. Clitipho, hæc ego præcipio tibi :*

---

a ἀπὸ τῆς μασθοῦ. Aristænet. l. 1. epist. 9.

b De me actum est,adeóque re totâ inquit Syrus, metuens nè compertum haberet, ex falaci illa manu, Chremes, filii sui amasiam esse Bacchidem.

c Contra jus hospitii.

d Testatur & hoc contra herilem filium ipse Syrus, quo se insinuet magis in gratiam heri.

Quàm suspiciosi sint, neque amussim ferre possint.

e At mihi tantum habet fidei Clinia,ut nihil à me hac in re metuat.

f Utcunque volo ut ex domo mea secedas ad tempus. Visu læditur tua castitas; tui conspectus illius libido.

g Apud alium prohibet gravitas, & autoritas, nè protervus videar, apud alium pudor, nè videar ineptus.

h Pro re, loco, tempore, personis morem gerere. *Obsequium amicos*, adversari aliis, *odium parit.*

i *hominis*

i *Hominis frugi & temperantis functus officium.* CL. *tace*
Sodes. S. *rectè sanè.* CH. *Syre, pudet me.* S. *credo: neque id injuriâ*
Quin mihi molestum est, CL. *pergin'?* S. *hercle verum dico, quod videtur.*
CL. *Nonne accedam ad illos?* CH. *eho quaeso,* k *una accedendi via est?*
S. *Actum est: hic priùs se indicârit, quàm ego argentum effecero.*
Chreme, vin tu homini stulto mihi auscultare? CH. *quid faciam?* S. *jube hunc*
Abire hinc aliquò. CL. *quò ego hinc abeam?* S. *quò? quò libet: da illis locum:*
Abi deambulatum. CL. *deambulatum quò?* S. *vah, quasi desit locus,*
Abi sanè istac, istorsum, quò vis. CH. *rectè dicit: censeo.*
CL. l *Dii te eradicent Syre, qui me hinc extrudas.* S. *at tu pol tibi*
Posthac comprimito istas manus.
Censen' vero? quid illum porrò credis facturum Chreme,
Nisi eum, quantum Dii dant opis tibi, servas, m *castigas, mones?*
CH. *Ego istuc curabo.* S. *at qui nunc here hic tibi asservandus est.*
CH. *Fiet.* S. *si sapias: nam* n *mihi jam minus minúsque obtemperat.*
CH. *Quid tu? ecquid de illo, quo dudum tecum egi, egisti Syre? aut*

---

i Ut, hominis frugi & temperantis functus officio. sed interrumpit illius sermonem Clitipho, nec audire vult ipsius consilium, quo velificare voluit mandato patris, ut è domo aliquantisper concederet aliquò.

k An hæc tantùm via est accedendi ad eos, ut te immisceas ipsorum amoribus?

l Et cum dicto, exit Clitipho, Syrum exsecratus; hic illum prosequitur monitum ut eximde manus libidinantes comprimat.

m Increpas, reprehendas.

n Videtur Syrus pædagogus, i. pueri custos & ductor, fuisse Clitiphoni.

Reperisti

Reperisti quod placeat, an nondum etiam ? S. *de fallacia*
Dicis ? st. inveni o *quandam nuper.* CH. *frugi es : cedò, quid id est ?*
S. *Dicam : verùm, ut aliud ex alio incidit.* CH. *quidnam Syre ?*
S. *Pessima hæc est meretrix.* CH. *ità videtur.* S. *imò, si scias.*
Hoc vide ; quod inceptet facinus. Fuit quædam anus Corinthia
Hîc : huic drachmarum argenti hæc mille dederat mutuum.
CH. *Quid tum ?* S. *ea mortua est. reliquit filiam adolescentulam :*
Ea relicta huic p *Arraboni est pro illo argento.* CH. *intelligo.*
S. *Hanc secum huc adduxit, eáque est nunc* q *ad uxorem tuam.*
CH. *Quid tum ?* S. r *Cliniam orat, sibi uti id nunc det. illam illi tamen*
Pòst daturam mille nummûm poscit. CH. *& poscit quidem ?* S. *hui,*
Dubium id est ? CH. *ego sic putavi. quid nunc facere cogitas ?*
S. *Egóne ? ad Menedemum ibo : dicam hanc esse captam è Caria,*
Ditem, & nobilem : si redimat, magnum inesse in ea lucrum.
CH. *Erras.* S. *quid ità ?* CH. *pro Menedemo nunc tibi ego respondeo :*

---

o Fingit veterator succurrisse sibi fallaciam, nondum tamen certam & compositam.

p Arrabo est particula pretii, quæ velut in antecessum datur, ut sit pignus eruptionis. *an earnest pennie*, Agel. 17. l. 2. c. *pignori*, exponunt interpretes. quibus non subscribo. neque n. convenit summa.

q Apud uxorem tuam.

r Meretrix Cliniam orat, ut sibi nunc, i. e. præsentis pecuniæ, det id argentum, quod ipsa mutuum dederat anui illi Corinthiæ : illam autem puellam, quæ arraboni relicta est, pòst daturam illi. i. e. Cliniæ mille numûm poscit h. e. promittit, spondet, sic Faërnus, aliter Nannius. 2. Missel. 2. c. Fr. Fabricius legit, *illi tamen pòst daturum mille numûm, poscit :* hoc sensu. nam cùm Clinia sibi, filiam arraboni relictam, ità dari peteret, ut diceret, se meretrici tamen, nè omnino gratuitum donum foret, post mille numûm daturum, Syrus fingit, meretricem id jam poscere.

Non

Non emo. quid aïs ? s. *optata loquere.* CH. *atqui non eſt opus.*
s. *Non opus eſt ?* CH. *non hercle verò.* s. *qui iſtuc ? miror.* CH. *jam ſcies.*
t *Mane mane, quid eſt, quòd tam à nobis graviter crepuere fores ?*

(Εὐφήμει. bona verba. | t Andr. act. 4. ſc. 1.

ACTUS IV SCENA I.

SOSTRATA, CHREMES, NUTRIX, SYRUS.

SO. *Niſi me animus fallit, hic profectò eſt* a *annulus, quem ego ſuſpicor,*
Is, quicum expoſita eſt gnata. C. *quid volt ſibi Syre hæc oratio ?*
SO. *Quid eſt ? iſne tibi videtur ?* N. *dixi equidem, ubi mihi oſtendiſti, illico,*
Eum eſſe. SO. *at ut ſati' contemplata modò ſis, mea nutrix.* N. *ſatis.*
SO. *Abi nunc jam intrò : atque, illa ſi jam laverit, mihi nuntia.*
Hìc ego virum interea opperibor. SY. *te volt : videas, quid velit.*
Neſcio quid triſtis eſt. non temere eſt. metuo, quid ſit. C. *quid ſtet ?*
Næ iſta hercle magno jam conatu magnas nugas dixerit.
SO. *Ehem mi vir.* C. *ehem mea uxor.* SO. *te ipſum quæro.* C. *loquere, quid velis.*

---

a Portentoſos fœtus abjicere aut necare, tanquam prodigia, interat Reipublicæ. mox etiam mutilos aut illegitimos cò tandem proceſſerunt ἀστοργίας, ut & liberos nec mutilos nec illegitimos exponerent, vel morti, vel miſericordiæ. utì dictum ad 6. ſc. 4. act. Eunuch. Ità expoſiti apponebantur unà ἐπίσημα unde agnoſci poſſent, ſi qua gratior iis arrideret fortuna, hæc γνωρίσματα vocabant. erant verò aurum, monilia, annuli, pretioſa quædam, ut ſi quis eos tolleret, ſuppeteret educationis præmium; ſi moreretur, ſepulturæ ſumptus.

So. b

So. [a] *Primùm te hoc oro, nè quid credas me advorſum edictum tuum*
Facere auſam. C. *Vin' tibi me iſtuc, etſi incredibile eſt, credere?*
Credo. Sy. [b] *neſcio quid peccati portat hæc purgatio.*
So. *Meminiſtin' me eſſe gravidam, & mihi te maxumo operè dicere,*
Si [c] *puellam parerem, nolle* [d] *tolli?* C. *ſcio quid feceris:*
Suſtuliſti. So. *ſic eſt factum.* C. *domin'?* Sy, *ergò herus damno auctus eſt.*
So. *Minimè: ſed erat hìc Corinthia anus* [e] *haud impura:* [f] *ei dedi*
Exponendam. C. *ô Jupiter, tantam eſſe in animo inſcitiam?*
So. *Perii, quid ego feci?* C. *at rogitas?* So. *ſi peccavi mi Chreme,*
Inſciens feci. C. *id quidem ego, etſi tu neges, certè ſcio,*
Te inſcientem atque imprudentem dicere ac facere omnia:
Tot peccata in hac re oſtendis. nam jam primùm, ſi meum,
Imperium exequi voluiſſes, interemptam oportuit,
Non ſimulare mortem verbis, re ipſâ ſpem vitæ dare.
At id omittò: [g] *miſericordia, animus maternus: ſino.*
Quàm bene verò abs te proſpectum eſt! quid voluiſti? cogita
[h] *Nempe anui illi prodita abs te filia eſt planiſſumè.*

---

a Præmunitio cauſſæ & animi malè conſcii. ſic Parmeno, Eunuch. act. 5. ſc. 6.

b Purgatio ante accuſationem arguit malefacti conſcientiam.

c Filias exponebant potiùs quàm filios, nè damno augerent parentes in educandis iis, elocandis, atque dotandis.

d Nutriri, educari.

e Pudica & proba.

f Non ſuſtuli puellam, ſed dedi anui exponendam.

g Verùm te ad miſericordiam movit credo animus maternus. Matrum autem affectus major quàm patrum. Quod cum labore ſit, magis diligitur, ut habet Ariſtoteles l. 9. Ethic. Nicom. atque ideo matres filios magis amant, quia partûs labores iis ſunt graves, & certiùs ſciunt prolem eſſe ſuam.

h Nempe tuâ atque anûs illius proditione reſervata eſt, ut quæſtum faceret corpore, vel venalis exponeretur in gravem ſervitutem.

Per te vel utì quæstum faceret, vel utì veniret palàm.
Credo id cogitâsti, quidvis satìs est, dum vivat modò.
i *Quid cum illis agas qui neque jus, neque bonum, atque æquom sciunt,*
Melius, pejus, prosit, obsit, nìl vident, nisi quod lubet?
So. *Mi Chreme, peccavi, fateor: vincor: nunc hoc te obsecro,*
k *Quantò tuus est animus natu gravior, ignoscentior;*
Ut meæ stultitiæ in justitia tuâ sit aliquid præsidì.
C. *Scilicet equidem istuc factum ignoscam: verum Sostrata*
Malè docet te mea facilitas multa. l *sed istuc quidquid est,*
Quâ hoc occeptum est causâ, loquere. So. *ut stultè & miserè omnes sumus*
m *Religiosæ; cùm exponendam do illi, de digito annulum*
Detraho; & eum dico ut unà cum puella exponeret;
Si morearetur, n *nè expers partis esset de nostris bonis.*
C. *Istuc rectè. conservâsti te, atque illam.* So. *is hic est annulus.*
C. *Unde habes?* So. o *quam Bacchis secum adduxit adolescentulam.* Sy. *hem.*
C. *Quid ea narrat?* So. *ea lavatum dum it, servandum mihi dedit.*
Animum non advorti primùm. at postquam aspexi, illico
Cognovi: ad te exsilii. C. *quid nunc suspicare, aut invenis*
De illa? So. *nescio, nisi ex ipsa quæras, unde hunc habuerit,*
Si potis est reperiri. Sy. p *interii: plus spei video, quàm volo:*
Nostra est, ità si est. C. *vivitne illa, cui tu dederas?* So. *nescio.*

---

i Quid agat quis cum hisce viris & fœminis, qui neque &c.

k Quantò tuus est animus annis & experientiâ prudentior, tantò sit ad ignoscendum pronior.

l De exponenda puellâ dictum: verùm quâ occasione, quibus indiciis sit inventa, dic tandem.

m Superstitiosè sollicitæ.

n Hæreditatem Athenis non adibant filiæ, si essent filii, in dotem tamen dari debebat decima bonorum paternorum pars. Isæus.

o Ab illa adolescentulâ, quam Bacchis adduxit secum.

p Non vult Syrus agnosci Antiphilam, priusquam interceperit argentum quod detur Bacchidi.

C. *Quid*

C. *Quid renunciavit olim feciſſe?* SO. *id, quod juſſeram.*
C. *Nomen mulieris cedò quod ſit, ut quæratur.* SO. *Philtere.*
SY. *Ipſa eſt. mirum, ni illa ſalva eſt, ego q perii.* C. *Soſtrata.*
Sequere me intrò hác. SO. *ut præter ſpem evenit. quàm timui malè,*
Nè nunc animo ità eſſes duro, ut olim in tollendo Chreme.
C. Non licet hominem eſſe ſæpe ità ut volt, ſi res non ſinit.
q *Nunc ità tempus eſt mî, ut cupiam filiam: olim nîl minùs.*
r SY. *Niſi fallit me animus, haud multùm à me aberit infortunium:*
ſ *Ità hercle in anguſtum oppidò nunc meæ coguntur copiæ:*
Niſi aliquid video, nè eſſe amicam hanc gnati reſciſcat ſenex:
Nam quod ſperem de t argento, aut poſſe poſtulem me fallere,
Nihil eſt: triumpho, ſi licet u me latere tecto abſcedere.
Crucior x bolum tantum mihi ereptum tam ſubitò è faucibus.
Quid agam? aut quid comminiſcar? ratio de integro ineunda eſt mihi.
y Nil tam difficile eſt, quin quærendo inveſtigari poſſiet.
Quîd, ſi hoc ſic nunc incipiam? nihil eſt. ſi ſic? tantundem egero.
At ſic opinor: non poteſt: immo optumè. euge habeo optumam.

---

q Olim in tenui fortunâ nolui filiam alere, nunc *in tantâ & bene auctâ*, ut 5. ſcen. hujus actûs, gaudeo mihi eſſe filiam. pro re, pro tempore mutantur hominum animi.

r Hinc in pleriſque libb. nova incipit ſcena.

ſ Tranſlatio à re militari ubi exercitus in anguſtias coactus non ſine magno periculo ſe expedire valet.

t Quo ſenem ferire & circumducere cogitârem.

u Continuat in Metaphora à re militari ubi agmen iniquitate loci vel numero hoſtium oppreſſum ab alterutro latere vel tergo, in haſtam aut ſcutum ſe inclinare, ſolet, quaſi frontem hoſti obvertere, adeóque tuto ac honeſto receptu diſcedere.

x Metaph. ab alitibus, canibus, aut feris prædam captantibus.

y Ἀλωτὸν γένοιτ' ἂν πᾶν ἐπιμελείᾳ καὶ πόνῳ ἄπορον. Menander. τὸ δὲ ζητούμενον ἁλωτόν. ἐφεύρω δ', ἐὰν ἐμπλήσθην. Sophocl. Oedip.

Retraham hercle, opinor, ad me idem illud 2 *fugitivum argentum tamen.*

---

2 Metaph. domi nata, à servo sc. fugitivo. *quem retractum ex itinere parens necari jussit.* Salust.

ACTUS IV SCENA II.

CLINIA, SYRUS.

C. *NVlla mihi res posthac potest jam intervenire tanta,*
Quæ mihi ægritudinem afferat: tanta hæc lætitia obortа est.
a *Dedo patri me nunc jam, ut frugalior sim quàm volt.*
S. *Nil me fefellit: cognita est, quantùm audio hujus verba.*
Istuc tibi ex sententia tuâ obtigisse lætor.
C. *O mi Syre, audistin' obsecro?* S. *quid ni? qui usque unà affuerim.*
C. *Cui æquè audisti commodè quidquam evenisse?* s. *nulli.*
C. *Atque, ità me dii ament, ut ego nunc non tam meapte causâ*
Lætor, quàm b *illius: quam ego scio esse honore quovis dignam.*
S. *Ità credo: sed nunc Clinia age,* c *da te mihi vicissim:*
Nam d *amici quoque res est videndа, in tuto ut collocetur,*
e *Nè quid de amica nunc senex.* C. *ô Jupiter!* s. *quiesce.*
C. f *Antiphila mea nubet mihi.* s. *siccine me interloquere?*
C. *Quid faciam Syre mi? gaudeo: fer me.* s. *fero hercle verò.*

---

a Patris me imperio & voluntati dehinc submitto. *Tibi, pater, me dedo, quidvis onerio impone, impera.* Andr. 5. act. 3. sc. *Dare* est quod repetas, *Dedere* est ad perpetuum. *Damus* amicis, *Dedimus* tantùm hostibus.

b Antiphilæ.

c Ut modò. in distinctione usitatâ, verborum, *Do* & *Dedo*.

d Clitiphonis.

e Nè quid de Bacchide rescisсat Chremes.

f Exsultat immodicè Clinia. nondum constabat de Chremetis voluntate super nuptiis, namque is mox scen. 5. *Ai ego illi neque do, neque despondeo.*

C. g Deorum vitam h adepti sumus. s. frustrà operam opinor sumo.

C. Loquere audio. s. at jam hoc non ages. C. agam. s. videndum est, inquam,
Amici quoque res Clinia tui in tuto ut collocetur:
Nam si nunc à nobis abis, & Bacchidem hìc relinquis,
Senex resciscet illico esse amicam hanc Clitiphonis:
Si abduxeris, celabitur itidem, ut celata adhuc est.
C. At enim istoc nihil est magis Syre meis nuptiis advorsum:
Nam i quo ore appellabo patrem? tenes, quid dicam? s. quid ni?
C. Quid dicam? quam causam afferam? s. quid? nolo mentiare:
Apertè, ità ut res sese habet, narrato. C. quid ais? s. jubeo.
k Illam te amare, & velle uxorem: l hanc esse Clitiphonis.
C. Bonam atque justam rem oppidò imperas, & factu facilem.
Et scilicet jam me hoc voles orare patrem, ut celet
Senem vostrum. s. imò ut rectâ viâ rem narret ordine omnem.
C. hem,
Satin' sanus es & sobrius? tu quidem illum planè perdis:
Nam quî ille poterit esse in tuto, dic mihi?
s. Huic equidem consilio m palmam do: hìc me magnificè effero,
Qui vim tantam in me & potestatem habeam tantæ astutiæ,
Vera dicendo ut eos ambos fallam; ut, cùm narrat senex
Vester nostro, esse n istam amicam gnati, non credat tamen.
C. At enim spem istoc pacto rursum nuptiarum omnem eripis:

---

g Vide Andr. 5. act. 5. sc. quæ ad illa Pamphili *Ego vitam Deorum propterea sempiternam esse arbitror.* &c.

h Al. *apti sumus* ab antiquo *apiscor*, ut procedat octonarius iambicus catalecticus sine licentia.

i Quâ fronte.

k Antiphilam.

l Bacchidem.

m Tanquam palmarium sit, vincat & magnificè triumphet.

n Narret Chremes Menedemo Bacchidem istam esse amicam Clitiphonis, quam domum ad se per dies aliquot recipiat. interea aliquid fiet. Vide Argumentum hujus fabulæ, ab Antonio Murero scriptum.

Nam dum amicam hanc meam esse credet, non committet filiam.

Tu fortasse, quid me fiat, o parvi curas, dum illi consulis.

S. *Quid, malum, me* P *ætatem censes velle id adsimularier?*

Unus est dies, dum argentum eripio, q *pax! nihil amplius.*

C. *Tantum sat habes? quid tum quæso, si hoc pater resciverit?*

S. *Quid, si redeo ad* r *illos, qui aiunt,* quid si nunc cœlum ruat?

C. *Metuo, quid agam.* S. *metuis? quasi non ea potestas sit tua, Quo velis in tempore ut te exsolvas, rem facias palàm.*

C. *Age, age, traducatur Bacchis.* S. *optumè. ipsa exit foràs.*

---

o Al: *parvi pendis.*

p Diu, in longinquum, sive perpetuum.

q Tantum est, sat est. *basta.* Hispan. vide 2. sc. 2. act. suprà. unde Clinia repetit, *Etiámne? tantum est? sat habes.*

r Qui, tutissimis in rebus, omnia timent, etiam, nè ruat cœlum. Aristoteles. l. 5. Phys. scribit, priscis illis & rudibus mortalibus persuasum fuisse, Cœlum Atlanticis humeris sustineri, quòd si ille subduxisset, fore, ut in terram decideret. prudentiores illi Scytharum legati ad Alexandum, qui ab eo rogati nunquid illum non timerent. respondebant, nos certè nihil omnino timemus, *nisi nè cœlum ruat.* de Phenace quodam videatur Plutarchus lib. de facie quæ apparet in orbe Lunæ.

ACTUS IV SCENA III.

BACCHIS, CLINIA, SYRUS, DROMO, PHRYGIA.

B. *SAti' pol protervè me Syri promissa huc induxerunt,*
a *Decem minas quas mihi dare pollicitus est. quod si is nunc me*
Deceperit; sæpe obsecrans me, ut veniam, frustrà veniet:
Aut, cùm venturam dixero, & constituero; cùm is certè
Renunciârit; Clitipho cùm in spe pendebit b *animi;*

---

a Propter decem minas.

b Vide Grammaticam nostram, pag. 74. reg. Syntaxeos. 46.

Decipiam

Decipiam, ac non veniam; Syrus mihi tergo c *pœnas pendet.*
C. d *Sati' ſcitè promittit tibi.* S. *atqui tu hanc jocari credis?*
Faciet, niſi caveo. B. e *dormiunt: pol ego iſtos commovebo.*
Mea Phrygia audiſtin', modò iſte homo quam villam demonſtravit
Charini? P. *audivi.* B. *proximam eſſe huic fundo ad dextram?*
P *memini.*
B. f *Curriculo percurre: apud eum miles* g *Dyonyſia agitat.*
S. *Quid inceptat?* B. *dic me hic oppidò eſſe* h *invitam, atque aſſervari:*
Verùm aliquo pacto verba me his daturam eſſe, & venturam.
S. *Perii hercle: Bacchis mane, mane: quò mittis iſtanc quæſo?*
Jube, maneat. B. *abi.* S. *quin paratum eſt argentum.* B. *quin ego maneo.*
S. *Atqui jam dabitur.* B. *ut lubet, num ego inſto?* S. *at ſcin' quid ſodes?*
B. *Quid?* S. *tranſeundum nunc tibi ad Menedemum eſt, &* i *tua pompa*
Eò traducenda eſt. B. *quam rem agi' ſcelus?* S. *ego* k *argentum cudo,*
Quod tibi dem. B. *dignam me putas, quam illudas?* S. *non eſt temere.*
B. *Etiámne tecum hic res mihi eſt?* S. *minimè: tuum tibi reddo.*
B. *Eatur.* S. *ſequere hàc. heus Dromo.* D. *quis me volt?* S. *Syrus.* D. *quid eſt rei?*
S. *Ancillas omnes Bacchidis traduce huc ad vos properè.*

---

c *Vindictæ. Nemo magis quàm fœmina.* Juvenal. Sat. 13. præcipuè, mala merx, meretrix.

d Ex alieno corio abunde liberalis. Minatur.

e Otioſè agunt, meî negligentes.

f Propera, quaſi ciſio celeriter veſta.

g De Dionyſiis, vidè quæ ſuprà ad 1. ſcen. ſub exitu.

h Ex arte, faſtu & protervia meretriciâ.

i Comitatus ancillarum, aurum, veſtes, mundus muliebris.

k Quod tibi promiſſum eſt, argentum.

B. *Quam ob rem?* s. *nè quæras.* l *efferunt, quæ secum huc attulerunt.*
Sperabit sumptum sibi senex esse harunc' abitu levatum.
m *Næ ille haud scit, hoc paulum lucri quantum ei damni opportet.*
n *Tu nescis id quod scis* Dromo, *si sapies.* D. *mutum dices.*

---

l Innuit meretrices habere viscatas manus.

m Verùm decollabit ea spes, major illi imminet sumptus, damnum gravius, emungendus est argento.

n Vide quæ ad 4. sc. 2. act. Eunuchi. ibi *Fol, si sapis, quod scis, nescis.*

ACTUS IV SCENA IV.

CHREMES, SYRUS.

C. *ITà me dii amabunt,* a *ut nunc, Menedemi* b *vicem,*
Miseret me, tantum devenisse ad eum mali.
Illanccine mulierem alere cum illa familia?
Etsi scio, hosce aliquot dies non sentiet:
Ità magno desiderio fuit ei filius.
Verùm ubi videbit tantos sibi sumptus domi
Quotidianos fieri, nec fieri modum,
Optabit rursum ut abeat ab se filius.
Syrum optumè, eccum. S. *cesso hunc adoriri?* C. *Syre.* S. *hem.*
C. *Quid est?* S. *te mihi ipsum jam dudum optabam dari.*
C. *Videre egisse jam nescio quid cum sene.*

---

a Μέμνησθ' ἴσως ἄρα τοῖς ἐπαινοῦσι τὸ παρόντας ἡμᾶς τοὺς συναλγοῦντας βλέπειν. Menan.

b Ellipsis, *ob* vel *propter vicem.* v. Syntaxin nostram.

S. *De illo, quod dudum* c *dictum factum reddidi.*
C. *Bonân' fide ?* S. *bonâ hercle.* C. *non possum pati,*
d *Quin tibi caput demulceam. accede huc Syre:*
Faciam boni tibi aliquid pro ista re, ac lubens.
S. *At si scias, quàm scitè in mentem venerit.*
C. *Vah,* e *gloriare evenisse ex sententia ?*
S. *Non hercle verò: verum dico.* C. *dic, quid est ?*
S. *Tui Clitiphonis esse amicam hanc Bacchidem*
Menedemo dixit Clinia, & eâ gratiâ
Secum adduxisse, nè id tu persentiscres.
C. *Probè.* S. *dic sodes.* C. *nimiùm inquam.* S. *imò si scias,*
Sed porrò auscultа quod supereſt fallaciæ.
Sese ipse dicet tuam vidisse filiam:
Sibi complacitam ejus formam, postquam aspexerit.
Hanc cupere uxorem. C. *modòne quæ inventa est ?* S. *eam:*
Et quidem jubebit f *posci.* C. *quam ob rem istuc Syre ?*
Nam prorsum nihil intelligo. S. *hui, tardus es.*
C. *Fortasse.* S. *argentum dabitur ei ad nuptias,*
g *Aurum, atque vestem, qui, tenésne ?* C. *comparet ?*
S. *Id ipsum.* C. *at ego illi nec do, nec* h *despondeo.*
S. *Non ? quam ob rem ?* C. *quam ob rem me rogas ?* i *homini.* S. *ut lubet.*
Non ego in perpetuum dicebam illam illi ut dares,

c Quod dixi, expedivi. simul cum dicto, celeriter. ἅμ' ἔπος, ἅμ' ἔργον. legitur &, *dictum ac factum reddidi.* nihil hac in re omisi, nihil intentatum aut infectum reliqui.

d Quod pueris fieri solet per blanditiarum delicias ab iis qui eos collaudant. *stroke his head.*

e Quia Menedemus nondum circumductus erat argento, sed dolus tantùm struebatur, Nannius conjicit legendum *hariolare.* i. e. inani divinatione jactas. 2. l. Miscell. c. 5.

f Peti in uxorem, quod facit Menedemus. sc. 7.

g Quo argento aurea ornamenta, vestes, &c. per Aposiopesin (supplet Chremes) comparet.

h *Spondeo*, legendum putat G Fabricius, quòd Donatus dicat, *spondet puellæ patri, despondet, adolescentis.* promiscuè tamen usurpantur à probatissimis autoribus.

i Aposiopesis. subaudi, fugitivo, qui à patre aufugerat, meretricis superbæ & sumptuosæ addicto.

Verùm

Verùm ut simulares. C. [i] *non mea est simulatio:*
Ità tu istæc tua misceto, nè me admisceas.
Egón', cui daturus non sim, ut ei despondeam?
S. *Credebam.* C. *minimé.* S. *scitè poterat fieri:*
Et ego hoc, quia dudum tu tantopere jusseras,
Eo cœpi. C. *credo.* S. *cæterum equidem istuc Chreme*
Æqui bonique facio. C. *atquì cùm maximè*
Volo te dare operam ut fiat, verùm aliâ viâ.
S. *Fiat: quæratur aliud. sed illud quod tibi*
Dixi de argento, quod ista debet Bacchidi,
Id nunc reddendum est illi. [k] *neque tu scilicet*
Eò nunc confugies. [l] *quid meâ? num mihi datum est?*
Num jussi? num illa oppignorare filiam
Meam me invito potuit? verùm illud Chreme
Dicunt: [m] *jus summum, sæpe summa est malitia.*
C. *Haud faciam.* S. *imò aliis si licet, tibi non licet.*
Omnes in lauta te & bene parte auctâ putant.
C. *Quin egomet jam ad eam deferam.* S. *imò filium*
Jube potiùs. C. *quam ob rem?* S. *quia enim in eum suspicio est*
Translata amoris. C. *quid tum?* S. *quia videbitur;*
Magìs verisimile id esse, cùm hic illi dabit:
Et simul conficiam facilius ego, quod volo.
Ipse adeò adest, abi, effer argentum. C. *effero.*

---

i Suprà dixerat Syrus, *mentiri non est meum.* reddit illi Chremes: *non est mea simulatio.* tu tibi habe consarcinatas tuas technas; neque me iis admisceas.

k O currit veterator servus iis quæ peterat Chremes objicere & respondere.

l Quid meâ refert?

m Rigor, ut vocant, ex verbis juris, non ex mente & sensu ejus qui scripsit. *Summum jus summa est injuria.* citat Cic. 1. 1. de offic. *Nam summum jus antiqui pœnabant summam crucem.* Columell. prolog. lib. 7. Ὁ δ' ὑμῶν τὰς νόμους λίαν ἀκριβῶς, συκοφάντης φαίνεται. Menander.

n Al: *bene parte auctâ.* alii, *unctâ.* al. *parti auctæ.*

ACTÛS IV SCENA V.

CLITIPHO, SYRUS.

C. *Nulla eſt tam facilis res, quin difficilis fiet,*
Quam a *invitus facias. vel me hæc deambulatio,*
b *Quàm non laborioſa, ad languorem dedit:*
Nec quidquam magis nunc metuo, quàm nè denuo
Miſer aliquò extrudar hinc, nè accedam ad Bacchidem.
c *Ut te quidem omnes dii, deæ, quantum eſt, Syre*
Cum tuo iſtoc invento, cúmque incepto perduint.
Hujuſmodi mî res ſemper comminiſcere,
d *Ubi me excarnufices.* S. e *I tu hinc quò dignus es?*
Quàm penè tua me perdidit proteruitas.
C. *Vellem hercle factum: ità meritu'.* S. *meritu'? quo modo?*
Næ me iſtuc ex te priùs audîſſe gaudeo,
Quàm argentum haberes, quod daturus jam fui.
C. *Quid igitur dicam tibi vis? abiiſti, mihi*
Amicam addùxti, quam non licitum eſt tangere.
S. *Jam non ſum iratus: ſed ſcín' ubi nunc ſit tibi*
Bacchis? C. *apud nos.* S. *non.* C. *ubi ergò?* S. *apud Cliniam.*
C. *Perii.* S. *bono animo es. jam argentum ad eam deferes,*
Quod ei es pollicitus. C. f *garris. unde?* S. *à patre.*
C. *Ludis fortaſſe me.* S. *ipſâ re* g *experibere.*
C. *Næ ego fortunatus homo ſum. deamo te Syre.*
S. *Sed pater egreditur. cave, quidquam admiratu' fis,*
Quâ cauſſâ id fiat. obſecundato in loco.
Quod imperabit, facito: loquitor paucula.

---

a Voluntas numeratur inter actionum principia, quâ propenſa vel averſâ redduntur labores graves vel leves.

b Quamvis non admodum laborioſa.

c Quantum eſt Deorum, Dearúmque, quicunque quotcunque,

d Minutim excrucies.

e Non excuſat ſe Syrus, ſed recriminatur, fiduciâ argenti jam parati fretus, quæ clavis conciliationis.

f Nugaris. Metaph. ab avibus.

g Archaiſmus. experiere.

ACTUS IV SCENA VI.

CHREMES, CLITIPHO, SYRUS.

CH. UBi Clitipho nunc est? S. eccum me, inque. CL. eccum hìc tibi.
CH. Quid rei esset, dixti huic? S. dixi pleraque omnia.
CH. Cape hoc argentum, ac defer. S. [a] hei, quid stas lapis? Quin accipis? CL. cedò sanè. S. sequere hâc me ocyùs:
[b] Tu hìc nos, dum eximus, interea [c] opperibere:
Nam nihil est [d] illìc, quod moremur diutiùs.
CH. [e] Minas quidem jam decem habet à me filia:
Quas pro alimentis esse nunc duco datas.
Hasce ornamentis consequentur alteræ.
Porrò hæc talenta dotis apposcunt duo.
Quàm multa injusta ac prava fiunt moribus:
Mihi nunc, relictis rebus, inveniendus est
Aliquis, [f] labore inventa mea cui dem bona.

---

a Accelerare jubet, nè mora trahat periculum, ignavum & brutum, instar lapidis stupidum insimulans.
b Chreme.
c Archaïcè opperiere.
d Apud Menedemum, ubi jam Bacchis.
e Computat quasi digitis senex, quot quantisque auctus sit damnis, inventâ filiâ, ad alimenta, ornamenta, dotem.
f Cui rem meo partam labore dem cum filiâ dotatâ.

ACTUS IV SCENA VII.

MENEDEMUS, CHREMES.

M. [a] MUltò omnium nunc me fortunatissimum
Factum puto esse gnate, cùm te intelligo

---

a Apostrophe ad filium absentem, vel domi residentem, cùm ipse foris egreditur.

b Respisse.

[b] *Resipisse.* C. *ut* [c] *errat.* M. *te ipsum quærebam Chreme:*
Serva, quod in te est, filium, & me, & familiam.
C. *Cedo, quid vis faciam?* M. *invenisti hodie filiam.*
C. *Quid tum?* M. *hanc uxorem sibi dari volt Clinia.*
C. *Quæso, quid tu hominis es?* M. *quid?* C. *jámne oblitus es,*
Inter nos quid sit dictum de fallacia,
Ut eâ viâ abs te argentum auferretur? M. *scio.*
C. *Ea res nunc agitur ipsa.* M. *quid dixti Chreme*
Erravi. res acta est. quantâ de spe decidi!
Imò hæc quidem quæ apud me est Clitiphonis est
Amica. [d] *ità aiunt.* C. *& tu credis?* M. *omnia.*
C. *Et illum aiunt velle uxorem, ut,* [e] *cùm desponderis,*
Des qui aurum, ac vestem, atque alia, quæ opus sunt, comparet.
M. *Id est profectò: id amicæ dabitur.* C. *scilicet*
[f] *Daturum.* M. *ah,* [g] *frustrà igitur gavisus sum miser.*
Quidvis tamen jam malo, quàm hunc amittere,
Quid nunc renunciem abs te responsum Chreme,
Nè sentiat me sensisse, atquè ægre ferat?
C. *Ægrè? nimiùm illi Menedeme indulges.* M. *sine:*
Inceptum est: perfice hoc mihi perpetuum Chreme.
C. *Dic convenisse, egisse te de nuptiis.*
M. *Dicam, quid deinde?* C. *me facturum esse omnia,*
Generum placere: postremò etiam, si voles,
Desponsam quoque esse dicito. M. *hem, istuc volueram:*
C. *Tantò ocyùs te ut* [h] *poscat, & tu id, quod cupis,*
Quàm ocyssimè ut des. M. *cupio.* C. *nè tu propediem,*

---

b E vitiorum gurgite ad sanam mentem & rectam vivendi rationem emersisse.

c Utrque Chremes præcipuè qui Menedemum credit decipi, cùm ipse decipitur.

d Clinia, Syrus, Dromo.

e Vide scen. 4. *nec do, nec despondeo.*

f Al. *Datum.*

g Frustrà gavisus sum, siquidem filius non resipuerit, neque tu daturus filiam in uxorem, ità poscebat ipse, sperabam ego, tu visus promittere.

h Argentum.

Ut

Ut illam rem video, ijſtius i *obſaturabere.*
Sed hæc ut ut ſunt, cautim, & paulatim dabis,
Si ſapies. M. *faciam.* C. *abi intrò: vide, quid poſtulet.*
Ego domi ero, ſi quid me voles. M. *ſanè volo:*
k *Nam te ſcientem faciam, quidquid egero.*

---

i Quantum video ſumptum quem es facturus, brevi ſatias te illius capiat uſque ad tædium & faſtidium.

k Te conſulam, te certiorem faciam. Al. leg. *te ſciente.*

ACTUS V SCENA I.

MENEDEMUS, CHREMES.

M. *EGo me non tam aſtutum, neque ità perſpicacem eſſe id ſcio:*
Sed hic adjutor meus, & a *monitor, & præmonſtrator Chremes*
Hoc mihi præſtat. in me quidvis harum rerum convenit,
Quæ ſunt dicta in ſtultum, b *caudex, ſtipes, aſinus, plumbeus:*
In illum nil potèſt: exſuperat ejus ſtultitia omnia hæc.
C. c *Ohe, jam deſine deos uxor* d *gratulando obtundere,*
Tuam eſſe inventam gnatam e *niſi illos tuo ex ingenio judicas,*
Ut nil credas intelligere, niſi idem dictum eſt centies.
Sed interim quid illic gnatus ceſſat cum Syro?
M. *Quos aïs homines Chreme ceſſare?* C. *hem, Menedeme advenis?*
Dic mihi, Cliniæ, quæ dixi, nunciâſtin'? M. *omnia.*
C. *Quid aït?* M. *gaudere adeò occepit, quaſi qui cupiunt nuptias.*
C. *Ha, ha, hæ.* M. *quid riſiſti?* C. *ſervi venere in mentem Syri*

---

a Ironicè, iſta.

b *Stulti, ſtolidi, fatui, fungi, bardi, blenni, buccones; hos ſolus ego omnes longè anteo ſtultitiâ.* Plaut. Bacch. 5. act. 1. ſc.

c Egrediens Chremes, converſus ad ædes hæc uxori quæ eſtinctus. v. act. 3. ſc. 2. Andr.

d Diis agendo gratias, tibíque gratulando, ſuper inventâ filiâ.

e Niſi Deos tuſ ſimiles judices, ut nſi, &c.

Calliditates

Calliditates. M. *itáne?* C. [f] *voltus, quoque hominum fingit scelus.*

M. *Gnatus quòd se assimulat lætum, id dicis?* C. *id.* M. *idem istuc mihi*
Venit in mentem, [g] *veterator.* M. *magi', si magi' nôris, putes,*
Ità rem esse. C. *ain' tu? quin tu ausculta.* C. *mane: prius hoc scire expeto,*
[h] *Quid perdideris. nam ubi desponsam nuntiâsti filio,*
Continuò injecisse verba tibi [i] *Dromonem scilicet,*
Sponsæ vestem, [k] *aurum, atque ancillas opus esse, argentum ut dares.*
M. *Non.* C. *quid non?* M. *non inquam.* C. *neque ipse gnatus?* M. *nîl prorsus Chreme.*
Magis unum etiam instare, ut hodie confierent nuptiæ.
C. *Mira narras. quid Syrus mens? nè is quidem quidquam?* M. *nihil.*
C. *Quamobrem?* M. *nescio equidem:* [l] *sed te miror, qui alia tam planè scias.*
Sed tuum ille quoque Syrus idem mirè finxit filium,
Ut nè paululum quidem suboleat amicam esse hanc Cliniæ.
C. *Quid aïs?* M. [m] *mitto jam osculari, atque amplexari: id nîl puto.*

---

f Scelestus ille Syrus non se tantùm, sed & alios instruit omnem induere personam vultum fingere & componere ad omnem animi habitum, mox versu abhinc 12.

g Versutissimus veterator est Syrus iste. vid. act. 2. Andr. sc. 6.

h Quantùm argenti tibi extorserit Syrus.

i Voluit Chremes celare autorem & transferre in Dromonem, deinde in Clitiam, denique in Syrum, unde habuit ista, act. 4. sc. 4.

k Αυτὸν Σῦρον λέγει ἐν ἀρχῇ. Menander apud Athenæum 6. l.

l Miror interim te, qui Lynceus alter tam acutùm cernis aliena arcana, ut scias quàm filii mei vultum finxerit Syrus, in rebus propriis in tantum esse talpam, ut non videas eundem Syrum tunum quoque filium tam mirè finxisse, ut tibi glaucomam ob oculos objiceret nè discernas Bacchidem hanc simulari amicam Cliniæ, esse revera Clitiphonis.

m Omitto oscula, amplexus, manus salaces. levia sunt illa, præut quod jam audies.

C. *Quid*

C. *Quid eſt, quod ampliùs ſimuletur ?* M. *vah.* C. *quid eſt ?* M. *audi modò :*
Eſt mihi ultimis conclave in ædibus quoddam retrò :
Huc eſt intrò n *latus lectus, veſtimentis ſtratus eſt.*
C. *Quid, poſtquam hoc eſt factum ?* M. o *dictum factum, huc abiit Clitipho.*
C. *Solus ?* M. *ſolus.* C. *timeo.* M. *Bacchis conſecuta eſt illico.*
C. *Sola ?* M. *ſola.* C. *perii.* M. *ubi abire intrò, operuere oſtium.*
C. *hem.*
Clinia hæc fieri videbat ? M. *quid ni ? unà mecum ſimul.*
C. *Filii eſt amica Bacchis Menedeme : occidi.*
M. *Quamobrem ?* C. p *decem dierum vix mi eſt familia.*
M. *Quid ? iſtuc times, quòd operam amico ille dat ſuo ?*
C. *Imò quòd amicæ.* M. *ſi dat.* C. *an dubium id tibi eſt ?*
Quenquámne animo tam q *comi eſſe, aut leni putas,*
Qui ſe vidente amicam patiatur ſuam ? r. M. *ha, ha, hæ.*
Quidni ? quò verba facilius dentur mihi.
C. *Derides ? meritò mihi nunc ego ſuccenſeo.*
Quot res ſ *dedêre, ubi poſſem perſentiſcere,*
Ni eſſem lapis quæ vidi ? væ miſero mihi.
At næ illud haud inultum, ſi vivo ferent :
Nam jam. t M. *non tu cohibes ? non te reſpicis ?*
Non tibi ego exempli ſatis ſum ? C. *præ iracundia*
Menedeme u *non ſum apud me.* M. *tène iſtuc loqui ?*

---

n Exemtiles olim lectos & portatiles habere moris erat, quos hinc indè deportabant. Hom. Odyſſ. 23. Αλλ' ἄγε οἱ ςόρεσον πυκινὴν λέχος, ὄφρα, &c.

o Πίχθιν ἢ πρόσθιν. ſuprà act. 4. ſc. 4.

p Res mea familiaris intra 10. dies tota exhaurietur. ut in re militari dicitur, *trium dierum commeatus.*

q Tam patienti, miti. legitur & *communi* utrunque à MSS. *comi.*

r Verecunda & honeſta Apoſiopeſis.

ſ Sc, occaſionem.

t Apoſiopeſis, ex ira effervescente.

u Non ſum meî compos. Iræ ſc. motu incaleſcit cor, inflamantur ſpiritus & ſanguis, mens de cardine tollitur.

Nonne

Nónne id flagitium eſt, x *te aliis conſilium dare,*
y Forìs ſapere, tibi non poſſe te auxiliarier ?
C. *Quid faciam ?* M. *id, quod me feciſſe aiebas parùm :*
Fac, te patrem eſſe ſentiat : fac, ut audeat
Tibi credere omnia, abs te petere, & poſcere,
Nè quam aliam quærat copiam, ac te deſerat.
C. *Imò abeat potiùs multo quovis gentium,*
Quàm hic per flagitium ad inopiam redigat patrem !
Nam ſi illi pergo ſuppeditare ſumptibus
Menedeme, mihi illæc verè z *ad raſtros res redit.*
M. *Quot incommoda tibi in hac re capies, niſi caves ?*
Difficilem oſtendis te eſſe, & ignoſces tamen
Poſt, & id ingratum. C. *ah neſcis, quàm doleam.* M. *ut lubet :*
Quid hoc, quod volo, ut illa nubat noſtro, niſi quid eſt,
Quod malis. C. *imò & gener, & affines placent.*
M. *Quid dotis dicam te dixiſſe filio ?*
Quid obticuiſti ? C. *dotis ?* M. *ità dico.* C. *ah.* M. *Chreme,*
Nè quid veredre, ſi eſt minu' : nìl dos nos movet.
C. *Duo talenta* a *pro re noſtra ego eſſe decrevi ſatis :*
Sed ità dictu opu' eſt, ſi me vis ſalvom eſſe, & rem, & filium,
Me mea omnia bona doti dixiſſe illi. M. *quam rem agis ?*
C. *Id mirari te ſimulato, & illum hoc rogitato ſimul,*
Quamobrem id faciam. M. *quin ego verò, quamobrem id facias,*
neſcio.
C. *Egóne ? ut illius animum, qui nunc luxuriâ, & laſciviâ*
Diffluit, retundam, redigam, ut, quò ſe vortat, neſciat.
M. *Quid agis ?* C. *mitte, ſine me in hac re* b *gerere mihi morem.* M. *ſino :*

---

x Μισῶ σοφιζόμενον, ὅστις οὐχ αὑτῷ σοφός. Euripid.

y Chremeti regerit Menedemus ſua ipſius verba, & conſilium in ipſum retorquet, non ſine tacita curioſitatis exprobatione. *Conſer. Act.* 1. *ſc.* 1.

z Alluſum ad raſtros Menedemi, Act. 1. ſc. 1. & Emphaticè: mihi illæc verè præ inopia ad raſtros res redit, non ut tibi modò obſtinato dolore. Idque proverbialiter, ut ; *ad reſtim res rediit. Ad inciſas redactus fuit.*

a Pro facultatibus meis.

b Animo meo ſatisfacere, arbitrio meo facere.

Itáne vis? Itá. M. *fiat.* C. *jam, ac* c *uxorem ut accersat, paret*
Se. hic ità, d *ut liberos est æquom, dictis confutabitur.*
Sed Syrum. e M. *quid eum?* C. *egòne? si vivo,* f *adeò exornatum dabo,*
Adeò g *depexum, ut, dum vivat, meminerit, semper meî:*
Qui sibi me pro ridiculo ac delectamento putat.
Non (ità me dii ament) auderet facere hæc h *viduæ mulieri,*
Quæ in me facit.

---

c Deductio uxoris vesperi adeò & noctu fiebat.

d Clitipho convictus dictis castigabitur sc. 4. infrà *gerro, iners* &c. servili mulctabitur supplicio.

e Aposiopesis ex ira.

f Verberibus & cruciatu carminatum. *I'e so trim him.*

g Plagris. Plaut. Mencech. *Pecte pugnis.* act. 5. sc. 7. Pœn. act. 1. sc 2. *Leno pugnis pectitur.* Rud. act. 3. 2. sc.

h In quam injuria plerunque impunita. Quintil. Declam. *Imbecilla res est fœmina, & affert infirmitati naturali non leve pondus, quòd vidua est.*

ACTÛS V SCENA II.

CLITIPHO, MENEDEMUS, CHREMES, SYRUS.

CL. *ITáne tandem quæso est Menedeme, ut pater*
Tam in brevi spatio omnem de me ejecerit animum patris?
Quodnam ob facinus? quid ego tantum sceleris admisi miser?
a *Volgò id faciunt.* M. *scio tibi esse hoc gravius multò, ac durius,*
Cui fit. Verùm ego haud minùs ægrè patior id, qui nescio,
Nec rationem capio, nisi quòd tibi bene ex animo volo. CL. *hìc*
Patrem adstare aiebas? M. *eccum.* CH. *quid me incusas Clitipho?*

---

a Purgatio popularis, exemplum. *Nam quod exemplo fit, id etiam jure fieri putant. atque alia quid atque adeò multa afferunt de suo.* Cic. epist. 3. l. 4.

Quidquid

Quidquid ego hujus feci, tibi prospexi, & stultitiæ tuæ.
Ubi te vidi animo esse [b] *omisso, &, suavia in præsentia*
Quæ essent, prima habere, neque consulere in longitudinem;
Cepi rationem, ut neque egeres, neque ut hæc posses perdere.
Ubi, cui decuit primò, tibi non licuit [c] *per te mihi dare*
Abii ad [d] *proximos tibi qui erant, eis commisi, & credidi.*
[e] *Ibi tuæ stultitiæ semper erit præsidium Clitipho,*
Vitium, vestitus, quo in tectum te receptes. CL. *hei mihi.*
CH. *Satius est, quàm te ipso hærede hæc possidere Bacchidem.*
s. *Disperii: scelestius quantas turbas concivi insectens?*
CL. *Emori cupio.* CH. *prius quàso disce, quid sit vivere.*
[f] *Ubi scies, si diplicebit vita, tum* [g] *istoc utitor.*
s. *Here licètne?* CH. *loquere.* s. *at tutò.* CH, *loquere.* s. *quæ istæ est pravitas,*
Quæve amentia est, quod peccavi ego, id obesse huic? CH. *ilicet,*
Nè te admisce: nemo accusat Syre te: nec tu [h] *aram tibi,*
Neque [i] *precatorem parâris.* s. *quid agis?* CH. *nil succenseo,*
Nec tibi, nec huic, [k] *nec vos est æquum, quod facio, mihi.*
s. [l] *Abiit. vah. rogâsse vellem.* CL. *quid Syre?* s. *unde mihi peterem cibum.*
Ità nos alienavit. tibi jam esse [m] *ad sororem intelligo.*

---

[b] Negligenti, non in futurum prospicienti, sed voluptates præsentes habere potiores quàm utilia in posterum & honesta. Adelph. 5. act. 3. sc. *Omissiores paulò.*

[c] Tuâ ipsius culpâ.

[d] Hæredes, sororem tuam & maritum ejus, levirum.

[e] Apud illos.

[f] Secundum rationem & virtutem, quæ vera est vita. Lactantius, l. 3. c. 18. *Nonne igitur verum ille & communi omnium patet Terentianum illud jure increpaverit, Prius disce quid sit vivere.*

[g] Moriendi voto atque consilio.

[h] Athenis, urbe mediâ fuit ara, Misericordiæ sacra, asylum, ad quod confugerent cives miseri, nec non servi. ἔχει δὲ κατάφυγὴν, ὅτι μὴ πᾶσι δῶλοι δὲ βωμοὺς θεῶν. Eurip. Andromach. Plutarch. lib. de superstitione dicitur φύζιμος & βωμιος. *Hæc ara tuebitur omnes.* Hecuba apud Virg. 2. Æn.

[i] Deprecatorem, qui pro te intercedat. *Precator adfuisset, malam rem effugies nunquam.* Plaut. Asin. act. 2.

[k] Nec vos æquum est mihi succensere.

[l] Senex, Chremes.

[m] Apud sororem.

CL. *Adeón' rem rediisse, ut periculum etiam* [n] *fame nihi sit Syre?*

S. *O Modò liceat vivere, spes est.* CL. *quæ?* S. P *nos esurituros satis.*

CL. *Irrides in re tantâ, neque me quidquam consilio adjuvas?*

S. *Imò* [q] *& ibi nunc sum, & usque dudum id egi, dum loquitur pater:*
Et, quantum ego intelligere possum. CL. *quid?* S. *non abierit longiùs.*

CL. *Quid id ergò?* S. *sic est,* [r] *non esse horum te arbitror.* CL. *quid istuc Syre?*
Satin' sanus es? S. *ego dicam, quod mî in mentem: tu dijudica.*
Dum istis fuisti solus, dum nulla alia delectatio,
Quæ propior esset, te indulgebant, tibi dabant: nunc filia
Postquam est inventa vera, inventa est caussa, quâ te expellerent.

CL. *Est verisimile.* S. *an tu ob peccatum hoc esse illum iratum putas?*

CL. *Non arbitror.* S. *nunc aliud specta:* [s] *matres omnes filiis*
In peccato adjutrices, [t] *auxilio in paterna injuriâ*
Solent esse: id non fit. CL. *verum dicis. quid ergò nunc faciam Syre?*

S. *Suspicionem istam ex illis quære: rem profer palám.*
Si non est verum, ad misericordiam ambos adduces citò, aut
[u] *Scibis cujus sis.* CL. *rectè suades: faciam.* S. *sat hoc rectè mihi in*

---

n A fame, vel genitivus antiquus. 5. declin. vid. Agel. l. 9. c. 14.

o οὐδὲ ποτ' ἀθυμεῖν τὰ καιρῶν ἀποδοκοῦντα ἄνδρα, τὰ βελτίω ἀεὶ προσδοκᾶν δεῖ. Apollodorus.

p Δ' ἀναγκαῖον fervilis joci in periculo.

q Totus in hoc sum, hoc nunc ago, & dudum egi, usque dum pater tuus aderat, ut meditando aliquod consilium extunderem.

r Arbitror te non esse filium horum, nec dignatus est dicere, *parentum.* aut, *Chremeti & Sostratæ.*

s Εἰ δὲ μήτηρ φιλότεκνον μᾶλλον πάσης. Menander.

t Sicubi pater infestus sit & iniquior, mater plerunque indulgentior excusat peccata filii. jam autem lentior est, neque id facit.

u Antiquè, pro *scies.*

Mentem

Mentem venit: namque adoleſcens x *quam minimâ in ſpe ſitus erit,*
Tam facillimè patris pacem in leges conficiet ſuas.
Etiam haud ſcio an uxorem ducat, ac Syro nil gratiæ.
Quid hoc autem? ſenex exit forás: ego fugio. adhuc quod factum eſt,
Miror non juſſiſſe illico me arripi. ad Menedemum hinc pergam. eum
y *Precatorem mihi paro: ſeni noſtro fidei nihil habeo.*

---

x Quantò magis finget ſuſpicari ſe nec poſſe ſperare ſe eſſe eorum filium, tantò facilius patri benevolentiam ſibi conciliabit, idque ad arbitrium, conditiones & voluntatem ſuam.

y Deprecatorem, ut modò.

ACTUS V SCENA III.

SOSTRATA, CHREMES,

S. *Profectò, niſi caves tu homo, aliquid gnato conficies mali:*
Idque adeò miror, quî tam ineptum quidquam potuerit tibi
Venire in mentem mi vir. CH. a *oh, pergin' mulier eſſe? ullámne ego*
Rem unquam volui, quin tu in ea re mihi advorſatrix fueris
Soſtrata? at
Si rogitem jam, quid eſt quod peccem, aut quamobrem id faciam, neſcias.

---

a Sunt qui legunt, *pergin' mulier odioſa eſſe? odioſa* tollitur à Fabricio tanquam ſurreptitium. ſatis eſt ſi ſexui imputetur impotens, intempeſtiva & temeraria ſapientia. Plaut. Caſin. 2. act 2. ſc. *Iforás, mulier ei.*

In qua re nunc tam confidenter reſtas, ſtulta? S. [b] *ego neſcio.*
C. *Imò ſcis potiùs, quàm quidem redeat ad integrum eadem oratio.*
S. *Oh, iniquos es, qui me tacere de re tantâ poſtules.*
C. *Non poſtulo. jam loquere. nihil minùs ego hoc faciam tamen.*
S. *Facies?* C. *verùm.* S. *non vides, quantum mali ex ea re excites?*
[c] *Subditum ſe ſuſpicatur.* C. *ſubditum! aïn tu?* S. *certè ſic erit*
Mi vir. C. [d] *confitere.* S. *au, obſecro te,* [e] *iſtuc inimicis ſiet.*
Egòn' confitear meum non eſſe filium, qui ſit meus?
C. *Quid metuiſne non, cùm velis, convincas eſſe illum tuum?*
S. *Quòd filia eſt inventa?* C. *non, ſed, quòd magì' credendum ſiet,*
Quòd eſt conſimilis moribus,
Facilè convinces [f] *ex te natum: nam tuî ſimilis eſt probè:*
Nam illi nihil vitii eſt relictum, quin ſit & idem tibi:
Tum præterea talem, niſi tu, nulla pareret filium.
Sed ipſe egreditur. quàm [g] *ſeverus! rem cùm videas, cenſeas.*

---

[b] Ironicè.
[c] Subdititium, ſuppoſititium, ὑποβολιμαῖον.
[d] Confitere ſtaque eum eſſe ſubditicium.
[e] Imprecatio, *Hoſtibus eveniat,* Ovid, *Hoſtium uxores puerique cœ-cos ſentiant motus orientis Auſtri.* Horat.
[f] Καικῶ κάρανῳ κακὸν αἰόν.
[g] Triſtis & gravis, abdicatus ſc. re perditâ, ad Cenſorum ſeveritatem alluſum. qui tamen non ex vultu ſed ex re cenſent.

ACTÛS V SCENA IV.

CLITIPHO, SOSTRATA, CHREMES.

CL. *SI unquam ullum fuit tempus,* [a] *mater, cùm ego voluptati tibi*
Fuerim, dictus filius tuus tuâ voluntate, obſecro

---

[a] Hoc ex conſilio ſervuli Syri, ſupra, ſc. 2. hujus actûs.

Ejus

Fjus ut memineris, atque inopis nunc te misereſcat meî ;
Quod peto, & volo, parentis meos ut commonſtres mihi.
S. *Obſecro mi gnate, nè iſtuc in animum inducas tuum,*
Alienum eſſe te. CL. *ſum.* S. *miſeram me, hoccine quæſiſti ob-*
ſecro ;
b *Ità mihi, atque huic ſis ſuperſtes, ut ex me, atque ex hoc na-*
tus es :
Et cave poſthac, ſi me amas, unquam iſtuc verbum ex te audiam.
CH. *at*
Ego, ſi me metuis, mores cave in te eſſe iſtos ſentiam.
CL. *Quos ?* CH. *ſi ſcire vis, ego dicam :* c *gerro, iners,* d *fraus,*
helluo,
Ganeo, e *damnoſus. crede ; & noſtrum te eſſe credito.*
CL. *Non ſunt hæc dicta parentis.* CH. f *non, ſi ex capite ſis*
meo.
Natus, item ut aiunt g *Minervam eſſe ex Jove, eâ cauſſâ magis*
Patiar Clitipho, flagitiis tuis me infamem fieri.
S. *Di iſtæc.* h CH. *neſcio Deos : ego, quod potero cavitar ſedulò.*
Quæris id, quod habes, parentes : quod abeſt, non quæris, patri
Quo modo obſequare, & ſerves quod labore invenerit.
Non mihi per fallacias adducere ante oculos ? i *pudet*
Dicere hac præſente verbum turpe : at te id nullo modo
Facere puduit. CL. *eheu quàm ego nunc totus diſpliceo mihi,*

---

b Religioſum utique & ſolenne parentum votum fuit, filios ſibi relinquere ſuperſtites. Plaut. Aſin. 1. Act. 1. ſc. *Sicut tuum vis unicum gnatum tuæ ſupereſſe vitæ ſoſpitem & ſuperſtitem.* Martial. 7. l. 95 epigr. *Sic ad Lethæas.* &c. alii.

c Nugator. gerræ n. nugæ.

d Fraudulentus, fallax.

e Hoc in poſtremum reſervavit, ut quod intus malè urebat ſenem X minis Syri dolo emunctum, atque Bacchidi à Clitiphone datis.

f Si æquè certus eſſem de partu ac matres ſunt aut Jupiter, cujus è cerebro natam eſſe Minervam aiunt : non tamen me infamem flagitiis tuis fieri patiar.

g Poëtæ, Steſichorus primus, mox Apollonius, deinde alii. Lucianus in dialogo Jovis & Vulcani. adi Mythologos.

h Supple, *prohibeant.* ſed vocem hanc interciđit ira Chremetis cui dolor impiam hanc vocem expreſſit.

i Apoſiopeſis ex pudore. quanquam iratus, coram uxore tamen *meretricem* dicere ſibi interdicit.

Quàm pudet: neque, quod principium incipiam ad placandum scio.

ACTUS V SCENA V.

MENEDEMUS, CHREMES, CLITIPHO. SOSTRATA.

M. [a] *Enimvero Chremes nimis graviter cruciat adolescentulum,*
Nimisque inhumanè. exeo ergò, ut pacem conciliem. optumè.
Ipsos video. CH. *ehem, Menedeme cur non accersi jubes*
Filiam, & quod dotis dixi, firmas? S. *mi vir, te obsecro*
Nè facias. CL. *pater obsecro ut mî ignoscas.* M. *da veniam Chremi:*
Sine te exorent. CH. *egón' mea bona ut dem Bacchidi dono sciens?*
Non faciam. M. *at id nos non sinemus.* CL. *si me vivom vis pater,*
Ignosce. S. *agè, Chremes mi.* M. *agè quæso, nè tam obfirma te Chremi.*
CH. [b] *Quid istuc? video non licere, ut cœperam, hoc pertendere.*
M. *Facis, ut te decet.* CH. *eâ lege hoc adeò faciam, si facit id,*
Quod ego hunc æquom censeo. CL. *pater, omnia faciam: impera.*
CH. *Uxorem ut ducas.* CL. *pater.* CH. *nihil audio.* M. *ad me recipio.*
Faciet. CH. *nîl etiam audio ipsum.* CL. *perii.* S. *an dubitas Clitipho?*

---

a Conveniunt hæc verba personæ Menedemi, ut qui experientiâ didicisset quàm malè sibi cesserit austeritas patris.

b Ὁ σκληρότης πρὸς υἱὸν ἐν τῷ γεωργεῖν, τοῖς μὲν λόγοις πικρὸς ἦν, τοῖς δ' ἔργοις πατήρ. Menander.

CH. *Imò*

CH. *Imò utrum vult?* M. *faciet omnia.* S. [c] *hæc, dum incipias, gravia ſunt,*
Dúmque ignores? ubi cognôris, facilia. CL. *faciam pater.*
S. *Nate mi, ego pol tibi dabo illam lepidam, quàm tu facilè ames.*
Filiam Phanocratæ noſtri. CL. *rufámne illam virginem,*
[d] *Cæſiam, ſparſo ore, adunco naſo? non poſſum pater.*
CH. *Eja,* [e] *ut elegans eſt, credas animum ibi eſſe?* S. *aliam dabo.*
CL. *Quid iſtuc? quandoquidem ducenda eſt, egomet habeo propemodum,*
Quam volo. S. *nunc laudo te gnate.* CL. [f] *Archonidis filiam.*
S. *Perplacet.* CL. *pater hoc nunc reſtat.* CH. *quid?* CL. *Syro ignoſcas volo,*
Quæ meâ cauſſâ fecit. CH. *fiat. Vos valete, & plaudite.*

---

c Imitatur Lactantius lib. 6. c. 23. *Omnia gravia ſunt, dum ignoras: ubi cognoveris facilia.* Δοκεῖ δ' πλεῖστον ἡ τὸ ἥμισυ τῦ παντὸς εἶναι ἡ ἀρχή, Ariſtot. Ethic. 1. l. c. 7. Initium arduum, imbecillæ mentis eſt & ægræ formidare inexperta. Senec. epiſt. 59.

d Cæſiis, glaucis oculis.

e Eunuch. 3. act. ſc. 5. *Quàm elegans formarum ſpectator ſiem.*

f Penultimâ longâ, quaſi Ἀρχωνίδα ab Ἄρχων.

ADELPHI
PUBLII TERENTII
Carthaginienſis Afri.

ACTA LUDIS MEGALENSIBUS L. ÆMILII PAULLI. QUOS FECERE Q. FABIUS MAXIMUS ET L. CORNELIUS AFRICANUS. EGERUNT L. ATTILIUS PRÆNESTINUS, ET MINUTIUS PROTIMUS. MODOS FECIT FLACCUS CLAUDII, TIBIIS SERRANIS. GRÆCA EST MENANRU. EDITA L. ANICIO GALLO ET M. CORNELIO CETHEGO CONSULIBUS. ANNO AB URBE CONDITA DXCV. ANTE CHRISTUM NATUM CLXVIII.

FABULÆ INTERLOCUTORES.

ÆSCHINUS, *adoleſcens.*
CANTHARA, *nutrix.*
CTESIPHO, *adoleſcens.*
DROMO, *ſervus.*
DEMEA, *ſenex.*
GETA, *ſervus*
HEGIO, *ſenex.*
MITIO, *ſenex.*
PAMPHILA, *nurus.*
SANNIO, *leno.*
SOSTRATA, *Matrona.*
SYRUS, *ſervus.*

PERSONÆ MUTÆ.

BABYLO.
PARMENO, *ſervus.*
STORAX, *ſervus.*

Idiomata

IDIOMATA PERSONARUM PRÆCIPUARUM.

Æschinus, *Adolescens non malus, sed lenitate nimiâ patris adoptivi ad voluptates & proterviam prolapsus.*

Canthara, *nutrix animosa, & non imprudens.*

Ctesipho, *Adolescens natura agrestior, & ad labores promior; voluptates tamen clanculum capit.*

Demea, *naturâ agrestis, austerus & tenax.*

Geta, *servus non malus & laboriosus, pauci consilii.*

Hegio, *Senex Amici memor: unde familiæ amici caussam agit prudenter & cordatè.*

Mitio, *naturâ bonus, nimium tamen facilis, mitis, quietæ vitæ amans.*

Parmeno, *servus fidelis & audax.*

Sannio, *leno, nec prudens, nec audax.*

Sostrata, *matrona prudens & modesta.*

Syrus, *servus callidus in excogitandis dolis, in procurandâ re domesticâ non satis fidelis.*

RATIO NOMINUM

Æschinus, ἀπὸ τ᾽ αἰσχύνης, *à probro. quasi probrosum dicas; quòd stigitis esset infamis. vel ab* αἰσχ⊙ *dedecus analogicè esset* Αἰχ⊙νης, *nisi fortè sit potius* Αἰχμης *Æschines.*

Canthara ἀπὸ τῦ κανθάρου, *à poculo, quòd nutrix puero præberet potum.*

Ctesipho, ἀπὸ τ᾽ κλήσεως, *à prædio, & φως τῦ, luce aut vivo. prædium lux aut vir, id est agrivola, quòd in prædio morarentur, idque excoleret.*

Dromo, *vide Andriam.*

Demea ἀπὸ τῦ δήμου, *à plebe, quasi plebeium dicas.*

Geta, *Gentile nomen.*

Hegio, ἀπὸ τῦ ἡγεῖσθ⊙, *ducens & principem esse, quia curam Sostratæ ejusque familiæ habet.*

Mitio, *nomen Latinum à Mitis.*

Pamphila, *vide Andriam.*

Parmeno, *vide Eunuchum.*

Sannio, ἀ Σαίν⊙, *fanum, quòd in hac Comœdia, populo, ridiculo esset.*

Sostrata, *vide Heautontim.*

Syrus, *vide Heautontim.*

Adelphi Argumentum.

C. SULPICIO APOLLINARI

AUTORE.

DUos cùm haberet Demea adolescentulos,
Dat Mitioni fratri adoptandum Æschinum,
Sed Ctesiphonem retinet. hunc citharistria
Lepore captum, sub duro ac tristi patre,
Frater celabat Æschinus; famam rei
Amorisque in se transferebat: denique

Fidicinam

Fidicinam lenoni eripuit. vitiaverat
Idem Æschinus civem Atticam pauperculam;
Fidémque dederat, hanc sibi uxorem fore.
Demea jurgare, & graviter ferre. mox tamen,
Ut veritas patefacta est, ducit Æschinus
Virginem, potitur Ctesipho citharistriam;
Exorato suo patre duo Demeâ.

ALIUD, M. ANT. MURETI.

Mitio, & Demea, duo dissimillimo fratres ingenio fuere: ille urbanam vitam secutus est, hic rusticam: ille cœlebs vixit; hic uxorem duxit: ille ingenio lenissimo, hic asperrimo: ille mitis etiam in alienos, hic sævus etiam in suos: ille etiam in ira placidus, hic etiam citra iram ferox. Erant Demeæ filii duo, ex quibus natu majorem Æschinum sibi adoptavit Mitio, eúmque secum in urbe liberalissimè indulgentissimé que educavit: minorem Ctesiphonem rure secum severè in primis ac restrictè habuit pater. Æschinus multas meretrices, patre ad omnia connivente, adamavit, multa convivia celebravit: quæ denique juventus fert, ea omnia non liberè modò, sed etiam licenter exercuit. Postremò usque eò progressus est: in virginem pauperculam quidem, sed bonam, bonis prognatam, Pamphilam nomine, quam mater Sostrata vidua sanctè secum & pudicè, ut poterat, educabat, nocta temulentus cùm incidisset, vim ei attulit, gravidámque fecit. Venit postea ad matrem illius, veniam petens, pollicénsque se puellam uxorem ducturum. eâ fide datâ, & ignotum est, & tacitum. Ctesipho, cùm in urbem interdum ventitaret, ipse quoque citharistriâ cujusdam amore correptus est. totam ejus rei famam, nè qua emanaret, ac perveniret ad Demeam, in sese Æschinus transferebat. Tandem, cùm leno, puellæ dominus, aut pecuniam sibi, quanti ea erat, vellet in manum dari, aut se eam alii venditurum minitaretur: adductus in summam desperationem Ctesipho, jam de relinquendâ patriâ cogitabat: cùm Æschinus, re intellectâ, qui nullo neque pudore teneretur, neque metu, domum lenonis per vim ingressus est, & ipsum, & familiam contudit pugnis, puellámque per vim abreptam tradidit fratri. Spargitur totâ urbe rumor, venit Demea, Mitionem objurgat, inclamat, testatur Deos atque homines; quòd dissolutus, quòd intemperans, quòd vinosus, quòd scortator, quòd nullius bonæ rei Æschinus foret, omnem in Mitione uno hærere culpam. Diu gratias agere, quòd ille saltem, quem ipse ruri haberet, frugi ac temperans esset; rei studeret & famæ: illarum rerum nihil nè cogitaret quidem: tantum videlicet interesse inter suam & fratris disciplinam. Placat hominem, quantùm in se est, Mitio: jámque se ab eo expediverat, cùm supervenit

supervenit aliud, quod majores etiam tumultus excitaret. Raptam ab Æschino citharistriam, perfugitur ad matrem Pamphilæ; quæ quidem Pamphila ità erat ad pariendum vicina, ut jam è dolore laboraret. Quid faceret misera? mutatum Æschini animum, se verò filiámque suam proditas per summam perfidiam ac desertas putabat. Getam servulum, qui pauperem familiam solus, ut poterat, alebat, mittit ad Hegionem, puellæ cognatum, jubétque ei rem, ut erat, exponere. Interea audierat Demea, suum quoque Ctesiphonem in raptione affuisse: jámque totus in fermento, ut aiunt, erat; cùm ei Syrus, servus vaterrimus, mendaciolum adspergit: venisse quidem rure Ctesiphonem, sed venisse objurgatum Æschinum: multa ei medio foro mala dixisse, deinde redisse rus in præfecturam suam. lacrumare gaudio Demea, & gratulari sibi, quòd unum saltem haberet, in quo exstaret paternæ severitatis exemplum. Dum rus redit, incidit in Hegionem, à quo de constuprată per vim ab Æschino Pamphilâ intelligit. Denuo commotus, dum fratrem, ut in eum iram evomeret, quærit, obvium habuit mercenarium à villa, ex quo scíscitatus de filio, accipit, non esse ruri. Redit ad Syrum, à quo ei rursus novum mendacium, velut offa in os, nè latraret, objicitur. quærit, ubi fratrem reperire possit: id verò ità indicavit Syrus, ut infelix senex, dum illius verbis fidem habet, nequidquam omne oppidum perreptaverit. Interea Mitio omnium ab Hegione certior factus, ipsemet ad mulieres profectus, jacentes jam & afflictas erexerat, labantes & dubias confirmaverat, tristitiâ ac mœrore confectas recreaverat, pollicitus, se Æschino Pamphilam uxorem daturum. Venit Demea, clamor, jurgium, convitia. Etiam eo præsente, servulus quídam Ctesiphonem per imprudentiam nominat: ille cum subitò per vim in ædes irrupisset, quem jampridem putabat ruri fodere, aut arare, aut aliquid ferre denique, eum accubantem cum amica, & suaviter potitantem deprehendit. ibi verò tantâ iracundiâ incitatus est, ut arderet. Satis diu vociferatus cùm esset; tandem placidâ & compositâ Mitionis oratione eò perducitur, ut, depositâ vetere sævitiâ, benignus, affabilis, lepidus esse meditetur. itaque ipso non permittente tantùm, sed etiam jubente, puerpera domum traducitur: fiunt nuptiæ, leno numeratur argentum: Mitio ipse Sostratam ducit uxorem: Hegioni datur, unde vivat: Syrus unà cum Phrygia uxore manumittitur. cùm Mitio, cæteríque omnes, sed tamen præcipuè Mitio, illam tantam, tam insperatam, tam subitam mutationem admiraretur; gravi & cordatâ oratione claudit fabulam Demea: si omnia profundere, si in omni libidine ac nequitiâ vivere, si totam rem bellationibus, scortationibus, largitionibus consumere libeat, nihilo id suâ magìs, aliquantò etiam minùs, quò sibi minùs ætatis superfit, quàm aliorum, interesse: sin corrigi se in loco & modicè coërceri atque admoneri velint, eum esse se, qui id præstare possit. Permittuntur ei omnia, ità fabula concluditur.

PROLOGUS.

PROLOGUS.

Postquam poëta sensit scripturam suam
Ab iniquis observari, & a adversarios
Rapère in pejorem partem, quàm acturi sumus;
b Indicio de se ipse erit: vos eritis judices,
Laudine an vitio duci factum id oporteat.
c Synapothneſcontes d Diphili comœdia est.
Eam commorientes Flautus fecit fabulam.
In Græca adolescens est, qui lenoni eripuit
Meretricem e, in prima fabulâ. eum Plautus locum
Reliquit f integrum: eum hic locum sumpsit sibi
In Adelphos: g verbum de verbo expressum extulit.
Eam nos acturi sumus novam: pernoscite,
Furtúmne factum existumetis, an locum
h Reprehensum, qui præteritus negligentiâ est.
Nam quod isti dicunt malevoli, i homines nobiles
Eum adjutare, assiduéque una scribere,

---

a Luscium Lavinium, & alios vide prologos Andriæ & Heautontimorumenou.

b Ipse erit suî index, vos eritis judices.

c Συζῶντες καὶ συναποθνήσκοντες ἀλλήλοις, id est *devoti*. hi, ex voto, eandem cum rege suo & vitæ & mortis subeunt sortem, eodem victu & corporis cultu, sive rex intereat morbo, sive cadat in prælio, *utcunque præcedit, supremum carpere iter comites parati*. Σολιδάριοι hi Athenæo l. 6. c. 13. *Soldurii* Cæsari 3. l. bel. Gal. nobis, *Soldiours*.

d Poëtæ Comici, κωμικωτάτου, Clementi Alex. & Eusebio Pamphilo.

e In prima parte fabulæ.

f Intactum.

g Transtulit & Latinitate suâ donavit.

h Resumptum à poëta nostro locum, quem Plautus neglectum per incuriam omiserat.

i Scipionem Afr. Lælium, Sulpicium Gallum, Q. Fabium Labronem, M. Popilium, vide Terentii vitam.

Quod

Quod illi maledictum vehemens esse existimant,
Eam laudem hic ducit maxumam, cùm illis placet,
Qui vobis universis, & populo placent;
Quorum operâ in bello, in otio, in negotio,
Suo quisque tempore usu' est sine superbia.
Dehinc ne exspectetis argumentum fabulæ:
Senes qui primi venient, hi partem aperient.
In agendo partem ostendent. Facite, æquanimitas
Vestra poëtæ ad scribendum augeat industriam.

ACTUS I SCENA I.

MITIO.

M. [a] STorax! [b] non rediit hac nocte à cœna Æschinus,
Neque servulorum quisquam, qui [c] advorsùm ierant.
Profectò hoc verè dicunt: si absis uspiam,
Aut [d] ubi si cesses, evenire ea satiu' est,
Quæ in te uxor dicit, & quæ in animo cogitat
[e] Irata, quàm illa, quæ parentes propitii.
Uxor, si cesses, aut te amare cogitat,
Aut tete amari, aut potare, aut animo obsequi,
Et tibi bene esse soli, cùm sibi sit malè.
Ego, quia non rediit filius, quæ cogito?
Quibu' nunc sollicitor rebus? [f] nè aut ille alserit,
Aut uspiam ceciderit, aut perfregerit
Aliquid. vah, quenquámne hominem in animum instituere, aut
Parare, quod sit carius quàm ipse est sibi?
Atqui ex me hic natus non est, sed ex fratre. [g] is adeò
Dissimili studio est. jam indè ab adolescentia,
Ego hanc clementem vitam urbanam atque otium

---

a Egressus in proscenium alloquitur Storacem qui intus.

b Hæc nonnulli interrogatoriè pronunciandum censent.

c Adversitorum, hi domino foris cœnanti, officii & tutelæ gratiâ processerunt obviàm.

d Sicubi. Anastrophe.

e Zelotypa, rixosa.

f Indulgens supra modum, & sollicita teneritudo.

g Frater.

Secutus

Secutus sum: &, h *quod fortunatum isti putant,*
Uxorem nunquam habui. i *Ille contrà, hæc omnia:*
Ruri agere vitam, semper parcè, ac duriter
Se habere: uxorem duxit: nati filii
Duo. indè ego hunc majorem adoptavi mihi:
Eduxi à parvulo, habui, amavi pro meo:
In eo me oblectlo: solum id est carum mihi.
Ille ut item contrà me habeat, facio sedulò:
Do, prætermitto, non necesse habeo omnia
Pro meo jure agere: postremò, alii clanculum
Patres quæ faciunt, quæ fert adolescentia,
Ea nè me celet, consuefeci filium:
Nam qui mentiri, aut fallere insuêrit patrem, aut
Audebit, tantò magis audebit cæteros.
k Pudore, & liberalitate liberos
Retinere, satiùs esse credo, quàm metu.
Hæc fratri mecum non conveniunt neque placent.
Venit ad me sæpe clamitans, l *quid agis Mitio?*
Cur perdis adolescentem nobis? cur amat?
Cur potat? cur tu his rebus sumptum suggeris?
m *Vestitu nimium indulges: nimium ineptus es.*
Nimium ipse est durus, præter æquómque & bonum:
Et errat longè meâ quidem sententiâ,
Qui imperium credat gravius esse aut stabilius,

---

h Cœlibatum. à κοίλιξ ex κοίτη & λέκτος Franco, sciotto, *flegato*, *O piuu che felice stato!* Ital.

i *Ex iis fratribus qui in Adelphis sunt, quanta in altero duritas, in altero comitas!* Cic. in Catone majore. Horatius l. 2. epist. 2. *Cur alter fratrum cessare, & ludere, & ungi præferat Herodis palmetis pinguibus: alter Dives & importunus*, &c.

k Ingenuâ & liberali educatione liberos retinere in officio satius esse duco quam metu. v. Plutarch. περὶ πολίτου ἀγωγῆς Quintilian, l. 1. c. 1. Pulcerrima liberalis educationis præcepta lege apud Senecam lib. 2. de Ira. 20, 21, 22, 23.

l Prosopopœiam hanc multis laudat Cicero lib. 1. de inventione.

m *Vestitui* ut *Parcæ metu Cithæræ.* Virg. 1. Æn: *Quod neque concubitu indulgent.* 4. Georg.

Vi quod fit, quàm illud quod amicitiâ adjungitur.
Mea sic est ratio, & sic animum induco meum:
[n] *Malo coactus qui suum officium facit,*
Dum id rescitum iri credit, tantisper cavet:
Si sperat fore clàm, [n] rursum ad ingenium redit.
Ille quem beneficio adjungas, ex animo facit:
Studet par referre, præsens absensque idem erit.
Hoc patrium est, potiùs consuefacere filium,
Suâ sponte rectè facere, quàm alieno merù.
Hoc pater, ac dominus interest. hoc qui nequit,
Fateatur nescire imperare liberis.
Sed éstne hic ipsus, de quo agebam? & certè is est.
Nescio quid tristem video. credo jam, ut solet,
Jurgabit. Salvum te advenire Demea,
Gaudemus.

n Malè respondent coacta ingenia.

ACTÛS I SCENA II.

DEMEA, MITIO.

D. *EHem, opportunè: te ipsum quæritò.*
M. *Quid tristis es?* D. *rogas me, ubi nobis Æschinus*
Siet; quid tristis ego sim? M. *dixin' hoc fore?*
Quid fecit? D. *quid ille fecerit?* [a] *quem neque pudet*
Quidquam: nec metuit quenquam: neque legem putat
Tenere se ullam. nam ille, quæ antehac facta sunt,
Omitto: modò quæ designavit? M. *quidnam id est?*
D. *Fores effregit: atque in ædes irruit*
Alienas: ipsum dominum atque omnem familiam
Multavit usque ad mortem: eripuit mulierem,

a Οὐ δ' ὅτ' ἐμαυτὸν ἐξαπατῶ τοῦτον. τὸ ἀναισχυντεῖν. Menandri citat Priscian.

Quam amabat. clamant omnes indignissumè
Factum esse. b *hoc advenienti quot mihi Mitio*
Dixere? in ore est omni populo. denique
Si conferendum exemplum est, non fratrem videt
c *Rei dare operam, ruri esse parcum ac sobrium?*
Nullum hujus simile factum? hæc cùm illi Mitio
Dico, tibi dico. tu illum corrumpi sinis.
M. d *Homine imperito nunquam quidquam injustius;*
Qui, nisi quod ipse facit, nihil rectum putat.
D. *Quorsum istuc?* M. *quia tu Demea hæc malè judicas.*
e *Non est flagitium, mihi crede, adolescentulum*
Scortari, neque potare, non est, neque fores
Effringere. hæc si neque ego, neque tu fecimus,
Non sivit egestas facere nos. tu nunc tibi
Id laudi ducis, quod tum feceris inopiâ.
Injurium est. nam si esset unde id fieret,
Faceremus: f *&* g *tu illum tuum, si esses homo,*
Sineres nunc facere, dum per ætatem licet,
Potiùs quàm, ubi te h *exspectatum ejecisset foràs,*
Alieniore ætate pòst faceret tamen.
D. *Pro Jupiter, tu me homo adigis ad insaniam.*
Non est flagitium facere hæc adolescentulum? M. *ah,*
Auscultà, nè me obtundas de hac re sæpius.
Tuum filium dedisti i *adoptandum mihi:*
Is meus est factus: si quid peccat Demea,

---

b Pro *huc.* secundùm antiquum morem, ait Servius ad illud Virgilii 8. Æn. *Hoc tunc ignipotens cœlo descendit ab alto.*

c Rusticæ, familiæ sustentandæ, augendæ.

d Οὐκ ἐπ' ἀγαθοῖς ἐστὶν, ὡς ἅπαξ ἅπαντ' εἰπεῖν, πολυπράγμων. Menander.

e Mitio sub hujus scenæ exitu fatetur se omnia hæc ex animo non divisse, utcunque hùic licentiæ laxârint habenas cùm Græci tum Romani. Cic. pro Cœlio. *Detur aliquid huic ætati, sit adolescentia liberior, non omnia vobis luptatibus denegentur &c.* verùm restringit eam postea, *Revocet se aliquando ad curam rei domesticæ, rei forensis, Reipublicæ &c.*

f Recriminatio, ut vocamus.

g Ctesiphonem.

h *Nam grave ærumnas exspectare colos &c.* Juv. Sat. 14.

i Adoptationis formulam vide apud Agell. 5. l. 19. c.

Mihi

Mihi peccat: ego illi maxumam partem feram.
Obsonat, potat, olet unguenta de meo.
k *Amat? dabitur à me argentum dum erit commodum;*
Ubi non erit, fortasse excludetur foràs.
l *Fores effregit? restituentur. discidit*
Vestem? resarcietur. Est, diis gratia,
Et unde hæc fiant, & adhuc non molesta sunt.
Postremò aut desine, aut cedò quemvis arbitrum:
Te plura in hac re peccare ostendam. D. *hei mihi.*
Pater esse disce ab aliis qui verè sciunt.
M. *Naturâ tu illi pater es, consiliis ego.*
D. *Tun' consulis quidquam?* M. *ah, si pergis, abiero.*
D. *Siccine agis?* M. *an ego toties de eadem re audiam?*
D. *Curæ est mihi.* M. *& mihi curæ est: verùm Demea*
Curemus æquam uterque partem: tu alterum,
Ego item alterum. nam ambos curare, propemodum
Reposcere illum est, quem dedisti. D. *ah Mitio.*
M. *Mihi sic videtur.* D. *quid istuc? tibi si istuc placet,*
m *Profundat, perdat, pereat, nihil ad me attinet.*
Jam si verbum unum posthac. n M. *rursum Demea*
Irascere? D. *an non credis? repetòn' quem dedi?*
Ægrè est. alienus non sum. si obsto: hem desino.
Unum vis curem: curo: & est diis gratia,
Quom ità, ut volo, est, iste tuus ipse sentiet
Posteriùs: nolo in illum gravius dicere.
M. *Nec nihil, neque omnia hæc sunt, quæ dicit. tamen*
Nonnihil molesta hæc sunt: sed ostendere,
Me ægrè pati, illi nolui. nam o *ità est homo:*
P *Cum placo, advorsor sedulò, & deterreo,*
Tamen humanè vix patitur: verùm si augeam,
Aut etiam adjutor sim ejus iracundiæ,

---

k Varro 6. l. de LL. Iegit, *Scortatur, potat, olet,* &c.

l Citat hæc Cicero pro Cælio, sub persona mitioris patris. Vide ad Heaut. 1. sc. 2. 63.

m Permissio Ironica irati.

n Aposiopesis. *facero.* aut tale quippiam.

o Morosus sc. & intractabilis.

p Ubi placare conor.

q *Insaniam profectò cum illo. etsi Æschinus*
Nonnullam in hac re nobis facit injuriam.
Quam hic non amavit meretricem, aut cui non dedit
Aliquid? Postremò nuper (credo jam omnium
Tædebat) dixit velle uxorem ducere.
Sperabam jam defervisse adolescentiam:
Gaudebam. ecce autem de integro. nisi quidquid est,
Volo scire, atque r hominem convenire, si apud forum est.

---

q *Bacchæ bacchanti si velis adversarier, ex insana insaniorem facies.* Plaut. Amphi. 2. act. sc.

r Æschinum.

ACTUS II SCENA I.

SANNIO, ÆSCHINUS.

a S. OBsecro, populares, ferte misero, atque innocenti auxilium:
Subvenite inopi. Æ. b otiosè, nunc jam illico hìc consiste:
c *Quid respectas? nihil periculi est: nunquam, dum ego adero, hic te*
Tanget. S. *ego istam invitis omnibus,* d.
Æ. e *Quanquam est sceleſtus, non committit hodie unquam iterum ut vapulet.*
S. *Audi Æschine, nè ignarum fuisse te dicas meorum morum,*

---

a Ipse raptus præcesserat, cujus rumor à populo ad Demeam delatus illum efferavit, ut in scena præcedente. Continuatur hîc rixa dum Æschinus, quam eripuerat meretricem ad fratrem Ctesiphonem, qui in domo Mitionis exspectâsset, deducit. sequitur in via leno.

b Servum ducentem puellam morari jubet, & consistere.

c Meretricem timidè respectantem jubet esse securam à lesione insequente.

d Abducam sc. aut retinebo.

e Cautum erat sub exhæredationis pœna, nè filius-familiâs lenonem pulsaret. Æschinus itaque non denuo & in publico sibi depalmandum lenonem statuit, nè ad patrem hoc emanet, atque hinc ipse perpetuò perierit. infrà act. 3. sc. 4.

Ego

Ego leno ſum. M. *ſcio,* S. *at ità, ut uſquam fuit fide quiſquam optumâ.*

Tu quod te poſteriùs purges, [f] *nolle hanc injuriam mihi*
Factam eſſe: hujus non faciam. crede hoc, ego meum jus perſequar:
Neque tu verbis ſolves unquam, quod re mihi malefeceris.
Novi ego veſtra hæc: nollem factum: dabitur jusjurandum, eſſe te
Indignum injuriâ hac: indignis cùm egomet ſim acceptus modis.
Æ. [g] *Abi præſtrenue, ac fores aperi.* S. *cæterùm hoc nihil facis.*
Æ. [h] *I intrò nunc jam.* S. *at enim non ſinam.* Æ. *accede illuc Parmeno,*
Nimiùm abiiſti iſtoc, hìc [i] *propter hunc aſſiſte. hem, ſic volo,*
Cave nunc jam oculos à meis oculis quoquam dimoveris tuos,
Nè mora ſit, ſi innuero, quin pugnus continùo in mala hæreat.
S. *Iſtuc volo ergò ipſum experiri.* Æ. [k] *hem ſerva. omitte mulierem.*
S. *O facinus indignum.* Æ. *geminabit, niſi caves.* S. *hei miſero mihi*
Æ. *Non innueram: verùm* [l] *in iſtam partem potiùs peccato tamen:*
I nunc jam. S. *quid hoc rei eſt? regnúmne Æſchine* [m] *hìc tu poſſides?*
Æ. *Si poſſiderem, ornatus eſſes ex tuis virtutibus.*

---

f Hoc è ſolemni ſatisfactionis more apud Romanos, ubi jurejurando agnoſcebat quis, indigno ſe contumeliam intuliſſe, & nolle factum. Sic, *Locrenſibus Senatum reſpondiſſe, quas injurias ſibi factas quererentur, neque Senatum, neque populum R. factas velle.* Liv. 29. Conſimilem ſuî purgationem à Jove ſimulaticio habes apud Plautum, Amphitr. act. 3. ſc. 2.

g Parmenonem præire jubet, ac fores Mitionis ædium aperire. Inhibet leno.

h Fidicinam alloquitur.

i Juxtà hunc.

k Parmenoni imperat ut mulierem retineat, lenoni ut omittat.

l Ut cædas.

m Athenis, civitate libertatem ſemper adverſus tyrannos aſſerente, atque ubi Democratica adminiſtratio.

S. *Quid tibi rei mecum est? Æ. nihil.* S. *quid? nôstin' qui sim? Æ. non desidero.*
S. *Tetigin' tuî quidquam? Æ. si attigisses, ferres infortunium.*
S. *Qui tibi magis licet meam habere, pro qua ego argentum dedi? Responde. Æ. ante ædes non feciſſe erit meliu' hæc convitium:*
Nam ſi moleſtus pergis eſſe, jam intrò abripiere, atque ibi
Uſque ad necem operiere loris. S. n *loris liber? Æ. ſic erit:*
S. *O hominem impurum! hiccine libertatem aiunt æquam eſſe omnibus?*
Æ. *Si ſatis jam debacchatus es leno, audi ſi vis nunc jam.*
S. *Egôn' debacchatus ſum autem, an tu in me? Æ. mitte iſta, atque ad rem redi.*
S. *Quam rem? quò redeam? jámne me vis dicere, quod ad te attinet?*
S. *Cupio, æqui modò aliquid. Æ. vah,* o *leno iniqua me non volt loqui.*
S. *Leno ſum, fateor,* P *pernicies communis adoleſcentium,*
Perjurus, peſtis: tamen tibi à me nulla eſt orta injuria.
Æ. *Nam hercle etiam hoc reſtat.* S. *illic quæſo redi, quò cæpiſti, Æſchine.*
Æ. *Minîs viginti tu illam emiſti, quæ res tibi vortat malè:*
Argenti tantum dabitur. S. *quid, ſi ego illam nolo vendere,*
Coges me? Æ. minimè. S. *namque id metui. Æ. neque vendundam cenſeo,*
Quæ libera eſt. q *nam ego illam liberali aſſero cauſſâ manu:*
Nunc vide utrum vis, argentum accipere, an cauſſam meditari tuam.

---

n Loris quippe cædi illiberale ac ſervile fuit, ut magiſtratus virgis in noxios utebantur, ità domini in ſervos loris.

o Vah! unde nobis nova inceſſit religio! gratemur nobis reformatum rerum ſtatum: ſiquidem lenones impuri, impii, ſacrilegi iniquitatem agitare, æquum exigere, de virtute loqui, juſtitiæ patrocinari incipiant.

p Οὐκ ἔστιν ἀλλὰ τυχηρὸν ἐξωλέστερον τῶ πορνοβόσκω. Diphilus.

q Ego illam, quæ libera eſt, ex ſervitute tua, injectâ manu, ſecundùm vindicias, in libertatem aſſero.

De libera

Delibera hoc, dum ego redeo, leno. S. *prò supreme Jupiter!*
ᵗ Minimè miror, qui insanire occipiunt ex injuria.
Domo me eripuit, verberavit: me invito abduxit meam:
Homini misero plus quingentos ˢ colaphos infregit mihi.
Ob malefacta hæc tantidem emptam postulat sibi tradier.
Verùm enim, quando benè promerint, fiat: suum jus postulat.
Age jam cupio, si modo argentum reddat. sed ego hæc hariolor:
ᵗ Ubi me dixero dare tanti, testeis faciet illico,
Vendidisse me. ᵘ *de argento somnium: mox cras redi:*
Id quoque possum ferre, si modò reddat: quanquam injurium est.
Verùm cogito id, quod res est. ˣ *quando eum quæstum occeperis,*
Accipiunda & mussitanda injuria adolescentium est.
Sed nemo dabit: frustrà egomet mecum has rationes ʸ *puto.*

ᵣ Οἴμοι, τὸ γὰρ ἄφνω δυσχωρίαν μανίαν ποιεῖ. Menander.

ˢ *Colaphum infringere*, est compressâ in pugnum manu cædere. *Alapam infligere*, diductâ manu percutere.

ᵗ Ubi pactio intercesserit pretii, jam ereptionis actio sublata erit, & solutio exspectanda.

ᵘ Quantum ad argentum spectat procrastinatione & morâ evanescit instar somnii. scen. sequ. *Nihil est, refrixit res* &c.

ˣ Verùm in turpi quæstu, voranda nobis non rarò est injuria, imò decoquenda.

ʸ Voluto, computo.

ACTÛS II SCENA II.

SYRUS, SANNIO.

SY. ᵃ *TAce, egomet conveniam jam* ᵇ *ipsum: cupidè accipiat*
saxo, atque etiam
Bene dicat secum esse actum. Quid istuc Sannio est, quòd te audio
Cum hero nescio quid concertâsse? SA. *nunquam vidi iniquiùs*
ᶜ *Concertationem comparatam, quam quæ hodie inter nos fuit.*

ᵃ Progressus Syrus alloquitur Æschinum vel Ctesiphonem; qui intus.

ᵇ Sannionem.

ᶜ *Si rixa est, ubi tu pulsas, ego vapulo tantùm* Juvenal. 3. Sat.

Ego vapulando, ille verberando, uſque ambo defeſſi ſumus.

SY. *Tuâ culpâ.* SA. *quid agerem?* SY. *adoleſcenti morem geſtum oportuit.*

SA. *Quî potui melius? qui hodie uſque os præbui.* SY. *agè, ſcis quid loquar?*

d Pecuniam in loco negligere, maxumum interdum eſt lucrum *hui.*

Metuiſti, ſi nunc de tuo jure conceſſiſſes paululum,

Atque adoleſcenti eſſes morigeratus, hominum homo ſtultiſſime:

Nè non tibi iſtuc fœneraret? SA. *ego ſpem pretio non emo.*

SY. *Nunquam rem facies. abi,* e *neſcis ineſcare homines Sannio.*

SA. *Credo iſtuc melius eſſe: verùm ego nunquam adeò aſſutus fui,*

Quin, quidquid poſſem, mallem auferre potiùs in præſentia.

SY. f *Agè, novi tuum animum, quaſi quidquam tibi ſint viginti minæ,*

Dum huic obſequare: præterea autem te aïunt profiſciſci g *Cyprum.* SA. *hem.*

SY. *Coëmiſſe hinc, quæ illuc veheres, multa: navem conductam: hoc ſcio,*

Animus tibi pendet: ubi illinc, ſpero, redieris, h *tamen hoc ages.*

SA. *Nuſquam pedem, perii hercle: hac illi ſpe hoc inceperunt.* SY. *timet:*

---

d Opportunè & tempeſtivè: tempori & loco convenienter. *Eſt enim ubi damnum præſtet facere quàm lucrum.* Capt. 2. act. 2. ſc.

e *Hic noſter quaſtus aucupii ſimillimus eſt. Auceps quando concinnavit aveam, effundit cibum: Aves adſuescunt. Neceſſe eſt facias ſumptum, qui quærit lucrum.* &c. Plau. Aſin. act. 1. ſc. 3.

f Novi animum tuum præſentis lucri avidum. quid verò profeciſti; idcóne accepiſti aut in mundo tibi ſunt 20 minæ, dum animo obſequeris tuo? Turnebus inſinuationem eſſe vult; quaſi verò viginti minæ tanti eſſent, ut eas malles quàm hero meo ad tempus obſequi. l. 20. c. 31.

g Inſulam in Mediterraneo Veneri dicatam. quò inter alias meretrices vehat, alias indè avehat.

h Ut ab Æſculapio pecuniam exigas.

Injeci

Injeci i *ſcrupulum homini.* SA. *ô ſcelera! illud vide,*
Ut in ipſo k *articulo oppreſſit. emptæ mulieres*
Complures, & item hinc alia, quæ porto Cyprum,
Ni eo ad mercatum venio, damnum maximum eſt.
Nunc ſi hoc omitto, ubi illinc rediero, l *actum agam.*
Nihil eſt, refrixerit res: m *nunc demum venis?*
Cur paſſus? ubi eras? ut ſit ſatiùs perdere,
Quàm aut hìc manere tam diu, aut tum perſequi.
SY. *Jámne enumerâſti id quod ad te rediturum putes?*
S. *Hoccine illo dignum eſt? hoccine incipere Æſchinum?*
Per oppreſſionem ut hanc mî eripere poſtulet?
SY. n *Labaſcit. unum hoc habeo. vide ſi ſatìs placet:*
Potiùs, quàm venias in periclum Sannio,
o Servéſne, an perdas totum, dividuum face.
Minos decem corradet alicunde. SA. *hei mihi,*
Etiam p *de ſorte nunc venio in dubium miſer.*
Pudet nihil: omnes dentes labefecit mihi.
Præterea colaphis tuber eſt totum caput.
Etiam inſuper defrudet? q *nuſquam abeo.* SY. *ut lubet.*
Nunquid vis, quin abeam? SA. *imò hercle hoc quæſo Syre,*
Ut ut hæc ſunt facta, r *potiùs, quàm lites ſequar,*
Meum mihi reddatur, ſaltem quanti empta eſt. Syre.
Scio te non uſum antehac amicitiâ meâ:
Memorem me dices eſſe, & gratum. SY. *ſeduló*

---

i Vide Andr. act. 5. ſc. 4 & Eraſm. Adag.

k Temporis, quo mihi ad mercatum navigandum eſt.

l Incaſſum contendam. Sumptum à foro & judiciis, ubi non licet cauſſam iterum agere, de qua jam ſit pronuntiatum.

m. Mimeſis forenſium.

n Preſſè hæc, & apud ſe.

o *Dimidium donare Lino quàm perdere totum Qui mavult, mavult perdere dimidium.* Martial. 1. Epigr. 76.

p Summâ, quam dicimus principalem, cui extrinſecùs acquiritur fœnus.

q Non eo mercatum. manere certum, ut agam adverſus Æſchinum.

r *Stultitia eſt, cui bene eſſe licet, eum provocare litibus.* Plaut. Perſa act. 5. ſc.

Faciam

Faciam. sed Ctesiphonem video. lætus est
De amica. SA. *quid, quod te oro?* SY. *paulisper mane.*

ACTûs V SCENA IV.

CTESIPHO, SYRUS.

C. [a] *ABs quîvis homine, cùm est opus beneficium accipere gaudeas:*
Verùm enimvero id demum juvat, si quem æquom est facere, is bene facit.
O frater, frater, quid ego nunc te laudem? satìs certò scio,
Nunquam ità magnificè quidquam dictum, id virtus quin superet tua:
Itaque unam hanc rem me habere præter alios præcipuam arbitror,
Fratrem homini nemini esse primarum artium magi' principem.
S. *O Ctesipho.* C. ô *Syre, Æschinus ubi est?* S. *ellum, te exspectat domi.* C. *hem.*
S. *Quid est?* C. *quid sit?* S. *illius operâ Syre nunc vivo.* S. *festivum caput!*
C. *Omnia sibi qui pòst putârit esse præ meo commodo,*
Maledicta, famam, meum amorem, & peccatum in se transtulit.
S. *Nihil pote suprà.* C. *sed quisnam* [b] *fores crepuit?* S. *mane mane, ipse exit foràs.*

---

[a] Abundat Ctesiphoni pectus lætitia, quæ ripas exsuperat, tum potito triumphans amore, tum, quòd illi hoc beneficium à charitate fratris profectum est non sine despectu & dispendio maledicentiæ atque infamiæ.

[b] Fores in ædificiis antiquis in publicam aperiebantur. exituri fores ab intus manu pultabant, quo caverent qui foris erant, nè à foribus repentè in viam protrusis læderentur. Ἐπ' ἔξ τῶν ἐναντίων ἐκρούκασι τὰς θύρας ἐξίασιν. Scholiast. Aristophanis in nubibus.

ACTÛS II SCENA IV.

ÆSCHINUS, SANNIO, CTESIPHO, SYRUS.

Æ. UBi ille eſt ſacrilegus? SA. mén' quærit. anum quidnam effert? occidi:

Nil video. Æ. ehem, opportunè, te ipſum quærito; quid ſit Cteſipho?

In tuto eſt omnis res. omitte verò triſtitiam tuam:

C. *Ego illam verò omitto, qui te fratrem habeam quidem. ô mi Æſchine!*

O mi germane! ah vereor coràm [b] *in os te laudare ampliùs,*

[c] *Nè id aſſentandi magìs, quàm quo habeam gratum, facere exiſtumes.*

Æ. *Age inepte, quaſi nunc norimus nos inter nos, Cteſipho.*

Hoc mihi dolet, nos. penè ſerò ſcìſſe, & penè in eum locum

Rediiſſe, ut, ſi omnes cuperent, nihil tibi poſſent, auxiliarier.

C. *Pudebat.* Æ. *ah,* [d] *ſtultitia eſt iſtæc, non pudor, tam ob* [e] *parvolam*

Rem penè è patria? [f] *turpe dictu. deos quæſo ut iſthæc prohibeant.*

C. *Peccavi.* Æ. *quid aìt tandem nobis Sannio?* SY. *jam mitis eſt.*

Æ. *Ego ad forum ibo,* [g] *ut hunc abſolvam. tu intrò ad illam Cteſipho.*

---

[a] An utique argentum effert, pretium fidicinæ raptæ?

[b] Κατὰ τὸ ςόμα. Plat. 9. l. de leg. Εἰς κεφαλὴν, in Euthydemo. Καὶ' ὀφθαλμὲς Xenoph. Hierone

[c] Τὸ ὑπαινίττεσθαι παρρησίᾳ κολακείας ἐςι. Ariſtot. 2. Rhet.

[d] Malus hic pudor atque inutilis, qui egentes impediat à poſcenda amicorum ope & benignitate. Heſiodo, Αἰδὼς δ' οὐκ ἀγαθὴ κεχρημένον ἀνδρὶ κεμίζειν. Homero. Αἰδὼ δ' οὐκ ἀγαθὴ φάτο' ἴμμεναι ἀνδρὶ φερίστῳ. Odyſ. ρ &c. ἀργὸς ἡ ἀγορὰ. Euripidi in Ione.

[e] Meretricem.

[f] Αποστοματίσαι ἐυφημισμὸς χάριν. ſc. fugere, in exilium abire. puellam, quæ in Cyprum avehenda ad mercatum erat, ſequi.

[g] Ut Sannioni argentum perſolvam.

SA. *Syre*

SA. *Syre insta.* SY. *eamus: nanque hic properat in Cyprum.* SA *nè tam quidem.*
Quamvis etiam maneo otiosus hic. SY. *reddetur, nè time.*
SA. *At ut omne reddat.* SY. *omne reddet, tace modò, ac sequere hâc.* SA. *sequor.*
C. *Heus heus Syre.* SY. *hem quid est:* C. *obsecro hercle, hominem istum impurissimum*
Quamprimum absolvitote, nè, si magis irritatus fiet,
Aliquâ ad patrem hoc permanet, atque h *ego tum perpetuò perierim.*
SY. *Non fiet: bono animo es. tu cum illa te intus oblecta interim,*
Et lectulos jube sterni nobis, & parari cætera.
Ego jam transactâ re convortam me domum cum i *obsonio.*
C. *Ità quæso: quando hoc bene successit, hilarem hunc sumamus diem.*

---

h Abdicandi filium caussæ fuerunt: si filius noctu foris cubuisset; si commissaretur; si lenones pulsâsset, si libidini incumberet, (Lucianus in abdicato) si paternæ voluntati repugnâsset. Fab. l. 3. c. 7. & l. 7. c. 4. Plin. l. 7. c. 45. Cod. l. 8. l. 47. de patr. potest.

i Andr. act. 2. sc. 2.

ACTUS III SCENA I.

SOSTRATA, CANTHARA.

S. *Obsecro, mea tu nutrix, quid nunc fiet?* C. *quid fiet, rogas?*
Rectè adepol spero. S *modò* a *dolores, mea tu, occipiunt primùlum.*
C. *Jam nunc times, quasi nunquam adfueris, nunquam tute pepereris.*

---

a Ω *dolores* par- | turientis.

S. *Miseram*

S. *Miseram me, neminem habeo, solæ sumus:* b *Geta autem hic non adest;*
Nec quem ad obstetricem mittam, nec qui accersat Æschinum.
C. *Pol is quidem jam hìc aderit. nam nunquam unum intermittit diem,*
Quin semper veniat. S. *solus mearum miseriarum est remedium.*
C. c *E re natâ melius fieri haud potuit, quàm factum est, hera:*
Oblatum quando vitium est, quod ad illum attinet potissimùm,
Talem, tali genere, tali animo. natum ex tanta famì iâ.
S. *Ità pol est, ut dicis. salvus nobis, deos quæso, ut siet.*

---

b Interfuit quippe Geta jam rixæ quâ Æschinus meretricem rapuit, uti mox narrabit ipse, scenâ quæ sequitur.

c Res nata dicitur, quæ repentè accidit. πρᾶγμα πρὸς συμβεβηκὸς vel συμβὰν πρᾶγμα, res quæ nuper accidit. Budæus.

ACTUS III SCENA II.

GETA, SOSTRATA, CANTHARA.

G. NUnc a *illud est, quòd si omnes omnia sua consilia conferant,*
Atque huic malo salutem quærant, auxilii nihil afferant.
Quod mihique, heræque filiæque herili est. væ misero mihi!
Tot res repentè b *circumvallant, unde emergi non potest.*
c *Vis, egestas, injustitia, solitudo, infamia.*

---

a Tempus, negotium, periculum.

b Translatio à re militari, à castris obsidione cingendis. Κύκλῳ πανταχῇ μέλλοντας ἡμᾶς ἢ καθεῖρξε περιζωσάμενος. Demosthenes in prima Philippica.

c Vis illata ab Æschino, egestas, & solitudo ipsius puellæ, judiciorum iniquitas, infamia ab iis qui credant pretio vitiatam. infrà, *Neque pretium, neque rem ullam intercessisse.*

d *Hoccine*

d *Hoccine ſæclum ? ô ſcelera ! ô genera ſacrilega ! ô hominem impium !*

S. *Me miſeram, quidnam eſt, quòd ſic video timidum & properantem Getam ?*

G. *Quem neque fides, neque jusjurandum, neque ulla miſericordia*
Repreſſit, neque reflexit, neque quòd partus inſtabat propè,
Cui miſeræ indignè per vim vitium obtulerat. S. *non intelligo*
Satis, quæ loquatur. C. *prioris obſecro accedamus Soſtrata.*
G. *ah.*
Me miſerum e *, vix ſum compos animi, ità ardeo iracundiâ,*
Nihil eſt, quod malim, quàm totam f *familiam dari mihi obviam,*
Ut iram hanc in eos g *evomam omnem, dum ægritudo hæc eſt recens :*
h *Satis mihi id habeam ſupplicii, dum illos ulciſcar modò.*
i *Seni animam primùm extinguerem ipſi, qui illud produxit* k *ſcelus :*
Tum autem Syrum impulſorem, vah, quibus illum lacerarem modis !
Sublimen medium arriperem capite primùm in terram ſtatuerem,
Ut cerebro diſpergat viam :
Adoleſcenti ipſi oculos eriperem, poſt hæc præcipitem darem :
l *Cæteros* m *trucerem, agerem, raperem, tunderem, & proſternerem.*
Sed ceſſo hoc malo heram impertiri properè ? S. *revocemus. Geta.*
G. *hem,*
Quiſquis es, ſine me S. *ego ſum Soſtrata.* G. *ubi ea eſt ? te ipſam quærito :*

---

d *O tempora ! o mores,*

e Ira rationi inimica tollit mentem de cardine, cujus faciem vide apud Senecam, 1. 1. de ira. 1. c. *Flagrant & micant oculi, mulcum toto ore rubor, exæſtuante ab imis præcordiis ſanguine,* &c.

f Demeæ & Mitionis.

g Metaph. fortè à ſerpentibus.

h *Vindicta bonum vita jucundius ipſâ.* Juvenal. 13. Sat.

i Demeæ.

k Æſchinum.

l Amoris indices & illices: ſcelerum duces.

m Impellerem, & dominabitur hìc rabioſa litera canina.

Te

Te exſpecto. oppidò opportunè te obtuliſti mî obviàm
Hera. s. *quid eſt ? quid trepidas ?* G. *hei mihi.* s. *quid feſtinas mi Geta ?*
n Animam recipe. G. *prorſu'.* s. *quid illuc prorſus ergò eſt ?* G. *periimus.*
Actum eſt. s. *obſecro te quid ſit.* G. *jam.* s. *quid jam Geta ?*
G. *Æſchinus. quid ergo is ?* G. *alienu' eſt ab noſtra familiâ.*
s. *hem,*
Perii, quare ? G. *amare occepit aliam.* s. *væ miſeræ mihi.*
G. *Neque id occultè fert. à lenone ipſius eripuit palám.*
s. *Satin' hoc certum ?* G. *certum.* o *biſce oculis egomet vidi, Soſtrata.* s. *ah,*
Me miſeram. P *quid credas jam ? aut cui credas ? noſtrúmne Æſchinum,*
Noſtram vitam omnium, in quo noſtræ ſpes opéſque omnes ſitæ erant,
Qui ſine hac jurabat ſe unum nunquam victurum diem,
Qui in ſui gremio poſiturum puerum dicebat patris, ità
Obſecraturum, ut liceret hanc uxorem ducere.
G. *Hera. lacrumas mitte,* q *ac potiùs, quod ad hanc rem opu', porrò proſpice.*
Patiamúrne, an narremus cuipiam ? C. *au, au mi homo, ſanún' es ?*
An hoc proferendum tibi uſquam eſſe videtur ? G. *mihi quidem non placèt.*
Jam primum, illum alieno animo à nobis eſſe, res ipſa indicat.
Nunc ſi hoc palàm proferimus, ille inficias ibit, ſat ſcio ;
Tua fama, & gnatæ vita in dubium veniet. tum ſi maximè
Fateatur, cùm amet aliam, non eſt utile hanc illi dari.
Quapropter, quopuo pacto tacito eſt opus. s. *ah minimè gentium :*

---

n Namque præ anhelitu verba intermittens & tertians uno ſpiritu continuare non poſſe videbatur.

o Ἀσύλλικτος teſtibus certiſſimis, *pluris enim eſt culatus te'ſtis unus, quàm aurei decem.* Plaut. Trucu. lent. 2. act. 6. ſc.

p Νῦν μάλιστα ἀπεῖναι ἐβούλομην. Ἐρᾷ τοῦτα τῶν ῥητῶν. Epicharmus.

q Sed acta miſſa faciamus, videamus quid ſit agendum.

Non

Non faciam. G. *quid ages?* S. *proferam.* G. *hem, mea Sostrata vide quam rem agas.*

S. *Pejore res loco non potis est esse, quàm in hoc, quo nunc sita est. Primùm indotata est: tum præterea,* [r] *quæ secunda ei dos erat, Periit: pro virgine dari nuptum non potest. hoc reliquom est, Si inficias ibit, testis mecum est annulus, quem* [s] *amiserat. Postremò, quando ego* [t] *conscia mi sum, à me culpam hanc procul esse, nec*

Pretium, neque rem ullam intercessisse illâ, aut me, indignam; aut experiar Getâ.

G. *Quid istic? accedo, ut melius dicas.* S. *tu, quantum potes, abi,*

Atque Hegioni cognato hujus rem omnem narrato ordine.

Nam is [x] *nostro Simulo fuit summus, & nos coluit maximè.*

G. *Nam hercle alius nemo respicit nos.* S. *propera tu, mea Canthara.*

Curre, obstetricem accerse, ut, cùm opus sit, nè in mora nobis fiet.

---

r Pudor, quæ secunda dos vel potiùs prima. *Non ego*, inquit Alcmena apud Plautum, *illam dotem mihi duco esse, quæ dos dicitur; Sed pudicitiam, & pudorem, & sedatam cupidinem, Deûm metum, parentum amorem, & cognatûm concordiam.* Amphitr. act. 1. sc. 2.

s Æschinus.

t *Conscia mens recti, fama mendacia ridet.* Ovid. 4. Fastorum. Conscientia mille testes; murus aheneus.

u Actionem intendam in judicio. *Si quid in controversiam veniret, inter parentes, aut summo jure experietur.* Cic. pro Quintio.

x Marito meo, patri hujus Pamphilæ meæ.

ACTÛS III SCENA III.

DEMEA, SYRUS.

D. *Disperii, Ctesiphonem audivi filium Una fuisse in* [a] *raptione cum Æschino.*

---

a *Raptio* est violenta perpetratio injuriæ: *rapus* vis & injuria perpetrantis: *rapina* lucrum injustum & præda per vim rapta.

Id

Id misero restat mihi mali, si illum potest,
Qui alicujus rei est, etiam eum ad nequitiem abducere.
Ubi ego illum quæram ? credo abductum b *in ganeum.*
Aliquò. persuasit ille impurus, sat scio.
Sed eccum ire Syrum video. hinc scibo jam, ubi siet.
Atque hercle hic c *de grege illo est : si me senserit*
Eum quæritare, nunquam dicet carnufex.
Non ostendam id me velle.
S. *Omnem rem modò* d *seni,*
Quo pacto se haberet, enarramus ordine.
Nil quidquam vidi lætius. D. *prò Jupiter,*
Hominis stultitiam ! S. *collaudavit filium :*
Mihi, qui id dedissem consilium, egit gratias.
D. e *Disrumpor.* S. *argentum* f *adnumeravit illico :*
Dedit præterea in sumptum dimidium minæ :
Id distributum sanè est ex sententia. D. *hem,*
g *Huic mandes, si quid rectè curatum velis.*
S. *Hem Demea, haud aspexeram te : quid agitur ?*
D. *Quid agatur ? vostram nequeo mirari satis*
Rationem. S. *est hercle inepta,* h *nè dicam dolo, atque*
Absurda. i *Pisces cæteros purga Dromo :*
Congrum istum maxumum in aqua finito ludere
Paulisper : ubi ego venero, exossabitur ;
Prius nolo. D. *hæccine flagitia ?* S. *mihi quidem non placent :*
Et clamo sæpe. Salsamenta hæc Stephanio
Fac macerentur pulcrè. D. *dii vostram fidem !*

---

b Lupanar aut popinam, ubi γάνυται & luxuriæ indulgent homines nequam. Nonnullis quasi χάνεον, crypta subterranea, fornix.

c Ejusdem contubernii.

d Mitioni.

e Irâ indignatione, dolore.

f Simoni.

g Ironicé.

h Nè mentiar.

i Per neglectum Demeæ, sermonem facit dividuum, Dromoni & conservis, qui intus, mandat de piscibus exenterandis, desquammandis, exossandis, & per otium verò & quasi παιζόντως alloquitur Demeam.

Utrùm ſtudióne id ſibi habet, an laudi putat
Fore, ſi perdiderit gnatum? væ miſero mihi,
Videre videor jam diem illum, cùm hinc egens
Profugiet aliquò militatum. S. ô Demea,
k. Iſtuc eſt ſapere, non quod l ante pedes modo eſt,
Videre, ſed etiam illa, quæ futura ſunt,
Proſpicere.. D. *quid? iſtæc jam penès vos pſaltria eſt?*
s. *Ellam intus.* D. *eho, an domi eſt habiturus?* s. *credo, ut eſt*
Dementia. D. *hæccine fieri?* s. *inepta lenitas*
Patris, & facilitas prava. D. *fratris me quidem,*
Pudet, pigétque. S. *nimium inter vos Demea, ac*
Non, quia ades præſens, dico hoc, perniciùm intereſt.
Tu, quantus, quantus, nihil niſi ſapientia es:
Ille ſomnium. ſineres verò illum tu tuum
Facere hæc? D. *ſinerem illum? annon ſex totis menſibus*
Priùs olfeciſſem, quàm ille quidquam cœperit?
S. *Vigilantiam tuam tu mihi narras?* D. *ſic ſiet*
Modò, ut nunc eſt. s. m ut quiſque ſuum vult eſſe, ità eſt.
D. *Quid* n *eum? vidiſtin' hodie?* s. *tuúmne filium?*
o *(Abigam hunc rus) jam dudum aliquid ruri agere arbitror.*
D. *Satìne ſcis ibi eſſe?* s. *oh, quem egomet produxi.* D. *optumè eſt.*
Metui, nè hæreret hic. s. *atque iratum admodum.*

---

k Et ſententias loquitur carnifex aures ſenis demulcens verbis non tantùm coquinariis, & providentiam illius collaudans veterator in arrogantiam ductat, adeóque errorem.

l *Quod eſt ante pedes nemo ſpectat, cæli ſcrutantur plagas.* Cic. 2. 1. de Divinatione; juxta illud de Thalete tritum, qui ſidera contemplans in ſcrobem cecidit.

m Prout ſuum quiſque educatione formârit, talem habebit. Neque enim puto culinarium hunc philoſophum hoc eâ mente dixiſſe, quâ Seneca illud, *Putet ſe innocentem civitas erit*, &c: ad quam ſententiam credo & illam effictam, *Satietas in ſcelus me fũ, erit.* Conferat lector locum 1. l. de Clementia 3. c.

n Cteſiphonem.

o Averſus, & ſecum hæc.

C. *Quid*

C. *Quid autem ?* s. *adortus jurgio fratrem apud forum*
De Psaltria istac. D. *aïn' verò ?* s. *vah, nil reticuit :*
Nam, ut numerabatur fortè argentum, intervenit
Homo de improviso : cœpit clamare, Æschine,
Hæccine flagitia facere te ? hæc te admittere
Indigna genere nostro ? D. *oh,* p *lacrumo gaudio.*
s. *Non tu hoc argentum perdis, sed vitam tuam.*
D. *Salvos sit : spero, est similis majorum suûm.* s. *hui.*
D. *Syre, præceptorum plenus istorum ille.* s. *phi,*
q *Domi habuit, unde disceret.* D. *fit seduló :*
Nil prætermitto : consuefacio : denique
Inspicere, r tanquam in speculum, in vitas omnium
Jubeo, atque ex aliis sumere exemplum sibi.
Hoc facito. s. *rectè sanè.* D. *hoc fugito.* s. *callidè.*
D. *Hoc laudi est.* s. *istæc res est.* D. *hoc vitio datur.*
s. *Probissumè.* D. *porrò autem.* s. *non hercle otium est*
Nunc mihi auscultandi. pisces ex sententia
Nactus sum : hi mihi nè corrumpantur, cautio est.
Nam id nobis tam flagitium est, quàm illa Demea
Non facere vobis, quæ modò dixti : ʃ*y, quod queo,*
t *Conservis ad eundem istunc præcipio modum.*
Hoc salsum est, hoc adustum est, hoc lautum est parùm :
Illud rectè, iterum sic memento : seduló
Moneo, quæ possum pro mea sapientiâ.

---

p Vide infrà, act. 4. sc. 1.

q Te sc. autorem magnum præceptorem & exemplum. *Domi nobis ista nascuntur.* Cic. 2. Academic.

r Notum est illud Socratis monentis juvenes formosos ut consulerent speculum, & sibi pulcram formam adstruerent. Platonis item jubentis ebrios & iratos in speculo se contemplari, ut visâ deformitate vitia fugerent. Confer huc satyram 4ᵃ Horatii. lib. 1. sub fine, citantis παραδείγματα & παραδείγματα sibi à patre tradita, quæ sequeretur, quæ fugeret.

s Appositè. scurrili enim μιμήσει & ἀποδείξει ἀλαζονείας morali & œconomicæ ipsius philosophiæ conferens culinariam suam, quæ in sapore. Coqui præcipua ars erit servire palato, domini & hospitum nôsse gustum. Athen. 9. l. 5. c. τὸ γὰρ μιμεῖσθαι γαστέρα τῶν καλλιμάχων. Martial. 14. l. 220. *Natoque ingeniosa gula est.* Petronius.

Poſtremò, tanquam in ſpeculum, in patinas Demea
Inſpicere jubeo, & moneo quid facto uſu' ſit.
Inepta hæc eſſe, nos quæ facimus, ſentio.
Verùm quid facias? ut homo eſt, ità morem geras.
Nunquid vis? D. *mentem vobis meliorem dari.*
s. *Tu rus hinc ibis?* D. *rectá.* s. *nam quid tu hic agas,*
Ubi, ſi quid bene præcipias, nemo obtemperet?
D. *Ego verò hinc abeo, quando is, quamobrem huc veneram,*
Rus abiit. illum curo unum. ille ad me attinet:
Quando ità volt frater, de iſtoc ipſe viderit.
Sed quis illic eſt, quem video procul? eſtne hic Hegio
Tribulis noſter? ſi ſatis cerno, is hercle eſt. vah.
Homo amicu' nobis jam indè à puero. dii boni,
Næ illiuſmodi jam magna nobis civium
Penuria eſt: t antiquâ homo virtute ac fide.
Haud citò mali quid ortum ex hoc ſit publicè.
Quàm gaudeo, ubi etiam hujus generis reliquias
Reſtare video: vah. vivere etiam nunc lubet.
Opperiar hominem hìc, ut ſalutem, ut conloquar.

---

t Simplici, purâ, ingenuâ. *Antiquitas proximè ad Deos accedit.* Cic. 2. l. de leg. *Homines antiqui.* i. e. ſimplices ac probi: pro Ro. ſcio. *Veſtigia antiqui officii*: pro Quintio. *Vide quàm ſim antiquorum hominum*: ad Atticum l. 9. Ep. 18.

ACTÛS III SCENA IV.

HEGIO, GETA, DEMEA, PAMPHILA.

H. PRô dii immortales! *facinus indignum, Geta*
Quid narras? G. *ſic eſt factum.* H. *ex illân' familiâ*
Tam illiberale facinus eſſe ortum? ô Æſchine
a *Pol haud paternum iſtuc dediſti.* D. *videlicet*
De Pſaltria hac audivit: id illi nunc dolet

---

a Non ad exemplum patris; ab ingenio & inſtituto illius degener.

Alieno

Alieno; [b] *pater is nihil pendit. hei mihi!*
Utinam hic propè adesset alicubi, atque audiret hæc.
H. *Ni facient quæ illos æquom est, haud sic auferent.*
G. *In te spes omnis, Hegio, nobis sita est:*
Te solum habemus: tu es patronus, tu parens:
Ille tibi moriens nos commendavit [c] *senex.*
Si deseris tu, periimus. H. *cave dixeris:*
Neque faciam, neque me satis pie posse arbitror.
D. *Adibo, salvere Hegionem plurimum*
Jubeo. H. *oh. te quærebam ipsum, salve Demea.*
D. *Quid autem?* H. *major filius tuus Æschinus,*
Quem fratri adoptandum dedisti, neque boni,
Neque liberalis functus [d] *officium est viri.*
D. *Quid istuc?* H. *nostrum amicum nôras Simulum, atque*
[e] *Æqualem?* D. *quid ni?* H. *filiam ejus virginem*
Vitiavit. D. *hem.* H. *manè, nondum audisti Demea*
Quod est gravissimum. D. *an quid est etiam amplius?*
H. *Verò amplius: nam hoc quidem ferundum aliquo modo est.*
[f] *Persuasit nox, amor, vinum, adolescentia:*
Humanum est. ubi sit factum, ad matrem virginis
Venit ipsus ultro, lacrumans, orans, obsecrans,
Fidem dans, jurans se illam ductarum domum.
[g] *Ignotum est, tacitum est, creditum est. virgo ex eo*
Compressu gravida facta est. mensi' hic [h] *decimus est:*
Ille bonus vir nobis psaltriam, si diis placet,
Paravit, quicum vivat, illam deserit.
D. *Pro certón' tu istæc dicis?* H. *mater virginis*
In medio est, ipsa virgo, res ipsa: hic Geta

---

b Mitio, qui illum adoptavit, jámque corrumpi sinit.
c Simulus.
d Archaïsmus. Officio.
e Ὁμήλικα. coætaneum.
f *Nox & amor vinumque nihil moderabile suadent.*
Illa pudore vacat, Liber, amór-que metu. Ovid.
g Venia data est, silentium indultum, habita fides.
h Lunaris. *Matri longa decem tulerunt fastidia menses.* Virg. eclog. & quæ nos ibi. *suos vix dimidium.* Menander Plotio.

Præterea, ut captus eſt ſervorum, non malus,
Neque iners, alit illas, ſolus omnem familiam
Suſtentat. hunc abduce, vinci: quære rem.
G. Imò hercle extorque, niſi ità factum eſt Demea.
Poſtremò non negabit, coràm ipſum cedò.
D. Pudet. nec, quid agam, neque quid huic reſpondeam,
Scio. P. *Miſeram me,* [i] *differor doloribus.*
[k] *Juno Lucina fer opem, ſerva me obſecro.* H. *hem!*
Numnam illa quæſo parturit? G. *certè Hegio.* H. *hem!*
Illæc fidem nunc voſtram implorat Demea,
Quod vos [l] *jus cogit, id voluntate impetret.*
Hæc primùm ut fiant, deos quæſo, ut [m] *vobis decet:*
Sin aliter animus voſter eſt, ego Demea
Summâ vi defendam [n] *hanc atque illum mortuum*
Cognatus mihi erat: unà à pueris parvoli
Sumus educti: unà ſemper militiæ, & domi
Fuimus: paupertatem unà pertulimus gravem.
Quapropter nitar, faciam, [o] *experiar, denique*
Animam relinquam potiùs quàm illas deſeram.
Quid mihi reſpondes? D. *fratrem conveniam Hegio:*
[p] *Is quod mihi de hac re dederit conſilium, id ſequar.*
H. *Sed Demea hoc tu facito cum animo cogites,*
Quàm vos [q] *facillimè agitis, quàm eſtis maximè*
Potentes, dites, fortunati, nobiles,
Tam maximè vos æquo animo æqua noſcere
Oportet, ſi vos voltis perhiberi probos.
D. *Redito. fient, quæ fieri æquum eſt, omnia.*
H. *Decet te facere: Geta duc me intrò ad Soſtratam.*

---

i Divellor ἀδίνας.

k Andr. 3. act. 1. ſcen.

l Τρία ἐστὶ θεῶν ἀνάγκαια μάλιστα, ἡ κατὰ νόμον, ἡ κατὰ φύσιν, ἢ κατ' ἀνάγκην. Menand.

m Helleniſmus. adi Grammaticam noſtram.

n Pamphilam & ſimulum.

o Litem intendam, judicio agam: ſuprà act. 3. ſc. 2.

p Eſt quippe Æſchinus in illius poteſtate, non meâ.

q In otio & opulentiâ vitam agitis lautè. poëtis Græcis Dii ſunt τρόφιμα ζῶντες.

D. r *Non*

D. r *Non me indicente hæc fiunt: utinam hoc ſit modò*
Defunctum. verùm nimia illæc licentia
Profectò evadet in aliquod magnum malum.
Ibo, requiram fratrem, ut in eum hæc evomam.

---

r Hæc flagitia non fiunt ab Æſchino me hortante non vetante. atque utinam hoc ſit ultimum.

ACTUS III. SCENA V.

HEGIO.

H. a *Bono animo ſac ſis Soſtrata, & * iſtam quàm potes,*
Fac conſolere. ego Mitionem, ſi apud forum eſt,
Conveniam, atque, ut res geſta eſt, narrabo ordine.
Si eſt, ut facturus officium ſiet ſuum,
Faciat: ſin aliter de hac re ejus ſententia eſt;
Reſpondeat mî, ut, quid agam, quamprimum ſciam.

---

a In quibuſdam exemplaribus ſex iſti verſus pro genuinis non feruntur.

* Pamphilam.

ACTUS IV SCENA I.

CTESIPHO, SYRUS.

C. *In' patrem hinc abiiſſe rus?* S. *jam dudum.* C. *die ſodes.*
S. *apud*
Villam eſt. nunc a eum maximè operis aliquid facere credo. C.
utinam quidem.
b *Quod cum ſalute ejus fiat, ità ſe defatigaret velim,*
Ut triduo hoc perpetuo è lecto prorſus nequeat ſurgere.

---

a ὅτι μάλιστα. Al. *eum max. imè.*

b Correctio φιλόστοργος.

s. *Ità fiat. & istoc* c *si quid potis est rectius. C. itá. nam hunc diem*
Miserè nimis perpetuum, ut cœpi, cupio in lætitia degere:
Et illud rus nullâ aliâ caussâ tam malè odi, nisi quia propè est.
Quòd si abesset longiùs,
Prius nox oppressisset illic, quàm huc revorti posset iterum.
Nunc, ubi me illic non videbit, jam huc recurret, sat scio:
Rogitabit me, ubi fuerim: quem ego hodie toto non vidi die.
Quid dicam? s. *nihilne in mentem?* C. *nunquam quidquam.*
s. *tantò nequior.*
Cliens, amicus, hospes nemo est vobis? C. *sunt. quid postea?*
s. *Hisce opera ut data sit.* C. d *quæ non data sit? non potest fieri.*
s. *potest.*
C. *Interdiu: sed si hìc pernocto, caussæ quid dicam Syre?*
s. *Vah, quàm vellem etiam noctu amicis operam mos esset dari.*
Quin tu otiosus es: ego illius sensum pulcrè calleo.
Cùm e *fervit maximè, tam placidum quàm ovem reddo.* C. *quo modo?*
s. *Laudarier te audit libenter.* f *facio te apud illum deum:*
Virtutes narro. C. *meas?* s. *tuas homini illico* g *lacrumæ cadunt,*
Quasi puero, g *gaudio, hem tibi autem.* C. *quidnam est?* s. h *Lupus in fabula.*

c Mortem ab improbo servo significari volunt: quod quia præsente filio importunum videtur, avertisse se a Ctesiphone. Muret. Variar. lect. l. 16. c. 3.

d Ἀ ρχίνίσι πάντας ἐπ' ἐμὲ δεῖ κακά. Ελευθέρε δ' ἀπόδος τὰ ἀληθῆ λέγειν. Menand.

e Irâ. quæ thullitio dicitur sanguinis circa cor.

f Laudibus te ad cœlum usque extollo. Οἱ λάκωνες ὅταν ἴνα ἐγκωμιάζωσι τινὰ θεὸν, ἀληθῆ φασὶν αὐτὸν. Socrates apud Platonem in Menone.

g Δακρύουσι γελάσιοι. Hom. Il. 3. Κοτέοντί τε ἔρεχθῆ λύπη δὲ κραδίᾳ ἵζει Xenophon rerum Græcar. 7. Lacrymas in angulis oculorum se ostendere, prorumpere tamen ex spiramentis duobus, quorum unum sit in superiore genâ, in inferiore alterum, autumant Philosophi. Lacrymas ex ira vel tristitiâ per inferius manare, quia cordis ea sunt accidentia. Aliâ quæ ratione profluunt, per superius meare, quia eventûs caussa sit de cerebro. Cœl. Rhodig. l. 12. c. 4.

h Silentii indictio, quoties intervenit is de quo fuerat mentio. Λήγετω γοῦν ὁ φαῖδρος δίκαιον εἶναι, ἢ τὸν τῷ λύκῳ ἰατρὸν. Plato in Phædro obmutescere quippe creditum quos prior viderit lupus. *vox quoque Mœrim jam fugit ipsa, lupi Mœrin vidêre priores.* vide quæ nos ad eclog. 9. Virgilii:

C. *Pater*

C. *Pater adest.* s. *ipsu'st* C. *Syre quid agimus?* s. *fuge modò intro: ego videro.*

C. *Si quid rogabit, nusquam tu me: audistin'?* s. *potin' ut desinas?*

ACTUS IV SCENA II.

DEMEA, CTESIPHO, SYRUS.

D. *NÆ ego homo sum infelix! primùm fratrem nusquam invenio gentium:*
Præterea autem, dum illum quæro, à villa mercenarium
Vidi: is filium negat esse rure: nec quid agam, scio.

C. *Syre.* s. *quid ais?* C. *mén' quærit?* s. *verum.* C. *peri.* s. *quin tu animo bono es.*

D. *Quid hoc, malùm, infelicitatis? nequeo satis decernere:*
Nisi me credo huic esse natum rei fecundis miseriis.
Primus sentio mala nostra: primus rescisco omnia:
Primus porrò a obnuntio. ægrè solus, si quid fit, fero.

s. *Rideo hunc: primùm ait se scire: is solus nescit omnia.*

D. *Nunc redeo: si fortè frater redierit, viso.* C. *Syre*
Obsecro, vide nè ille huc prorsus se b irruat. s. *etiam taces?*
Ego cavebo. C. *nunquam hercle hodie ego istuc committam tibi.*
Nam me jam in cellam aliquam cum illa concludam. id tutissimum est.

s. *Agè, tamen ego c nunc amovebo.* D. *sed eccum sceleratum Syrum.*

s. *Non hercle hic quidem durare quisquam, si sic sit, potest.*
Scire equidem volo, quot mihi sint domini, quæ hæc est miseria?
D. *quid*

---

a Qui bonam rem nuntiat, *annunciat*: qui malam *obnuntiat*. i. e. contrà nuntiat. unde Augures dicebantur *obnuntiare*, ubi aliquid mali ominis scævúmque vidissent. *Cùm auspiciis religionisque parens obnuntiaret*, Cic. pro Sestio.

b Active.

c Abigam hunc rus. supra act. 3. sc. 3.

d *Ille*

Ille gannit? quid volt? quid ais bone vir? hem, eſt frater domi?

s. *Quid malim, bone vir mihi narras? equidem perii.* D. *quid tibi eſt?*

s. *Rogitas? Cteſipho me pugnis miſerum & iſtam pſaltriam Uſque occidit.* D. *hem. quid narras?* s. *hem,* [c] *vide ut diſcidit labrum.*

D. *Quamobrem?* s. *me impulſore hanc emptam eſſe ait.* D. *non tu eum tus hinc modò Produxe ajebas?* s. *factum. verùm pòſt venit inſaniens: Nil pepercit. non puduiſſe verberare hominem ſenem*

[f] *Quem ego modò puerum tantillum in manibus geſtavi meis?*

D. *Laudo Cteſipho. patriſſas. & abi, virum te judico.*

s. *Laudas? næ ille continebit poſthac, ſi ſapiet, manus.*

D. *Fortiter.* s. *perquam, quia* [h] *miſeram mulierem & me ſervolum,*

Qui referire non audebam, vicit hui, perfortiter!

D. *Non potuit melius. idem quod ego ſenſit, te eſſe huic rei* [i] *caput.*

Sed eſtne frater intus? s. *non eſt* D. *ubi illum quæram, cogito.*

s. *Scio ubi ſit, verùm hodie nunquam monſtrabo.* D. *hem quid ais?* s. *ità.*

D. [k] *Diminuetur tibi quidem jam cerebrum.* s. *at nomen neſcio Illius hominis, ſed locum novi ubi ſit.* D. *dic ergò locum.*

s. [l] *Noſtin' porticum apud macellum hanc deorſum?* D. *quid ni noverim?*

---

[d] Quid veterator ille conqueritur gannitu? quod vulpium eſt. Al. *garrit.*

[e] Hæc credo queritur apud lu. ſcitioſum aut oculis caligantem ſenem.

[f] Me bene de ipſo meritum etiam ab infante Penelope de Eurycya H. κεῖνον δ' ὕσσον ἐὼν τρίφιν ἄν' ἀίτηλον,, Δεξαμένη χείμασι, ὅτι μιν πεφύτον τέκε κοὐτηρ Odyſ. 22. Puerculorum geruli ſitti veteribus vocabantur. *τοναρὶι* à *τονὶς.* i. e. ulnis. qui Græcis ὠλενοτρόφοι. Plauto in Milite act. 3. ſc. 1. ancilla dicitur *geraris.*

[g] Euge.

[h] Citbariſtriam à Jenone abreptam.

[i] Autorem.

[k] Bacculum intentâſſe videtur ſenex.

[l] Perplexa atque intricata loci deſcriptio, quo deludat ſenem.

s. *Prætereo*

s. *Præterito hac rectâ plateâ ſurſum. ubi eò veneris,*
Clivos deorſum vorſus eſt, hâc m *præcipitato: poſtea*
Eſt ad hanc manum ſacellum: ibi angiportum n *propter eſt.*
D. *Quonam?* s. *illic, ubi etiam caprificu' magna eſt. Noſtin'?*
D. *novi.* s. *hâc pergito.*
D. *Id quidem angiportum non eſt pervium.* s. *verùm hercle. vah,*
o *Cenſen' hominem me eſſe? erravi.* P *in porticum rurſum redi.*
Sanè hâc multò propiùs ibis, & minor eſt erratio.
Scin' Cratini hujus ditis ædes? D. *ſcio.* s. *ubi eas præterieris,*
Ad ſiniſtram hâc rectâ plateâ; ubi ad Dianæ veneris,
Ito ad dextram: priùs, quàm ad portam venias, apud ipſum lacum
Eſt piſtrilla, & exadverſum eſt fabrica. ibi eſt. D. *quid ibi facit?*
s. q *Lectulos in ſole ilignis pedibus faciundos dedit.*
D. *Ubi potetis vos? bene ſanè. ſed ceſſo ad eum pergere?*
s. *I ſanè: ego te exercebo hodie, ut dignus es,* r *ſilicernium.*
Æſchinus odioſè ceſſat: prandium corrumpitur:
Cteſipho autem in amore eſt totus. ego jam proſpiciam mihi.
Nam jam adibo, atque unumquodque, quod quidem erit belliſſimum,
Carpam, & cyathos ſorbillans paulatim hunc producam diem.

---

m Ex ambiguo. vel, properè deſcende, vel præcipitem te dato.

n Juxtà, propè.

o Epanortholis, quaſi errantis. Humanum eſt errare.

p Romæ in ſingulis regionibus aliquot erant porticus, ubi, ad imbres ſubitos evitandos, aut in umbra ad cavendos ſolis ardores, deambularent.

q Hic, inquit Turnebus. l. 20. c. 33. æqua hæret. videtur curâſſe ex ilice quaſi ligno ſolidiſſimo faciundos pedes lectulorum in quibus apricari ſenes in xiſtis ſolebant vel etiam ſub ſole & dio cœnare.

r Silicernium eſt cœna funebris, quæ apparabatur, circa ſilicem. i. e. ſepulcrum mortui. *Salmaſius.* Ut Ergaſtulus dictus qui in Ergaſtulo opus exercebat: ità ſiſſernius, qui dignus erat cui ſilicernium apponeretur: inquit *Scal.* ad Feſtum. Imò quid obſtat quo minùs ipſi ſenes dicantur Silicernia, ut miniſteria & ſervitia, pro miniſteris & ſervis. mutari numerum licentia permittet Comica.

ACTÛS IV SCENA III.

MITIO, HEGIO.

M. *EGo in hac re nihil reperio, quam ob rem lauder tantopere Hegio.*
Meum officium facio, quod peccatum à nobis ortum eſt, corrigo.
Niſi ſi in illo me credidiſti eſſe hominum numero, [a] *qui ità putant*
Sibi fieri injuriam, ultrò ſi quem fecere ipſi expoſtulant;
Et ultro accuſant. id quia non eſt à me factum, agi' gratias?
H. *Ah, minimè: nunquam te aliter, atque es, in animum induxi meum.*
Sed quæſo, ut unà mecum ad matrem virginis eas Mitio,
Atque iſtæc eadem, quæ mihi dixti, tute dicas mulieri:
Suſpicionem hanc propter fratrem ejus eſſe, & illam pſaltriam.
M. *Si ità æquom cenſes, aut ſi ità opus eſt facto, eamus.* H. *bene facis;*
Nam & illi animum jam relevabis, quæ [b] *dolore,* [c] *ac miſeriâ*
Tabeſcit; & tu officio fueris functus. ſed ſi aliter putas,
Egomet narrabo quæ mihi dixti. M. *imò ego ibo.* H. *bene facis:*
[d] Omnes, quibu' res ſunt minù' ſecundæ, magi' ſunt neſcio quo modo
Suſpicioſi: ad contumeliam omnia accipiunt magis:
Propter ſuam impotentiam ſe ſemper credunt negligi.
Quapropter te ipſum purgare ipſi coràm, placabilius eſt.
M. *Et rectè, & verum dicis.* H. *ſequere me ergò hàc intrò.* M. *maxumè.*

---

a Injurioſorum notat iniquitatem, qui ferre nolunt expoſtulantem injuriam, ſed ultro accuſant. putántque injuriam ſibi fieri ultrò, ſi tu expoſtules.

b Partûs & injuriæ acceptæ.

c Πολλοῖς φύσει τοῖς πᾶσιν ἀεὶτία κακὸν Λύπη. διὰ λύπης γὰρ μανία γὰρ γίγνεται, Πολλοῖσι γὰρ νοσήματ' οὐκ ἰάσιμα, Αὐτὰς τ' ἀπρήκτους διὰ λύπην πάρε. Menander.

d Adi actum. 2. Aululariæ Plaut. ſc. 2.

ACTÛS

ACTUS IV SCENA IV.

ÆSCHINUS.

Æ. Discrucior [a] *animi. hoccine de improviso mali mihi objici*
Tantum, ut neque quid de me faciam, neque quid agam, certum
siet?
Membra metu debilia sunt: animus timore obstupuit: [b] pectore
Consistere nihil consilii quicquam potest. Vah quo modo
Me ex hac turbâ expediam? tanta nunc suspicio de me incidit,
Neque ea immeritò. Sostrata credit, mihi me emisse hanc psaltriam:
[c] *Anus indicium id fecit mihi.*
Nam ut hinc fortè ea ad obstetricem missa erat, ubi eam vidi, illico
Accedo, rogito, Pamphila quid agat, jam partus adsiet:
Eo nè obstetricem accersat. illa exclamat, abi, abi, jam Æschine
Satis diu dedisti verba, sat adhuc tua nos frustrata est fides.
Hem, quid istuc obsecro inquam est? valeas, habeas illam quæ placet.
Sensi illico id illas suspicari: sed me repressi tamen,
Nè quid de fratre [d] garrulæ illi dicerem, ac fieret palàm.
Nunc quid faciam? dicámne fratris esse hanc? quod minimè est opus
Usquam efferri. agè, mitto: fieri potis est, uti nè quà exeat.
Ipsum id metuo uti credant: tot concurrant verisimilia.
Egomet rapui: ipse egomet solvi argentum: ad me abducta est domum.

---

a Constructio Græca, partis affectæ, vide Grammaticam nostram, 47. reg. Syntaxeos.

b Visa animi, quas φαντασίας appellant Philosophi, non voluntatis sicut neque arbitrii, sed vi, quâdam suâ inferunt sese hominibus, adeòque motibus quibusdam rapidis tollunt mentem de cardine atque officium rationis vertunt. Agel. 19. l. 1. c. 9

c Canthara.

d Tacere quod vis nemini dicas, nè mulieri quidem cui si quid narraveris, hoc erit quod ait Antiphanes. πᾶσι τοῖς κήρυξιν ἐν ἀγορᾷ φοβοῦμαι.

Hæc

Hæc adeò meâ culpâ fateor fieri. non me hanc rem e *patri, ut ut*
Erat gesta indicâsse! exorâssem, ut eam ducerem domum.
Cessatum est usque adhuc, nunc, porrò Æschine expergiscere.
Nunc hoc primum est. ad illas ibo, ut purgem me. accedam ad fo-
res
Perii, f *horresco semper, ubi fores pultare hasce occipio miser.*
Heus, heus. Æschinus ego sum, g *aperite aliquis actutum osti-*
um.
Prodit nescio quis. concedam huc.

---

e Mitioni.

f *Quæ ædes lamentaviæ mihi sunt, quas quotiescunque conspicio, fleo.* Plaut. Captivi. 1. act. 1. sc.

g h. e. Aliquis è vobis aperiat. Syntheſis, vel Σύνεσις, *exite huc aliquis.* Plaut. Epidic. 3. act. 3. sc.

ACTUS IV SCENA V.

MITIO, ÆSCHINUS.

M. ITà utì dixti, Sosirata
Facite: ego Æschinum conveniam, ut, quo modo acta
hæc sunt, sciat.
Sed quis ostium hoc pultavit? Æ. pater hercle est. perii. M.
Æschine.
Æ. Quid huic hìc negotî est? M. *túne has pepulisti fores:* a
tacet.
Cur hunc aliquantisper non ludo? melius est:
Quandoquidem hoc nunquam mihi ipse voluit credere.
Nil mihi respondes? Æ. non equidem istas, quod sciam.
M. *Itá? nam mirabar quid hic negotî esset tibi.*
b *Erubuit: salva res est. Æ. dic sodes pater,*

---

a Conscii subitò deprehensi, & ex improviso rogati tacent. Hσύτε, ὅτε αἰσχυνθῶ δ' ἐλλογιμώτερος εἶναι πιστεῖ. Diphilus.

b Ερυθριᾷν πᾶς χρηστὸς εἶναί μοι δοκεῖ. Menander O'μοπα. τρέφοις. Verecundus iste color in adolescentiore ætate tinctura est virtutis. Est quippe αἰσχύνη φόβος δ' ἀπαιδεύσιας λόγος. in senibus sceleris indicium. Aristot. Magn. Moral. 1. l. 29. c. & Problem.

Tibi

Tibi verò quid iſtic eſt rei ? M. *nihil mihi quidem.*
Amicus quidam me à foro abduxit modò
Huc advocatum ſibi. Æ. *quid ?* M. *ego dicam tibi.*
Habitant hic quædam mulieres pauperculæ.
Opinor eas non nôſſe te, & certè ſcio :
Neque enim diu huc commigrârunt. Æ. *quid tum poſtea ?*
M. *Virgo eſt cum matre.* Æ. *perge.* M. *hæc virgo orba eſt patre :*
Hic meus amicus illi genere eſt proximus :
[c] *Huic leges cogunt nubere hanc.* Æ. [d] *perii.* M. *quid eſt ?*
Æ. *Nil, rectè : perge.* M. *is venit, ut ſecum avehat.*
Nam habitat Mileti. Æ. *hem, virginem ut ſecum avehat ?*
M. *Sic eſt.* Æ. [e] *Miletum uſque obſecro ?* M. *ità.* Æ. *animo malè eſt.*
Quid ipſæ ? quid aïunt ? M. *quid illas cenſes ? nihil enim.*
Commenta mater eſt, eſſe ex alio viro
Neſcio quo puerum natum, neque eum nominat :
Priorem eſſe [f] *illum, non oportere huic dari.*
Æ. *Eho nonne hæc juſta tibi videntur poſtea ?*
M. *Non.* Æ. *obſecro non ? an illam hinc abducet pater ?*
M. *Quidni illam abducat ?* Æ. *factum à vobis duriter,*
Immiſericorditérque, atque etiam, ſi eſt pater,
Dicendum magis apertè, inliberaliter.
M. *Quam ob rem ?* Æ. *rogas me ? quid illi tandem creditis*
Fore animi miſero, qui illi conſuevit priùs,
(Qui infelix, haud ſcio, an illam miſerè nunc amat)
Cum hanc ſibi videbit præſens præſenti eripi,
Abduci ab oculis ? facinus indignum pater !

---

c Phorm. 1. act. 2. ſc. Lex eſt, *ut orbæ, qui ſunt genere proximi, iis nubant, & illos ducere eadem hæc lex jubet*, Lex Solonis exſtat apud Demoſthenem ad Macartatum. *Orbæ, qui ſunt genere proximi, iis nubunto; aut iis orbis dotem dato*, &c. Plutarch. in vita Solonis.

d Preſſâ voce & ſubmiſſâ.

e In Caria, hodie *Molaſſam*.

f Ex quo natus eſt filius.

g Mileſio.

M. *Qua*

M. *Qua ratione istuc ?* h *quis despondit ? quis dedit ?*
Cui, quando nupsit ? autor his rebus quis est ?
Cur duxit alienam ? Æ. *an* i *sedere oportuit*
Domi virginem tam grandem, dum cognatus hinc
Illinc ventret exspectantem ? hæc mi pater
Te dicere æquom fuit, & id defendere.
M. *Ridiculè, advorsumne illum* k *causam dicerem,*
Cui veneram advocatus ? Sed quid, Æschine,
Nostrâ ? aut quid nobis cum illis ? abeamus. quid est ?
Quid l *lacrumas ?* Æ. *pater obsecro, ausculta.* M. *Æschine audivi omnia,*
Et scio : nam amo te : quo magis, quæ agi' curæ sunt mihi.
Æ. *Ità velim me promerentem ames, dum vivas, mi pater,*
Ut me hoc delictum admisisse in me id mihi vehementer dolet.
Et me tuî pudet. M. *credo hercle. nam ingenium novi tuum*
Liberale : sed vereor nè indiligens nimium sies.
m *In qua civitate tandem te arbitrare vivere ?*
Virginem vitiâsti, quam te jus non fuerat tangere.
Jam id peccatum primum, magnum ; magnum, at humanum tamen.
n *Fecere alii sæpe, item boni. at postquam evenit, cedo,*
Nunquid circumspexti ? aut nunquid tute prospexti tibi,
Quid fieret, qua fieret ? si te ipsum mihi pudnit dicere ;
Quâ rescisserem ? hæc dum dubitas, menses abierunt decem.
Prodidisti te, & illam miseram, & gnatum, quod quidem in te fuit.

---

h Latenter ex obliquo perstringit Æschinum, qui sine patris consensu & autoritate se nuptiis illaqueaverat.

i Propriè dictum de virginibus, quæ conditionem non reperiunt. Θυγάτηρ ὑπήγαμος, κ' ἀν ὅλως μηδὲν λαλῇ, Διὰ τῦ πώποτ' ἄλλως ὧδε λέγει. Menander. Domi etiam apud matrem sedebant virgines, nec in publicum prodibant. Hesiodus in ἔργοις : Η'τι σὺμμον ἔτι παῖδα μητέρι μίμνει Ο'υπω ἔργ' εἰδῶσα πολυχρύσου Α'φροδίτης.

k Novè hoc dictum. cùm hoc sit propriè Rei ac defensoris.

l Ἀλλὰ σὺ μὴ δάκρυε ἀνδρός.

m An utique oblitus es te Athenis esse, ubi vivitur legibus?

n *Fecere tale antè alii spectati viri.* Plaut. Mercat. act. 2. sc. 2. *Volgò id faciunt.* Heaut. act. 5. sc. 2.

Quid

Quid? o *credebas dormienti hæc tibi confecturos Deos?*
Et sine tua operâ illam in cubiculum iri deductum domum?
Nolim cæterarum rerum te socordem eodem modo.
Bono animo es, duces uxorem hanc. Æ. *hem!* M. *bono animo es,*
p *inquam.* Æ. *pater,*
Obsecro num ludis tu nunc me? M. *ego te? quamobrem?* Æ. *nescio:*
Nisi, quid tam miserè hoc esse cupio verum, eò vereor magis.
M. *Abi domum, ac* P *deos comprecare, ut uxorem accersas: abi.*
Æ. *Quid? jámne uxorem?* M. *jam.* Æ. *jam?* M. *jam quantum potest.* Æ. *Di me pater*
Omnes oderint, q ni magi' te quàm oculos nunc amo meos.
M. *Quid? quàm illam?* Æ. *æquè.* M. *perbenignè.* Æ. *quid? ille ubi est Milesius?*
M. *Abiit, periit, navem ascendit. sed cur cessas?* Æ. *abi pater:*
Tu potiùs Deos comprecare: nam tibi eos certè scio,
Quò vir melior multò es quàm ego sum, obtemperaturos magis.
M. *Ego eo intrò, ut, quæ opu' sunt, parentur. fac tu, ut dixi, si sapis.*
Æ. *Quid hoc negoti? hoc est patrem esse, aut hoc est filium esse?*
r *Si frater aut sodalis esset, qui magi' morem gereret?*
Hic non amandus? hiccine non gestandus in sinu est? hem!
Itaque adeò magnum mi injecit suâ commoditate curam,
Nè fortè imprudens faciam, quod nolit, sciens cavebo.
Sed cesso ire intrò, nè mora meis nuptiis egomet sim.

---

o *Non votis, neque supplicibus mulierbribus auxilium Deorum paratur: sed vigilando, agendo, bene consulendo prosperè omnia cadunt. ubi socordiæ & ignaviæ te tradideris, nequicquam Deos implores; irati infestique sunt.* Cato apud Sallustium: Οὐδὲν τι κωλύει Ἀριστόμαχον δάσεις τὸν ἐλεύθερον θεοῖς ἐυχομένοις, Apollon. 1.

p *Quòd nihil ritè, nihilque providenter homines sine Deorum immortalium ope, consilio, honore auspicaventur.* Plin. Panegyric.

q *Ni teplùs oculis meis amarem.* Catullus ad Licin. Calvum.

r Quo modo, quâ re, quâ ratione magis mihi indulgeret?

M. *Qua ratione istuc?* h *quis despondit? quis dedit?*
Cui, quando nupsit? autor his rebus quis est?
Cur duxit alienam? Æ. *an* i *sedere oportuit*
Domi virginem tam grandem, dum cognatus hinc
Illinc veniret exspectantem? hæc mi pater
Te dicere æquom fuit, & id defendere.
M. *Ridiculè, advorsúmne illum* k *causſam dicerem,*
Cui veneram advocatus? Sed quid, Æschine,
Nostrâ? aut quid nobis cum illis? abeamus. quid est?
Quid l *lacrumas?* Æ. *pater obsecro, ausculta.* M. *Æschine audivi omnia,*
Et scio: nam amò te: quo magìs, quæ agi' curæ sunt mihi.
Æ. *Ità velim me promerentem ames, dum vivas, mi pater,*
Ut me hoc delictum admisisse in me id mihi vehementer dolet.
Et me tuî pudet. M. *credo hercle. nam ingenium novi tuum*
Liberale: sed vereor nè indiligens nimium sies.
m *In qua civitate tandem te arbitrare vivere?*
Virginem vitiâsti, quam te jus non fuerat tangere.
Jam id peccatum primum, magnum; magnum, at humanum tamen.
n *Fecere alii sæpe, item boni. at postquam evenit, cedò,*
Nunquid circumspexti? aut nunquid tute prospexti tibi,
Quid fieret, qua fieret? si te ipsum mihi puduit dicere;
Quâ rescîscerem? hæc dum dubitas, menses abierunt decem.
Prodidisti te, & illam miseram, & gnatum, quod quidem in te fuit.

---

h Latenter ex obliquo perstringit Æschinum, qui sine patris consensu & autoritate se nuptiis illaqueaverat.

i Propriè dictum de virginibus, quæ conditionem non reperiunt. Θυγάτηρ ὑπήγαμεν, κ' ἀν ὅλως μενδν ἐκλῆ, διὰ τὸ σπανίζειν πλείους αὐτὴν λέγειν. Menander. Domi etiam apud matrem sedebant virgines, nec in publicum prodibant, Hesiodus in ἔργοις: Η'τε δόμων ἔντοσθε φίλῃ παρὰ μητέρι μίμνει. Ο'υπω ἔργ' εἰδυῖα πολυχρύσου Α'φροδίτης.

k Novè hoc dictum. cùm hoc sit propriè Rei ac defensoris.

l Α'λλὰ σὲ δακρύειν ἀνέχομαι.

m An utique oblitus es te Athenis esse, ubi vivitur legibus?

n *Fecere tale antè alii [illegible] viri.* Plaut. Mercat. act. 2. sc. 2. *Volgò id faciunt.* Heaut. act. 5. sc. 2.

Quid

Quid ? o credebas dormienti hæc tibi confecturos Deos ?
Et sine tua operâ illam in cubiculum iri deductum domum ?
Nolim cæterarum rerum te socordem eodem modo.
Bono animo es, duces uxorem hanc. Æ. hem ! M. bono animo es, inquam. Æ. pater,
Obsecro num ludis tu nunc me ? M. ego te ? quamobrem ? Æ. nescio :
Nisi, quia tam miserè hoc esse cupio verum, eò vereor magis.
M. *Abi domum, ac P deos comprecare, ut uxorem accersas : abi.*
Æ. *Quid ? jámne uxorem ? M. jam. Æ. jam ? M. jam quantum potest. Æ. Di me pater*
Omnes oderint, q ni magi' te quàm oculos nunc amo meos.
M. *Quid ? quàm illam ? Æ. æquè. M. perbenignè. Æ. quid ? ille ubi est Milesius ?*
M. *Abiit, periit, navem ascendit. sed cur cessas ? Æ. abi pater :*
Tu potiùs Deos comprecare : nam tibi eos certè scio,
Quò vir melior multò es quàm ego sum, obtemperaturos magis.
M. *Ego eo intrò, ut, quæ opu' sunt, parentur. fac tu, ut dixi, si sapis.*
Æ. *Quid hoc negotî ? hoc est patrem esse, aut hoc est filium esse ?*
r *Si frater aut sodalis esset, qui magi' morem gereret ?*
Hic non amandus ? hiccine non gestandus in sinu est ? hem !
Itaque adeò magnum mî injecit suâ commoditate curam,
Nè fortè imprudens faciam, quod nolit, sciens cavebo.
Sed cesso ire intrò, nè mora meis nuptiis egomet sim.

---

o *Non votis, neque supplicits mulierbribus auxilium Deorum paratur : sed vigilando, agendo, bene consulendo prosperè omnia cadunt. ubi socordiæ & ignaviæ te tradideris, nequicquam Deos implores ; irati infestique sunt.* Cato apud Sallustium : Οὐδὲν τιμώμενος Ἀντίμαχον ἄλογος τὶς ἀλὼν θεῶν ἐξαμβλώσει, Apollon. 1.

p *Quòd nihil. ritè, nihilque providenter homines sine Deorum immortalium ope, consilio, honore auspicarentur.* Plin. Panegyric.

q *Ni te plus oculis meis amarem.* Catullus ad Licin. Calvum.

r Quo modo, quâ re, quâ ratione magis mihi indulgeret ?

ACTUS IV SCENA VI.

DEMEA.

D. DEfeſſus ſum ambulando. ut Syre te cum tua
Monſtratione magnus perdat Jupiter.
a Perreptavi uſque omne oppidum ad portam, ad lacum,
Quò non? neque b fabrica ulla erat, neque fratrem homo
Vidiſſe ſe aïebat quiſquam. Nunc verò domi
Certum obſidere eſt uſque donec redierit.

---

a Aptus ſeni inceſſus.
b Amandârat Demeam Syrus, ad fabricam, quæ nulla erat, a, ſc. hujus actûs.

ACTUS IV SCENA VII.

MITIO, DEMEA.

M. IBo, a illis dicam nullam eſſe in nobis moram.
D. Sed eccum ipſum. te jam dudum quæro Mitio.
M. Quidnam? D. ſero alia flagitia ad te ingentia
b Boni illius adoleſcentis. M. ecce autem. D. nova,
Capitalia. M. ohe, jam. D. ab neſcis qui vir fiet. M. ſcio.
D. O ſtulte, tu de pſaltria me ſomnias
Agere. hoc peccatum in virginem eſt civem. M. ſcio.
D. Ohe, ſcis, & patere? M. quid ni patiar? D. dic mihi,
Non clamas? non inſanis? M. non, c malim quidem.
D. Puer natus eſt. M. dii bene vortant. D. virgo nihil habet.
M. Audivi. D. & ducenda indotata eſt? M. ſcilicet.
D. Quid nunc futurum eſt? M. id enim, quod res ipſa fert:

---

a Soltratæ & filiæ.
b Æſchini: Ironia.
c Reſpondet Mitio ad illa Demeæ, *ſcis & patere? quid in patiar*, Malim quidem, ſi fieri poſſet, aliter eſſe: ſed quando, quod factum eſt, infectum eſſe non poteſt, æquo animo fero. tale quid cùm dicere pararet, interpellatur à Demea.

Illinc

Illinc hunc transferetur [d] *virgo.* D. *ô Jupiter!*
Istoccine pacto oportet? M. *quid faciam amplius?*
D. *Quid facias? si non ipsâ re tibi istuc dolet,*
Simulare certè est hominis. M. *quin jam virginem*
Despondi: res composita est: fiunt nuptiæ:
Dempsi metum omnem. hæc magis sunt hominis. D. *cæterum*
Placet tibi factum Mitio? M. *non, si queam*
Mutare: nunc, cùm non queo, æquo animo fero.
[e] Ità vita est hominum, quasi, cùm ludas tesseris;
Si illud, quod maximè opus est jactu, non cadit,
Illud, quod cecidit forte, id arte ut corrigas.
C. *Corrector! nempe tuâ arte viginti minæ*
Pro psaltria periere: quæ, quantum potest,
Aliquo abjicienda est; si non pretio, gratiis.
M. *Neque est, neque illam sanè studeo vendere.*
D. *Quid igitur facies?* M. *domi erit.* D. *pro Divûm fidem,*
Meretrix, & mater-familiâs una in domo?
M. *Cur non?* D. *sanúmne te credis esse?* M. *equidem arbitror.*
D. *Ità me dii ament, ut video ego tuam ineptiam.*
Factúrum credo, ut habeas quicum [f] *cantites.*
M. *Cur non?* D. *& nova nupta eadem hæc discet?* M. *scilicet.*
D. *Tu inter eas* [g] *restim ductans saltabis.* M. *probè.* D. *probè?*

---

d Quæ etiam cum viro fuit. Virgil. eclog. 6. *Ah virgo infelix!* de Pasiphaë.

e Ex Platonis lib. 10. de Rep. videtur hoc desumptum· Καὶ ὥσπερ ἐν πεττοῖς κύβου φερομένου τὰ πεπλασμένα πίπτειν τὰ αὐτὰ ἀναγκαῖα, ὅτῳ ὁ λόγος αὐτοῖς βέλτιστα ἂν ἔχειν. quod & refert Plutarchus lib. περὶ εὐθυμίας. Κυβεία ὁ Πλάτων τὸν βίον ἀπεικασεν. ἐν οἷς βαλεῖν δεῖ τὰ πρόσφορα· ἂν δὲ βαλόντα χρείαν παλαιοῖς πεσεῖν.

f Amatoria cantica & meretricia.

g Κόρδακα ἕλκων. ductans finem in saltatione comicâ, quam natam volunt ab eo fune quo in Trojam introductus erat equus Durius, expressit Livius decad. 3. l. 7. *Et per manus retro dato virgines sonum vocis pulsu pedum modulantes incessurunt.* Jul. Pollux l. 4. Athenæus 1. 14. c. 6. Aristoph. in Nub. Lucian. περὶ ὀρχήσεως. Jul. scaliger poëtic. 1. l. 18. c. Meursius de Orchestra pag. 42.

M. *Et tu nobiſcum unà, ſi opus ſit.* D. *hei mihi!*
Non te hæc pudent? M. *jam verò omitte, Demea,*
Tuam iſtanc iracundiam, atque ità, uti decet,
Hilarum ac lubentem fac te gnati in nuptiis.
Ego hos conveniam, poſt huc redeo. D. *ô Jupiter!*
Hanccine vitam? hoſcine mores? hanc dementiam?
Uxor ſine dote veniet: intus pſaltria eſt:
Domu' ſumptuoſa: adoleſcens luxu perditus:
Senex delirans? ipſa, ſi cupiat, [h] *Salus*
Servare prorſus non poteſt hanc familiam.

---

[h] Dea Romanis, ut ὑγίεια Græcis. cujus ædem. C. Jul. Bibaculus vovit. Coſ. bello Samnitum, mox dictator dedicavit. Liv. 9. l. 1. dec.

ACTÛS V SCENA I.

SYRUS, DEMEA.

S. *Depol* [a] *Syriſce te curâſti molliter,*
Lautéque munus adminiſtrâſti tuum.
Abi. ſed poſtquam intus ſum omnium rerum ſatur,
[b] *Prodeambulare huc libitum eſt.* D. *illud* [c] *ſis vide*
Exemplum diſciplinæ. S. *ecce autem hic adeſt*
Senex noſter. quid ſit? quid tu es triſtis? D. *ob ſcelus!*
S. *Obe, jam tu verba fundis hîc ſapientia?*
D. *Tun'? ſi meus eſſes.* S. [d] *dis quidem eſſes Demea,*
Ac tuam rem conſtabiliſſes. D. *exemplum omnibus*
Curarem ut eſſes. S. *quamobrem? quid feci?* D. *rogas?*
In ipſa turbâ, atque in peccato maxumo,

---

[a] Adblanditur ſibi madidus ſervus, diminutivâ ſui nominis formulâ.

[b] Delitias ſervi! cui geminâ opus præpoſitione.

[c] Si vis.

[d] Dives eſſes, re tuâ familiari bene adminiſtratâ.

Quod

Quod vix ſedatum ſatis eſt, potáſti ſcelus,
Quaſi re bene geſtâ. S. *ſane nollem huc exitum.*

ACTÛS V SCENA II.

DROMO, SYRUS, DEMEA.

DR. *Heus Syre, rogat te* [a] *Cteſipho ut redeas.* S. *abi.*
DE. *Quid Cteſiphonem hic narrat?* S. *nihil.* DE. *eho carnufex,*
Eſt Cteſipho intus? S. *non eſt.* DE. *cur hic nominat?*
S. *Eſt alius* * *quidam paraſitaſter parvolus,*
Noſtin'? DE. *jam ſcibo.* S. *quid agis? quò abis?* DE. *mitte me.*
S. *Noli inquam.* DE. *non manum abſtines* [b] *maſtigia?*
An tibi jam mavis cerebrum diſpergam hic? S. [c] *abit.*
Ædepol [d] *commiſſatorem haud ſanè commodum,*
Præſertim Cteſiphonî. quid ego nunc agam?
Niſi, dum hæ fileſcunt turbæ, interea in angulum
Aliquò abeam, atque edormiſcam hoc [e] *villi. ſic agam.*

---

[a] *Arcanum demens detegit ebrietas.* quod verſutus Syrus diu celârat, prodit Dromo ebrius.

* Quaſi non ſint alii Cteſiphones.

[b] Μαστίγιας. ſervus aut alius quiſpiam flagris onuſtus, aut dignus verberibus. à μάστιξ flagrum.

[c] Evaſit mihi è manibus atque introrupit.

[d] Convivam ingratum. Ὁ συλλογὸς ἀνὴρ ἄχαρι ἐν πότοις γέλων. Menander.

[e] Τὸ πεπωκέναι vini. Edormiſcam crapulam hanc ex vino.

ACTÛS V SCENA III.

MITIO, DEMEA.

M. *Parata à nobis ſunt, ut dixi, Soſtrata,*
Ubi vis. [a] *quiſnam à me* [b] *pepulit tam graviter fores?*

---

[a] Apoſiopeſis, audito pulſu ædium ſuarum.

[b] Vide Adelph. act. 2. ſc. 3.

D. *Hei mihi, quid faciam? quid agam?* [c] *quid clamem? aut querar?*
O cœlum! ô terra! ô maria Neptuni! M. *hem tibi,*
Reſcivit [d] *omnem rem. id nunc clamat. ilicet,*
Paratæ lites: ſuccurrendum eſt. D. *eccum adeſt*
Communis corruptela noſtrûm liberûm.
M. *Tandem reprime iracundiam, atque* [e] *ad te redi.*
D. *Repreſſi, redii, mitto maledicta omnia:*
[f] *Rem ipſam putemus. dictum hoc inter nos fuit,*
Ex te adeò eſt ortum, nè tu curares meum,
Neve ego tuum, reſponde. M. *factum eſt, non nego.*
D. *Cur nunc apud te potat? cur recipis meum?*
Cur emis amicam Mitio? nam quî minùs
Mihi idem jus æquom eſt eſſe, quod mecum eſt tibi?
Quando ego tuum non curo, nè cura meum.
M. *Non æquom dicis, non: nam vetus verbum hoc quidem eſt;*
[g] Communia eſſe amicorum inter ſe omnia.
D. *Faceté. nunc demum iſtæc nata oratio eſt.*
M. *Auſcultà paucis, niſi moleſtum eſt, Demea.*
Principiò, ſi id te mordet, ſumptum filii
Quem faciunt, quæſo facito hæc tecum cogites:
Tu illos duos olim pro re tolerabas tuâ,
Quòd ſatis putabas tua bona ambobus fore,
Et me tum uxorem credidiſti ſcilicet
Ducturum. eandem illam rationem antiquam obtine:

---

c Omnia accuſat iracundus. Et hoc eſt quod habet Horatius, epiſt. ad Piſones; *Interdum tamen, & vocem Comœdia tollit, iratúſque Chremes tumido delitigat ore.*

d De amore Cteſiphonis.

e Videntur quippe irati exiiſſe de poteſtate h. e. de conſilio, de ratione, de mente.

f Rodeamus & ad calculos, reſque ipſius inter nos pactæ computemus rationes. *Neque enim placet, quod omnes interpretantur, amputemus, pargemus* Meraph. *ab arborum putatoribus, ductâ.*

g Τὰ τῶν φίλων κοινὰ· καὶ μόνον τὰ χρήματα, καὶ γὰρ ὁ κ᾽ φερόμενος κοινωνίας κοινωνία. Menander in Adelphis. quam ſententiam Pythagoræ tribuit Cic. 1. de leg & Timæus apud Diog. Laërtium. κατόβλεν Pythagoricum laudat Agellius, l. 1. c. 9. vide & Senec. de Benef. l. 7. c. 4.

Conſerva

Conſerva, quære, parce, fac quamplurimum
Illis relinquas. gloriam tu iſtam obtine :
h *Mea, quæ præter ſpem venêre, utantur ſine.*
De ſumma nihil decedet : quod hinc acceſſerit,
Id de lucro putato eſſe. omnia ſi hæc voles
In animo verè cogitare Demea,
Et mihi, & tibi, & illis dempſeris moleſtiam.
D. i *Mitto rem : conſuetudinem ipſorum.* M. *mane :*
Scio : iſtuc ibam. k *multa in homine Demea*
Signa inſunt, ex quibu' conjectura facilè fit,
Duo cùm idem faciunt, ſæpe ut poſſis dicere,
Hoc licet impunè facere huic, illi non licet :
Non quòd diſſimilis res ſit, ſed quòd qui facit :
Quæ ego eſſe in illis video : ut confidam fore ità,
Ut volumus. Video ſapere, intelligere, in loco
Vereri, inter ſe amare. ſcire eſt liberum
Ingenium, atque animum : quovis illos tu die
Reducas. At enim metuas, l *nè ab re ſint tamen*
Omiſſiores paulò. ô noſter Demea,
Ad omnia alia ætate ſapimus rectius :
Solum unum hoc vitium adfert ſenectus hominibus,
Attentiores ſumus ad rem omnes, *quàm ſat eſt :*
Quod illos ſat ætas acuet. D. *nè nimium modò*
Bonæ tuæ iſtæ nos rationes Mitio,
Et tuus iſte animus æquus ſubvortat. M. *tace,*
Non fiet. mitte jam iſtæc : da te hodie mihi :

---

h Meis. Archaïcé.

i Rem familiarem & fortunæ bona nîl moror : ingenium & mores eorum malâ conſuetudine corrumpi non eſt æquum.

k Homini intelligenti facile eſt de vita & moribus adoleſcentum æſtimare animum ipſorum & ingenium, adeò etiam, ut cùm duo idem facere videntur, dicat tamen peritus rerum æſtimator, *hoc licet huic impunè facere*, qui ſc. liberali ingenio præditus eſt, nec facilè corrumpi poteſt. *illi non licet*, quippe qui per naturæ improbitatem obſequio abutitur. ſequitur hypotheſis, *Quæ ego eſſe in illis video*, &c.

l Nè rei familiaris ſint paulò negligentiores. Heaut. act. 5. ſc. 2. *Animo vidi te eſſe omiſſo.*

m *Expôrge frontem.* D. *ſcilicet, ità tempus fert.*
Faciundum eſt: cæterùm rus cras cum filio
n *Cum primo luci.* M. *imò de nocte cenſeo:*
Hodie modò hilarum te face. D. *& iſtam pſaltriam*
Unà illuc mecum hinc abſtraham. M. o *pugnaveris.*
Eo prorſus pacto illi alligâris filium.
Modò facito, ut illum ſerves. D. *ego iſtuc videro atque*
Illi favillæ pleṇa, fumi, ac pollinis
Coquendo ſit faxo, & molendo: præter hæc,
Meridie ipſo, faciam, ut ſtipulam colligat.
Tam excoctam reddam atque atram, quàm carbo eſt. M. *placet.*
Nunc mihi videre ſapere, atque equidem filium,
Tum etiam ſi nolit, cogas, cum illa unà cubet.
D. *Derides? fortunatus,* p *qui iſto animo ſies.*
Ego ſentio. M. *ab pergiſne?* D. *jam deſino.*
M. *I ergò intrò, & cui rei opus eſt, ei hilarem rei hunc ſumamus diem.*

---

m Serena, explica frontem corrugatam.

n *Lucem* veteres maſculino genere dicebant. Alii leg. *lucu.* ut *nocte & noctu*, ità *luce & lucu* uſurpantes.

o Viceris. Lucilius, *Vicimus ocyùs, & magnam pugnavimus pugnam.*

In hoc felix videris, qui miſeriarum ſenſu careas, ego verò ſentio. Β'ν τῷ φρονεῖν γὰρ μοῦνῳ, ἄλυπον βίον. Sophocles in Ajace.

ACTUS V SCENA III.

DEMEA.

D. Nunquam ità quiſquam a bene ſubductâ ratione ad vitam fuit,

---

a Conſideratâ rectè vivendi, viâ. tranſlatum à calculatoribus.

Quin

Quin res, [b] ætas, usus semper aliquid apportet novi,
Aliquid moneat: *ut illa*, quæ te scire credas, nescias,
Et, quæ tibi putâris prima, in experiundo ut repudies.
Quod mî evenit nunc. Nam ego vitam duram, quam vixi usque adhuc,
Propè jam decurso spatio [c] *mitto: id quamobrem? re ipsâ repperi*
Facilitate nihil esse homini melius, neque clementiâ. *id*
Esse verum, ex me, atque ex fratre cuivis facile est noscere.
Vitam ille suam semper egit in otio, in convivîis:
Clemens, placidus, [d] *nulli lædere os, arridere omnibus:*
Sibi vixit: sibi sumptum fecit. omnes bene dicunt, amant.
Ego ille agrestis, sævus, tristis, parcus, truculentus, tenax,
[e] *Duxi uxorem, quam ibi miseriam vidi? nati filii,*
Alia cura: porrò autem, illis dum studeo ut quamplurimum
Facerem, contrivi in quærendo vitam, atque ætatem meam:
Nunc exactâ ætate hoc [f] *fructi pro labore ab iis fero,*
Odium. ille alter sine labore & patria potitur commoda?
Illum amant, me fugitant: illi credunt consilia omnia:
Illum diligunt: apud illum sunt ambo. ego desertu' sum.
Illum, ut vivat, optant, [h] *meam autem mortem exspectant*
scilicet.
Ità eos meo labore eductos maxumo, hic fecit suos
Paulo sumptu. miseriam omnem ego capio, hic potitur gaudia.
Agè, agè, jam experiamur porrò contrà, & quid ego possiem
Blandè dicere, aut benignè facere, quando huc provocat.
[i] *Ego quoque à meis me amari & magnipendi postulo.*

---

b Ἀμέρα ἰατλοιπου, μάρτυρες σοφώτατοι. Pindarus in Olymp. *Discipulus est prioris posterior dies.* Pub. Syrus.

c Omitto, muto.

d Nullius vultum offendere, nemini coràm adversari. Nulli pallorem aut ruborem ex ira aut pudore excitare.

e Τὸ γυναῖκ' ἔχειν, εἶτα παῖδ' ἰδεῖν, Ἡρακλέους πάλεσε, μεξίματος, τῷ βίῳ πολλὰς φλίει. Menand. Et Τὸ γαμεῖν, πατέρα παιδίων, ἢ λύπη, φόβος, φροντίς.

f Archaïcè, pro *fructûs*.

g Syntaxis vetusta, pro, *patrio potitur commodo*.

h Suprà. 1. act 2. sc. *ubi se exspectatum ejecisset foràs.*

i Conser Plauti Asinariam, act. 1. sc. *Omnes parentes*, &c.

Si

Si id sit dando atque obsequendo, [k] *non posteriorem feram.*
Deerit. id meâ minimè refert, qui sum [l] *natu maximus.*

---

[k] Partes.
[l] Adeóque provectâ ætate *non longè à sepulcro.* ad Attic. l. 16. epist. 6. sed mihi quidem βαβαιότατα. epist. 23. l. 14.

ACTUS V SCENA V.

SYRUS, DEMEA.

S. HEus Demea, rogat frater, nè abeas longiùs.
D. *Quis homo? ô Syre noster, salve, quid sit? quid agitur?*
S. *Rectè.* D. optimè est. [a] *jam nunc hæc tria primum addidi*
[b] *Præter naturam, ô noster, quid sit? quid agitur?*
Servom haud inliberalem præbes te, & tibi
Lubens bene faxim. S. gratiam habeo. D. atqui, Syre,
Hoc verum est, & ipsâ re experiere propediem.

---

[a] Hoc pressiùs & apud se:
[b] *Qui neque naturâ neque arte lepidi sunt, prudenter tacent: aut non loquuntur nisi necessariò; alioqui, dum faceti esse student, inepti, ridiculi, aut etiam molesti fiunt.* Cic. 2. de oratore.

ACTUS V SCENA VI.

GETA, DEMEA.

G. HEra ego huc ad [a] *hos provisò, quam mox virginem*
Accersant. sed eccum Demeam. salvos sies.
D. *Oh,* [b] *quî vocare?* G. Geta. D. Geta, *hominem maxumi*

---

[a] Mitionem & Æschinum.
[b] *Agetum; nomen tuum primùm memova mihi.* Plaut. Trinum. 4. act. 2. sc.

[c] Pretii

c *Pretii esse te hodie judicavi animo meo:*
Nam ii mihi est profectò servus spectatus satis,
Cui dominus curæ est, ità uti tibi sensi Geta:
Et tibi ob eam rem, si quid usus venerit,
Lubens bene faxim. d *meditor esse affabilis,*
Et bene procedit. G. *bonus es, cum hæc existumas.*
D. *Paulatim* e *plebem primulum facio meam.*

---

c Ridicula morositatis fuga, & & affabilitatis affectatio; ubi dominus servulo, grandior minori blanditur. Sed, *Dum vitant stulti, vitia in contraria currunt.* Horat. ad Pisones.

d Sibi gratulatur suam morum humanitatem, submissâ voce.

e A servis initium sumo, & plebe: mox ab his rudimentis & experimentis ad dominos ascendam.

ACTUS V SCENA VII.

ÆSCHINUS, DEMEA, SYRUS, GETA.

Æ. *Occidunt me equidem. dum nimi'* a *sanctas nuptias*
Student facere, in apparando consumunt diem.
D. *Quid agitur Æschine?* Æ. *hem pater mi, tu hic eras?*
D. *Tuus hercle verò & animo, & naturâ pater,*
Qui te b *plùs quàm oculos hosce. sed cur non domum*
Uxorem accersis? Æ. *cupio: verùm hoc mihi moræ est.*
c *Tibicina, &* d *Hymenæum qui cantent.* D. *eho,*
Vin' tu huic seni auscultare? Æ. *quid?* D. *missa hæc face,*

---

a Solenni & religiosâ pompâ apparatas.

b Suprà act. 4. sc. 5.

c *Quæ suavi cantu concelebret omnem plateam Hymenæo.* Plaut. Casin. act. 4. sc. 3.

d Carmen nuptiale, Epithalamium. ὑμέναιον Photius deducit ἀπὸ τῶ ὑμήνου Æolicè pro ὁμονοίᾳ, quòd concorditer novitet maritatos vivere optarent. Alii ab Hymenæo quodam, qui virgines Atticas, dum in litore sacris Cereris operarentur, à piratis raptas vindicavit, piratis, qui rapuerant, interfectis. vide quæ nos ad Senecæ Thebaid. vers. 262. Alii ab ὑμὴν membranula quæ virginibus in primo Veneris aditu rumpitur.

Hymenæum

Hymenæum, turbas, [e] *lampadas, tibicinas :*
Atque hanc in horto maceriam jube dirui
Quantum poteſt, hâc transfer, unam ſac domum :
Tranſduce & matrem & familiam omnem ad nos. Æ. placet
Pater lepidiſſime. D. euge, jam lepidus vocor.
Fratri ædes fient perviæ : turbam domum
Adducet, ſumptum admittet : multa : quid meâ ?
Ego lepidus ineo gratiam. jube nunc jam
Dinumeret illi [f] *Babylo viginti minas.*
Syre, ceſſas ire, ac facere ? S. quid ergò ? D. dirue :
Tu, illas, abi, & traduce. G. Dii tibi Demea
Bene faxint, cùm te video noſtræ familiæ
Tam ex animo factum velle. D. dignos arbitror.
Tu quid aïs ? Æ. ſic opinor. D. multò rectiu' eſt
Quàm illam puerperam nunc duci huc per viam
Ægrotam. Æ. nihil enim vidi melius mi pater.
D. Sic ſoleo. ſed eccum Mitio egreditur foràs.

---

e Faces quinque à pueris patrimis & matrimis prælatas adi quæ adnotavimus ad verſ. 507. vide & Roſinum 37. l. 5. & quæ Dempſterus in paralip. ad idem caput.

f Mitionem frater Babylonem agnominat, quaſi prodigum & profuſum inquit Turneb. l. 19. c. 10. Nannius vel *babalo*, vel *batalo* vel *bacelo* legendum ariolatur: quem lege, Miſcellaneorum lib. 2. c. 12.

ACTûs V SCENA VIII.

MITIO, DEMEA, ÆSCHINUS.

M. [a] *JUbet frater ? ubi is eſt ? tún' jubes hoc Demea ?*
D. Ego verò jubeo, & hac re & aliis omnibus

---

a Videtur Mitio interdixiſſe ſervis nè maceriam diruerent, & quæſiviſſe, quiſnam iis autor eſſet illius diruendæ, reſpondiſſe ſervos, *Jubet hoc frater tuus.*

Quàm

Quàm maxumè unam facere nos hanc familiam ;
Colere, adjuvare, [b] *adjungere. Æ. ità quæſo pater.*
M. *Haud aliter cenſeo.* D. *imò hercle ità* [c] *nobis decet.*
[d] *Primùm hujus uxoris eſt mater.* M. *quid poſtea ?*
D. *Proba & modeſta.* M. *ità aiunt.* D. *natu grandior.*
M. *Scio.* D. *parere jam diu hæc per annos non poteſt :*
Nec, qui eam reſpiciat, quiſquam eſt : ſola eſt. M. *quam hic rem agit ?*
D. *Hanc te æquom eſt ducere, & te operam, ut fiat, dare.*
M. *Me ducere autem ?* D. *te.* M. *me ?* D. *te inquam.* M. *inceptis.* D. [e] *ſi tu ſis homo,*
Hic faciat. Æ. mi pater. M. *quid ? tu autem huic, aſine, auſcultas ?* D. *nihil agis.*
Fieri aliter non poteſt. M. *deliras. Æ. ſine te exorem mi pater.*
M. *Inſanis ?* [f] *aufer.* D. *agè,* [g] *da veniam filio. ſati' ſanus es ?*
Ego novus maritus anno demum quinto & ſexageſimo
Fiam, atque anum decrepitam ducam ? idne eſtis autores mihi ?
Æ. Fac. promiſi ego illis. M. *promiſti autem ?* [h] *de te largitor puer.*
D. *Agè, quid, ſi quid te majus oret ?* M. *quaſi hoc non ſit maxumum.*
D. *Da veniam. Æ. nè gravere.* D. *fac, promitte.* M. *non omittis ?*

---

b Plaut. Aulul. *ad probos propinquitate proximè te adjunxeris.*

c Suprà, Act. 3. ſc. 5. *ut vobis decet.* Græciſmus.

d Hujus uxor habet matrem Primò autem proponit argumenta, priùs quàm quid fieri velit, indicet : quod in re minùs aliàs plauſibili, callidè fieri rectè notat hic Don.

e Demea, Mitionis nunc indutâ perſonâ, etiam ipſiſſimis ejus verbis, quantum poteſt, utitur. Act. 1. ſc. 2. *& tu illum tuum ſi eſſes homo, Sineres nunc facere, dum ætatem licet.* & Act. 4. ſc. 7. *ſunt nuptiæ : Dempſi metum omnem : hæc magis ſunt hominis.*

f Te ſcil. id eſt, abi.

g Id eſt, ſine te exorari. vide Hec. Act. 4. ſc. 2.

h Id eſt, de tuo. Don.

Æ. Non

Æ. Non niſi te exorem. M. *vis hæc quidem eſt,* D. *i agè, ágè, prolixè Mitio.*

M. *Etſi hoc pravom, ineptum, abſurdum, atque alienum à vitâ meâ*

Videtur; ſi vos tantopere iſtuc voltis, fiat. Æ. bene facis:

Meritò te amo. D. [k] *verùm quid? quid ego dicam? hoc conſit quod volo.*

k *Quid nunc quod reſtat? Hegio cognatus his eſt proxumus,*

l *Affinis nobis, pauper. bene nos aliquid facere illi decet.*

M. *Quid facere?* D. *agelli eſt hìc* [m] *ſub urbe paulum, quod locitas* [n] *forás:*

Huic demus, o qui fruatur. M. *paulum id autem?* D. *ſi multum ſiet,*

Faciundum eſt: pro patre huic eſt, bonus eſt, noſter eſt, rectè datur.

p *Poſtremò non meum illud verbum, facio, quod tu Mitio*

Bene, & ſapienter dixti dudum: vitium commune omnium eſt,

Quòd nimiùm ad rem in ſenecta attenti ſumus. *hanc maculam nos decet*

---

z Vel poſterius *age* cum *prolixè* jungendum, *age prolixè*, id eſt, benigne, ut Don. interpretatur: vel ſi ut hìc editum eſt, tum ſententia fuerit, prolixè te *Mitionem* (verum *Mitionem*, à morum ſuavitate & facilitate ſic dictum:) nobis exhibe: vah *prolixè noſter ſis Mitio*: ut Don. hìc.

k Hæc Demea ſecum, de ſucceſſu ſibi plaudens, & ad pergendum ſeipſum excitans.

l Rectè. nam uxoris cognati, marito affines ſunt. Don.

m Suburbani.

n Quaſi diceret, neſcio cui alieno. Don.

o Qui fructum ex eo percipiat, non qui proprietatem habeat, ad uſum, non mancipium.

p Ad proprium ipſius teſtimonium provocat, quod maximi in judiciis momenti ſolet eſſe. & miro artificio dixit, *quod tu Mitio benè ac ſap.* q. d. laudem tam boni & ſapientis dicti tibi præreptam nolo: non id ego mihi vindico. Sed quantò plùs meretur vel ipſum dictum, vel dicti autor; tantò probroſius fuerit Mitioni à ſuâ ipſius autoritate deſciſcere, & ſibi non conſtare.

Effugere

Effugere. q *dictum est verè, & re ipsâ fieri oportet, Mitio.*
M. *Quidistic? dabitur quandoquidem hic volt. Æ. mi pater,*
D. *Nunc tu mihi germanus es pariter corpore & animo.* M.
D. r *Suo sibi gladio hunc jugulo.* (*gaudea.*

q Sen. *Verba rebus proba. Facere docet Philosophia, non dicere: & hoc exigit, ut ad legem suam quisque vivat; nè orationi vita dissentiat,* Vide & Phorm. Act. 1. Sc. 4.

r *Tò sibi* redundat, ut alibi. Plaut. *Itaque me malum esse oportet, callidum, astutum admodum, atque hunc telo suo sibi malitiâ à foribus pellere.* at alibi, *insciencies suâ sibi fallaciâ.* Dicitur autem Mitio hic *suo gladio jugulari,* qui suis dictis, & proprio quasi testimonio convincatur.

ACTUS V SCENA IX.

SYRUS, DEMEA, MITIO, ÆSCHINUS.

S *Factum est, quod jussti Demea.*
D. *Frugi homo es. ego adepol hodie meâ quidem sententiâ Judico, Syrum fieri æquom liberum.* M. *istunc liberum?*
Quodnam ob factum? D. *multa.* S. *ô noster Demea, adepol vir bonu' es:*
Ego istos vobis usque à pueris curavi ambos sedulò,
Docui, monui, bene præcepi semper quæ potui omnia.
D. *Res apparet, & quidem porrò, obsonare,* a *cum fide*
Scortum adducere, b *apparare de die convivium.*

a Alii, *obsonare cum fide,* &c.

b Id est, repentè, neque antè prædictum, nec pridie constitutum; ait hic Don. si tamen genuinus Don. quem mirum sit prisci moris & sermonis tàm imperitum fuisse. Olim enim, ſab Hippocratis usque temporibus certe, ut ex ipso liquet:) raras erat prandiorum usus, sed nec alia (quibus in usu:) prandia ferè, quàm parvi & privati (ut Plinii verbo utar:) refectus. *De die* autem *potare,* vel (quod idem est) *epulari,* semper probro datum, ut intemperantis ac voluptuariæ vitæ argumentum. Ita Q. Curtius luxum Alexandri notat, quòd *de die convivia iniret;* & Livius Pœnorum, quòd *de die epulaventur.* Nec aliter apud Plautum, *de die potare;* aut Catullum *convivia de die facere,* capienda. *De die* autem cùm dicitur, *medio* supplendum est, quod expressit Horatius, *De medio potare die:* cùm Sol adhuc altus, nec multò plùs medii confecit itineris. Nam alioquin cœna quoque ante Solis occasum; non cœpta tantùm, sed peracta, multis. Hinc lux opportuna verbis Apostoli, Act. 2. 15. & 1 Thess. 5. 7. Cæterùm, *de die potare,* & *in lucem potare* (quæ confundunt nonnulli) planè alia. sed nihil hoc ad Terentium.

Non mediocris hominis hæc sunt officia. S. c *ô lepidum caput!*
D. *Postremò hodie in psaltria istâ emundâ hic adjutor fuit,*
Hic curavit: prodesse æquom est: alii meliores erunt
Denique hic volt fieri. M. *vin' tu hoc fieri?* Æ. *cupio.* M. *si quidem*
Tu vis, Syre eho d *accede huc ad me, liber esto.* S. *bene facis:*
Omnibu' gratiam habeo, & seorsim tibi præterea Demea.
D. *Gaudeo.* Æ. *& ego.* S. e *credo, utinam hoc* f *perpetuum fiat gaudium, ut*
Phrygiam uxorem meam unà mecum videam liberam. D. *optumam*
Mulierem quidem. S. *& quidem nepoti tuo hujus filio*
Hodie g *primam mammam dedit hæc.* D. *hercle verò serìò,*
h *Si quidem primam dedit, haud dubium quin emitti æquom siet.*
Æ. *Ob eam rem?* D. *ob eam: postremò à me argentum,* i *quanti est, sumito.*
S. *Dii tibi, Demea, omnes semper omnia* [illegible] *adferant.*
M. *Syre,* k *processisti hodie pulcrè.* D *quidem porrò, Mitio,*
Tu tuum officium facies, atque huic aliquid paulum l *præ manu*

---

c Ut alibi, ô *festivum caput*: &c. Gr. φίλη κεφαλὴ, &c.

d Ut te circumagam; qui usitatissimus manumissionis ritus. Pers. *Heu sterilis veri quibus una Quiritem* (i. e. liberum hominem.) *Vertigo facit.*

e Vide Hec. Act. 5. sc. 4. n. 5.

f Cui nulla ægritudo comes intercedat. And. Act. 5. sc. 5. *Ego vitam Deorum propterea sempiternam esse arbitror, Quòd voluptates eorum,* &c.

g i.e. prima mammam dedit; mundi novum incolam prima cibavit.

h Festivè hoc Demea, cùm Anglis vulgò, *before hand.*

alioquin quæ serva esset, nihil magnum præstiterit, quòd jussa mammam præbuerit.

i Quanti empta est: vel, quanti à te æstimabitur, sed verbo tenus hoc dici, ut tantò magis persuadeat, censet Don.

k Ex servo servæ marito, in liberum liberæ maritum.

l Quod Plautus, non semel, *argenti præsentarii.* videtur enim τὸ *præ* hìc, non temporis, sed loci esse; ut cùm dicitur, *præ oculis.* quod & Plautus absolutè dixit, *Trecentos nummos Philippeos portat præ sibi.* planè ut & *Dederis*

Dederis, l *unde utatur. reddet tibi citò.* M. *istoc* m *vilius.*

Æ. Frugi homo est. S. *reddam hercle. da modò.* Æ. *age pater.* M. *post consulam.*

D. *Faciet.* S. *ô vir optime.* Æ. *ô pater mi festivissime.*

M. *Quid istuc? quæ res tam repentè mores mutavit tuos? Quod* n *prolubium? quæ istæc subita est largitas?* D. *dicam tibi.*

Ut id ostenderem, quòd te isti facilem & festivum putent, Id non fieri o *ex vera vitâ, neque* P *adeò ex æquo & bono, Sed ex assentando, indulgendo, & largiendo Mitio. Nunc adeò si ob eam rem vobis mea vita invisa est Æschine, Quia non justa injusta prorsus omnia omnino obsequor:* q *Missa facio, effundite, emite, facite quod vobis lubet. Sed si id voltis potiùs, quæ vos propter adolescentiam* r *Minùs videtis, magis impensè cupitis, consulitis parùm, Hæc reprehendere, & corrigere me,* s *obsecunda in loco; Ecce me, qui id faciam vobis.* Æ. *tibi pater permittimus; Plus scis, quid facto opus est. sed de fratre quid fiet?* D. *sino Habeat. finem in istac faciat.* M. *istuc rectè. plaudite.*

---

l Non rogat ut dono det, sed ad usum commodet.

m q. d. Egóne ut tali dem utendam pecuniam, quo nihil vilius, levius; vel perfidius? sed vel ipse sponte suâ reprimit se: vel ab Æschino prævenitur, *Frugi homo est*, opponente.

n Major quædam, & effusi libido. flagrans studium. Cæcil. apud Nonn. *Mea rastrama, quod prolubium? quæ voluptas? quæ te lactat largitas?* Apud A. Gel. *prolubium audiendi.* Alii legunt hìc, *proluvium*, quòd aliud est; quanquam & illud hìc non malè convenire possit. sed prius verius.

o Ex verâ & laudabili facilitate naturæ tuæ.

p Jure merito. vel ex verâ æquitate.

q Omnia scil.

r Providetis: vel intelligitis.

s Pro re natâ obsequi vobis & indulgere. Mitio de se Act. 1. sc. 2. *Amat? dubitur à me argentum, dum erit commodum. Ubi non erit, fortasse excludetur foràs.*

PHORMIO
PUBLII TERENTII
Carthaginienſis Afri.

ACTA LUDIS ROMANIS, L. POSTHUMIO ALBINO, ET L. CORNELIO MERULA, ÆDILIBUS CURULIBUS. EGERUNT L. AMBIVIUS TURPIO, ET L. ATTILIUS PRÆNESTINUS. MODOS FECIT FLACCUS CLAUDII, TIBIIS IMPARIBUS. TOTA GRÆCA APOLLODORU. EPIDICAZOMENOS. FACTA QUARTO, Cn. FANNIO STRABONE, ET M. VALERIO MESSALA, CONSULIBUS. ANNO AB URBE CONDITA DXCIII. ANTE CHRISTUM NATUM CIX.

FABULÆ INTERLOCUTORES

ANTIPHO, *adoleſcens.*
CHREMES, *ſenex.*
CRATINUS, *advocatus.*
CRITO, *advocatus.*
DAVUS, *ſervus.*
DEMIPHO, *ſenex,*
DORIO, *leno,*
GETA, *ſervus.*
HEGIO, *advocatus.*
NAUSISTRATA, *matrona.*
PHÆDRIA, *adoleſcens.*
PHORMIO, *paraſitus.*
SOPHRONA, *nutrix.*

PERSONÆ MUTÆ.

DORCIO, *ancilla.*
PHANIUM, *adoleſcentula.*
STILPHO, *adoleſcens.*

Idiomata

IDIOMATA PERSONARUM PRÆCIPUARUM.

Antipho, *adoleſcens, patris reverens, ac meticuloſus, & ſimplicior.*
Chremes, *ſenex pauci conſilii, ſed liberalis, & in gaudio ſollicitus, uxorem multum metuens.*
Davus, *ſervus probus & fidelis.*
Demipho, *ſenex concitatior, ſed prudens, atque in gaudio apertus, ad rem attentior.*
Dorio, *leno impurus, ſuperbus, durus.*
Geta, *ſervus callidus, vafer, fallax.*
Nauſiſtrata, *mulier nobilis, & dotata ac cordata.*
Phædria, *adoleſcens majoris animi, ac confidentior.*
Phormio, *paraſitus audax & impudens ſycophanta.*
Sophrona, *nutrix provida & fidelis.*

RATIO NOMINUM.

Antipho, *vid. Eunuch.*
Chremes, *vid. Andr.*
Cratinus, *à κράτος robur, ut à Valens, Valentinus.*
Crito, } *vid. Andr.*
Davus, }
Demipho, *quaſi τῆς δήμου φάος, populi claritas.*
Dorio, *nomen gentile. vid. Eunuch.*
Geta, } *vid. Adelph.*
Hegio, }
Nauſiſtrata, *à copiis navalibus, quarum gloriâ populus Athenienſium aliquando excelluit.*
Phædria, *vid. Eunuch.*
Phormio, *ἀπὸ τῶν φορμῶν, quæ ſunt ſarmenta ſive codices, vel ſtramenta nautica.*
Sophrona, *vid. Adelph.*

Phormionis Argumentum.

C. SULPICIO APOLLINARI

AUTORE.

CHremetis frater aberat peregre Demipho
Relicto Athenis Antipbone filio.
Chremes clàm habebat Lemni uxorem & filiam.
Athenis aliam conjugem, & amantem unicè
Gnatum fidicinam. mater è Lemno advenit
Athenas: moritur. virgo ſola (aberat Chremes)
Funus procurat. ibi eam viſam Antipho
Cùm amaret, operâ paraſiti uxorem accipit.
Pater & Chremes reverſi fremere, dein minas
Triginta dant paraſito, ut illam conjugem
Haberet ipſe: argento hôc emitur fidicina.
Uxorem retinet Antipho à patruo agnitam.

ALIUD, M. ANT. MURETI.

CHremes & Demipho fratres Athenienſes erant. Chremes Athenis uxorem divitem ac bene dotatam duxerat Nauſiſtratam: & ex ea ſuſceperat filium Phædriam. Habebat Nauſiſtrata, præter cæteras opes, opima prædia in Lemno. eò igitur Chremes quotannis, ad ea locanda capiendóſque fructus, commeabat. dum illic reſidet, pauperculæ cujuſdam mulieris amore correptus, eam quoque ducit uxorem, & ex ea ſuſcipit filiam Phanium: ac nè res emanaret, commutato nomine, Stilphonem ſe Lemni vocari jubet. Detrahebat autem è fructibus prædiorum uxoris Athenienſis, quantum ſatis eſſet ad illam alteram una cum filia nutriendam: deinde Athenas reverſus, aut calamitatem, aut vilitatem, aut tale aliquid cauſſabatur. Erat Demiphoni filius Antipho. Cùm igitur Phanium quindecim jam haberet annos, conveniunt inter ſe Chremes & Demipho, ut Chremes quidem & Lemniam uxorem, & Phanium

Phanium Athenas clanculum adduceret; Demipho verò Phanium filio ſuo uxorem daret. ejus rei cauſſâ proficiſcitur in Lemnum Chremes. Eodem tempore accidit, ut Demiphoni quoque iter eſſet in Ciliciam. abeuntes, ambo Getæ (is Demiphonis ſervus erat) filios committunt ſuos. profectis ſenibus, Phædria ſe ſtatim cithariſtriæ cujuſdam amore implicat. Sed hoc erat incommodi, quòd, qui a lenone amaret, quod daret, nihil habebat. interea uxor Lemno, quæ, propter paupertatem viri, diutiùs fortè quàm ſolebat morantis, adventum exſpectare non poſſet, conſenſâ navi, Athenas unà cum filia & nutrice ipſius venit. quærunt Stilphonem fruſtrà. Athenis, qui quenquam eo nomine nôſſet, reperiebatur nemo. ibi mater (tanta eam ægritudo ceperat) moritur. Ei funus una cum nutrice procurantem Phanium cùm adſpexiſſet Antipho, ſubitò amore illius exarſit. Venit ad nutricem poſtridie, ut ejus ſibi copiam faceret, obſecrans. illa ſe, niſi puellam uxorem duceret, facturam negat. Illi, cùm & quidvis facere cuperet & patrem abſentem vereretur, parasitus Phormio hoc conſilium dedit. lex erat Athenis, ut orbas puellas, qui eis genere proximi eſſent, ducere aut, ſi id nollent, dotem eis dare cogerentur: ego, inquit parasitus, ſimulabo, me patri virginis amicum fuiſſe, ideóque cauſſam illius ſuſcipere: vocabo te in judicium, tanquam illius cognatum, tecúmque lege agam, ut eam ducas. tu ità te defendes, ut mihi facilem victoriam præbeas: ità condemnabere. Sic fiet, ut & tu potiaris tuâ, & patre reverſo, paratam excuſationem habeas. ità fiunt omnia, ut parasitus ſuaſerat. Confectis jam nuptiis eodem die ambo redeunt ſenes. turbari uterque: ille quòd filius indotatam uxorem ſe abſente duxiſſet: hic quòd vereretur, nè, ereptâ ſibi hâc collocandæ filiæ occaſione, tota res fieret palàm. Eo ipſe die, leno, cithariſtriæ, quam Phædria amabat, dominus, niſi ſibi pro ea triginta minæ darentur, venditurum ſe eam, minitabatur. ad eas conficiendas hanc fallaciam Geta confingit: ait ſenibus, ſe cum Phormione collocutum; Phormionem verò, ſibi dotis triginta minæ darentur, paratum eam uxorem accipere, quam duxiſſet Antipho. Eam pecuniam Demipho a Chremete ſumptam numerat Phormioni. is eam Phædriæ, Phædria lenoni pro amica tradit. cùm hæc jam confecta eſſent, agnoſcitur Phanium. Ibi verò ſenes gaudere, quòd, quas nuptias ipſi facere moliebantur, eæ ipſis abſentibus atque inſcientibus, factæ eſſent. ſed dolebant, ſibi periiſſe triginta minas. Eas dum a Phormione primò blanditiis, poſtea etiam per vim eripere conantur; Phormio, qui jam de duabus Chremetis uxoribus, déque totâ re intellexerat, inclamat Nauſiſtratam, eique aperit omnia. illa cùm aliquandiu de viro conqueſta eſſet, tandem placatur, filíque ipſius judicio omnia ſe permiſſuram pollicetur.

PROLOGUS.

Poſtquam poëta vetus a *poëtam non poteſt*
Retrahere à ſtudio, & tranſdere b *hominem in otium;*
Maledictis deterrere, nè ſcribat, parat:
Qui ità dictitat, quas antehac fecit fabulas,
Tenui eſſe c *oratione, & ſcripturâ* c *levi,*
Quia nuſquam inſanum d *ſcripſit adoleſcentulum*
Cervam videre e *fugere, & ſectari canes,*
Et eam plorare, f *orare ut ſubveniat* g *ſibi.*
Quod ſi intelligeret, olim cùm ſtetit nova,
Actoris operâ magis ſtetiſſe, quàm ſuâ:
Minùs multò audacter, quàm lædit, læderet;
Et magis placerent, quas feciſſet fabulas. h
Nunc ſi quis eſt, qui hoc dicat, aut ſic cogitet,
Vetus ſi poëta non laceſſiſſet prior,

---

a Vide ad Andr. prolog. *Vetus* autem hîc qui jam diu eſt, ut *vinum vetus* dicimus; non qui jam diu fuit, ut Ennius. Don.

b Alii, *tradere*. Veteres *tranſdere*, quod nos molliùs *tradere*. at nos ex contrario, *tranſlatum*, quod illi, *tralatam*. Don.

c Vide C. Julii Cæſaris de Terentio judicium, inter teſtimonia initio præfixa.

d Quæ tragœdiæ aptiora, quàm comœdiæ.

e Imò, *videri*. Nam procul dubio ità ſcriptum vel quit Comicus: quod verbum magis aptum perſonæ inſanienti, de quâ intelligit; quia *videri*, i.e. τὸ δοκεῖν ἢ φαντάζεσθαι longè accommodatius turbatæ menti, quàm τὸ εἶναι. Nam ejuſmodi homines putant ſe videre quod non vident: & hoc eſt δοκεῖν. Scal. in Catul.

f Lacrymæ, hominis propriæ, (ut qui ſolus verè gaudeat & mœreat,) ex quadam tamen ſimilitudine aliis aliquot animalibus tribuuntur: ut crocodilo, & cervo. De cervi lacrymâ Scal. exercit. 112.

g Plinius de cervis: *Urgente vi canum, ultro confugiunt ad hominem.*

h Andr. prol. *Populo ut placerent, quas ſic feciſſet fabulas,* vice ibi.

Nullum

Nullum invenire prologum potuisset novus
Quem diceret, nisi haberet, cui malediceret:
Is sibi responsum hoc habeat; in medio omnibus
Palmam esse positam, qui artem tractant musicam i.
Ille ad famem hunc ab studio k *studuit revocare:*
Hic respondere voluit, non lacessere.
Benedictis si certâsset, audisset bene:
Quod ab illo allatum est, sibi id esse vellatum l *putet.*
De illo jam finem faciam dicendi mihi,
Peccandi cùm ipse de se m *finem non facit.*
Nunc quid velim, animum attendite. appor to novam
Epidicazomenon n *quam vocant comœdiam*
Græci, Latini Phormionem nominant;
Quia primas partes qui aget, is erit Phormio
Parasitus, per quem res geretur maximè.
Voluntas vostra si ad poëtam accesserit,
Date operam, adeste æquo animo per silentium;
Nè similî utamur fortunâ, atque usi sumus,
Cùm per tumultum noster grex motus loco est:
Quem actoris virtus nobis restituit locum,
Bonitásque vostra, adjutans, atque æquanimitas.

---

i Prol. Heaut. *Repentè ad studium hunc se applicâsse musicum.* vide ibi.

k Donatus hîc: *Ab studio* studuit. vetustè. ut, *Luserat ludum*, &, *pugnam pugnavit*: sed fallitur: nam is ordo verborum, *studuit revocare* (i. rejicere) *ab studio ad famem.* nempe, ut cessante studio & industriâ; fame periret, & inopiâ. Nam, *Magister artis ingens ingue largitor venter*; ut Pers. in prol. & Theog. Η' πανία διώκουτι μόνη τὰς τέχνας ἐγείρει. *Studium* autem vox, ex Hebr. דָּרַשׁ, quod *quærere, venari* significat. Id enim primorum hominum præcipuum studium, venatio.

l Quod Angli vulgò venustè, *Such as you bring*, &c.

m An *de se* additum ad concinnitatem sententiæ, ut τὸ *de illo* respondeat? an, *de se, i. ἀφ' ἑαυτοῦ*: propriâ voluntate & motu; nullâ à me injuriâ provocatus?

n Hic manifestè errat Terentianam hæc fabula quam transtulit, *Epidicazomenos* dicta est, à puellâ de quâ judicium est: cùm sit alia *Epidicazomenos* ejusdem Apollodori. Debuit ergò dicere *Epidicazomenen* Græcè. Don.

ACTûs I SCENA I.

DAvus.

DAmicus summus meus, & popularis [a] Geta
Heri ad me venit: erat ei de ratiuncula
Jam pridem apud me relliquum pauxillulum [b]
Nummorum: id ut conficerem [c]. confeci: affero.
Nam herilem filium [d] ejus duxisse audio
Uxorem: ei credo munus hoc conraditur.
Quàm iniquè comparatum est, ii qui minus habent,
Ut semper aliquid addant divitioribus.
Quod ille [e] unciatim vix demenso [f] de suo,
Suum defraudans genium, compersit miser,
Id illa universum abripiet, haud existimans
Quanto labore partum. porrò autem Geta
Feriëtur [g] alio munere, ubi hera [h] pepererit.
Porrò alio autem, ubi erit puero natalis dies,
Ubi initiabunt [i]; omne hoc mater auferet:
Puer caussa erit mittundi. sed videón' Getam?

---

a Ejusdem conditionis gentísque. Don.

b Quartus gradus diminutionis: *Paulum, paululum, pauxillum, pauxillulum.* Don.

c Comparārem, paratum haberem. *Duarationes conficiendæ pecuniæ, aut versurâ, aut tributo.* Cic. vide Act. 5. sc. 5.

d Antiphonem.

e Minimis portiunculis.

f Servi quaternos modios accipiebant frumenti in mensem, & id *demensum* dicebatur. & utrum à *mense*, an à *metiendo*, incertum est. Don.

g 1. Mactabitur. Quia autem τὸ *mactare* ambiguum, cùm & *bonè* mactare dicamus, & *malè*, ut, *mactare infortunio, mactare honore*: &c.) ideo & τὸ *ferire* synonymum taliter hîc usurpatur. u *munere*; τὸ *feriëtur*, in bonam partem; sed ut *munere* quod damnum potiùs dicendum sit, ità τὸ *feriëtur*, in malam partem.

h Quinto à partu die, qui dies ἀμφιδρόμια vulgò dicebatur. qui etiam *dies lustricus*: apud Græcos: vide Catull. in Pers. Sat. 11. ubi varii circa infantes ritus, tum Græci, tum Romani.

i à Lacte depellent, & novi cibi præbendi initium facient: quod non sine multâ superstitione. Alii ad sacra Samothracum referunt, quibus certo tempore, more Atheniensium, pueri initiari solebant. Vide Don. hic.

ACTûs

ACTUS I SCENA II.

GETA, DAVUS.

G. Si quis me quæret rufus. D. præsto est, desine. G. oh,
At ego obviam conabar tibi Dave. D. accipe, hem:
Lectum a est, conveniet numerus, quantum debui.
G. Amo te, & non neglexisse habeo gratiam.
D. Præsertim ut nunc sunt mores; adeò res redit:
Si quis quid reddit, magna habenda est b gratia.
Sed quid tu es tristis? G. egòne? nescis quo in metu, &
Quanto in periclo sim. D. quid istuc est? G. scies,
Modò ut tacere possis. D. abi sis insciens c:
Cujus tu fidem in pecunia perspexeris,
Verere ei verba d credere? ubi quid mihi lucri est
Te fallere? G. ergò ausculta. D. hanc operam tibi dico e.
G. Senis nostri, Dave, fratrem majorem Chremem
Nostin'? D. quidni? G. quid? ejus gnatum Phædriam?
D. Tanquam te. G. evenit, senibus ambobus simul,
Iter illi in Lemnum ut esset, nostro in Ciliciam
Ad hospitem antiquom. is senem per epistolas
Pellexit, modò non monteis f auri polliceus.
D. Cui tanta erat res, & cui supererat? G. desinas:

---

a Prius qualitas, deinde numerus pecuniæ spectari solet. Don.

b Juven. *Nunc si depositum non infitietur amicus, si det vetetem cum tutâ aerugine follem, prodigiosa fides.*

c Stulte.

d Cautè hæc accipienda; & ex eorum numero, qui scitè potiùs, quàm verè dicuntur. Verba enim, κοσμου σχῆμα, per se, ut Plato loquitur, Sed ex quibus res maximæ pendent: & secreti longè difficilior, ut plurimùm, quàm auri solet esse custodia.

e Addico, audiendi, & auscultandi scil.

f Salust. *Maria montesque polliceri cæpit.* Vide Erasm.

g Dominone tuo, cui tanta res ad usum suppetebat, & ultra quàm usus postulabat? Magna autem stultitia tam opulentum senem, lucri caussâ à domo peregrinari, & longi itineris molestias & pericula subire.

Sic

Sic est ingenium. D. *oh, regem* h *me esse oportuit?*
G. *Abeuntes ambo hìc tum senes me filiis*
Relinquunt quasi magistrum. D. *ô Geta, provinciam*
Cepisti duram. G. *mihi usus* i *venit, hoc scio.*
Memini relinqui me Deo irato k *meo.*
Cœpi advorsari primò: quid verbis opu'st?
Seni fidelis dum sum, scapulas l *perdidi.*
D. *Venère in mentem* m *isthæc mihi: namque inscitia est,*
Advorsum stimulum n *calces.* G. *cœpi his omnia*
Facere, obsequi quæ vellent. D. *scîsti uti foro* o.
G. *Noster* p *mali nil quidquam primò. hic Phædria*
Continuò quandam nactus est puellulam
Citharistriam: hanc amare cœpit perditè. q
Ea serviebat lenoni impurissimo:
Neque, quod daretur quidquam, id curârant patres.
Restabat aliud nihil, nisi oculos pascere,
Sectari, in ludum ducere, & reducere
Nos otiosi operam dabamus Phædriæ.
In quo hæc discebat ludo, ex adverso ei loco
Tonstrina erat quædam. hìc solebamus ferè
Plerumque eam opperiri, dum indè iret domum.
Interea dum sedemus, illi intervenit

---

h Ex ingenio pauperum, qui se solos uti divitiis scire aiunt, si eas habeant. D.

i Ità planè accidit mihi.

k Andr. act. 4. sc. 1. *nisi mihi Deos satis scio fuisse iratos.* vide ibi not.

l Vapulando, dum adolescentibus adversor, ut mandato munere fideliter fungar.

m Haud equidem miror, & parùm abest quin id tibi meritò contigisse pronuntiem.

n Proverb. Græc. πρὸς κέντρα λακτίζειν, quo usi Euripides, Æschilus, alii, ut ridiculi sint, (Boccalius, Reuclinus, &c.) qui Christum, Act. 9. sc. 5. voce Terentii usum esse censuerunt. *Calces* autem hìc, i. repetiti calcis ictus.

o Temporibus servire: occasionem arripere: exemplo negotiatorum, qui pro annonæ ratione, pretium mercibus suis statuunt.

p Antipho scil. herilis filius.

q Præter modum, & rationem: ut homo perditus, cui nihil pensi quid agat, modò voti fiat compos. vide Andr. Act. 5. sc. 3.

Adolescens

Adolescens quidem lacrumans: nos mirarier:
Rogamus, quid sit. nunquam æquè (inquit) ac modò
Paupertas mihi onus visum est & miserum, & grave.
Modò quandam vidi virginem hìc vicinìæ
Miseram, suam matrem lamentari mortuam,
Ea sita erat ex r adversò. neque illi benevolens,
Neque notus, neque cognatus, extra unam anìculam,
Quisquam aderat, qui adjutaret funus. miserìtum est. f
Virgo ipsa facie egregiâ. quid verbis opus'st?
Commòrat omnes nos. ibi continuò Antipho,
Voltísne eamus vìsere? alius, censeo,
Eamus, duc nos sodes: imus, venimus,
Videmus t. virgo pulcra: & quo magi' diceres,
Nihil aderat adjumenti ad pulcritudinem.
Capillus passus, nudus pes, ipsa horrida:
Lacrumæ, vestitus turpis, ut, ni vis boni u
In ipsa inesset formâ, hæc formam extinguerent.
Ille, x qui illam amabat fidicinam, tantummodo:
Satìs scita, inquit: nostèr verò. D. jam scio:
Amare cœpit. G. Scin' quam? quò evadat, vide:
Postridie ad anum rectà pergit: obsecrat,
Ut sibi ejus faciat copiam. illa y enim se negat:
Neque eum æquom ait facere. illam civem esse Atticam,
Bonam, bonis z prognatam. Si uxorem velit,

---

r Collocata pro more, in vestibulo domûs, versis in portam pedibus.

f Heaut. Act. 3. sc. 1. - *ut tuarum misèritum est Menedeme fortunarum*: ut emendatiores quique codices; non ut nuperæ quædam editiones, *ut me tuarum*: &c. quomodo Plautum quidem loqui non ignoramus; sed aliter solet Terentius.

t Βραχυλογία ἀσύνδετον, quale illud Cæsaris, *Veni, vidi, vici*, & mox, *persuasum est hominì; factum est: ventum est: venimus.*

u Exsuperantia pulcritudinis.

x Phædria.

y Verò.

z Plato: ἀγαθοὶ δ' ἐγένοντο ἢ τὸ σῦγμ ἐξ ἀγαθῶν *Fortes creantur fortibus, & bonis*: Horat. & Καλὸς κἀγαθὸς καλὸν υἱόν, vulgò dicimus.

Lege

Lege id licere facere : sin aliter, negat.
Noster, quid ageret, nescire. & illam ducere
Cupiebat, & metuebat absentem patrem.
D. *Non, si rediisset, ei pater veniam daret ?*
G. *Ille indotatam virginem atque ignobilem*
Daret illi ? nunquam faceret. D. *quid fit denique ?*
G. *Quid fiat ? est parasitus quidem Phormio,*
Homo confidens. a *qui, illum Dii omnes perdant !* b
D. *Quid is fecit.* c G. *hoc consilium, quod dicam, dedit.*
Lex est, ut orbæ, qui sint genere proximi,
Iis nubant : & illos ducere eadem hæc lex jubet. d
Ego te cognatum dicam, & tibi scribam dicam : e
Paternum amicum me assimulabo virginis :
Ad judices veniemus. qui fuerit pater,
Quæ mater, qui cognata tibi sit, omnia hæc
Confingam : quod erit mihi bonum atque commodum. f
Cùm tu horum nihil reselles, vincam scilicet.
Pater aderit. mihi paratæ lites : quid meâ ?
Illa quidem nostra erit. D. *jocularem audaciam.* g
G. *Persuasum est homini : factum est : ventum est : vincimur :*
Duxit. D. *quid narras ?* G. *hoc, quod audis.* D. *ô Geta,*
Quid te futurum est ? G. *nescio hercle. unum hoc scio :*
Quod fors ferat, feremus æquo animo. h D. *places :*

a Qui fortis est, idem est fideas. quoniam confidens malâ consuetudine loquendi in vitio ponitur : dictum verbum à confidendo, quod laudis est. Cicero.

b Qui, aut expletivum, aut pronomen : quo incipiens Phormionem describere, cohorruit consideratione ejus. & in hanc vocem quasi confusus erupit. hoc autem certum genus est παρ' ὅλον τὸ μέρος. D.

c Correxit, interrogatione, erantem ut rediret ad nominativum casum, *Qui*, unde aberraverat, & *illum* dixerat. Don.

d Vide ad Adelph. Act. 4. sc. 5. & infrà, Act. sc. 3.

e Τὸ *dicam*, prius, verbum : hæc, nomen, δίκη, *dica* : lis, causa. infrà, Act. 2. sc. 3. *dicam impingam tibi grandem.*

f Non per ἐυφημίαν ista dicuntur, ut Don. autumat : sed, *quod erit mihi bonum & comm.* i. e. quod erit in rem meam, & quod pro re natâ, causæ quam susceperi, erit utile : ut apud Ciceronem sæpe.

g And. Act. 5. 4. sc. 5. *jocularium in malum insciens penè incidi.* per antiphrasin, pro minimè jocularium : vel, quod jocos & fabulæ similius videatur, quàm rei gestæ & veræ. Ità & Angli Vulgò τὸ *jest* usurpant.

h Levius fit patientiâ Quicquid corrigere est nefas. Hor. & Andr. Act. 5. sc. 1. *incepi, dum res tetulit : nunc non fert, feram.*

Hem

Hem istuc viri est officium. G. *in me omnis spes mihi est.* i
D. *Laudo.* G. *ad precatorem* k *adeam credo, qui mihi*
Sic oret: nunc amitte quæso hunc: cæterum
Posthac si quidquam, nihil precor. tantummodo
Non addat, ubi ego hinc abiero, vel occidito.
D. *Quid pædagogus* l *ille, qui citharistriam* m ?
Quid rei gerit? G. *sic, tenuiter.* D. *non multum habet*
Quod det fortasse. G. *imò nihil, nisi spem meam.*
D. *Pater ejus rediit, an non?* G. *nondum.* D. *quid? senem*
Quoad n *exspectatis vestrum?* G. *non certum scio:*
Sed epistolam ab eo allatam esse audivi modò, &
Ad portitores o *esse delatam. hanc petam.*
D. *Nunquid, Geta, aliud me vis?* G. *ut bene sit tibi.*
Puer heus. nemón' huc prodit? cape, da hoc Dorcio.

---

i *Quam quidem laudem sapientia statuo esse maximam, non alunde pendere, nec extrinsecùs aut bene aut malè vivendi suspensas habere rationes.* Cic. & Enn. Act. 2. sc. 3. *Itáne parasti te, ut spei nulla reliqua in te siet tibi?*

k Heaut. Act. 5. sc: 2. *nec tu aram tibi, neque precatorem parâris.*

l Phædria scil. quem priùs puellam *sectari, in ludum ducere &* (quod pædagogi munus) *reducere* dixerat Geta.

m Ellipsis, sectatur, amat: vel tale quid.

n i.e. Quamdiu & rectè locutus est, quia adventus finis est exspectationis. Don.

o Qui in portu, rebus inferendis & efferendis operam dabant.

ACTÛS I SCENA III.

ANTIPHO, PHÆDRIA.

A. *A Deón' rem rediisse, ut, qui mihi consultum esse optimè velit,*
Phædria, patrem ut extimescam, ubi in mentem ejus adventi a *venit?*

---

a Genitivus antiquus. Prisc.

Quod ni fuiſſem incogitans, b *ità eum exſpectarem, ut par fuit.*
P. *Quid iſtuc eſt?* A. *rogitas? qui tam audacis facinoris mihi conſcius*
Sis? quod utinam nè Phormioni id ſuadere in mentem incidiſſet,
Neu me cupidum c *eò impuliſſet, quod mihi principium* d *eſt mali.*
Non potitus eſſem: fuiſſet tum mihi illos ægrè aliquot dies:
At non quotidiana cura hæc angeret animum. P *audio.* e
A. *Dum exſpecto quàm mox veniat, qui adimat hanc mihi conſuetudinem.* f
P. *Aliis, quia deſit* g *quod amant, ægrè eſt: tibi, quia ſupereſt dolet.*
Amore abundas h *Antipho.*
Nam tua quidem hercle certè vita hæc expetenda optandáque eſt.
Ità me Dii bene ament; ut mihi liceat tam diu, quod amo, frui,
Jam depaciſci mortem cupio. i *tu conjicito cætera,*
Quid ego ex hac inopiâ nunc capiam, & quid tu ex iſtac copiâ:
Ut nè addam, quod ſine ſumptu, ingenuam, liberalem nactus es:
Quòd habes, ità ut voluiſti, uxorem, ſine malâ famâ; palàm

---

b Temerarius, præceps; quia pleraque mala potiùs ex incogitantiâ, quàm ignorantiâ. Ideo Sen. (ut & alii paſſim Philoſophi: *Quid prodeſt, inquit, aperta monſtrare? plurimum interdum enim ſcimus, nec attendimus,* & mox, *Itaque ſubinde revocandus eſt ad memoriam. Non enim reponenda illa eſſe oportet, ſed in promptu.*

c Ad nuptias ſcil. vel ad fictitiam illam dicam.

d *Prima mali labes,* Virg. vel, quod mihi præcipuum malum, ut ἀρχὴ apud Græcos, interdum: & רֵאשִׁית apud Hebr.

e Indignantis & cum impatientiâ audientis, hoc verbum.

f Uſum fructúmque amoris.

g Deeſt, Eun. Act. 2. ſc. 2. *Omnia habeo, neque quicquam habeo: nihil cùm eſt, nihil deſit tamen.*

h Τίκτει δὲ κόρος ὕβριν. ex nimiâ ſatietate laſcivis. deliciis facis.

i Αὐτίκα τεθναίην λεχέων ἐπιβάσιος ἥδιστος.

Beatus, ni unum deſit k, *animus qui modeſtè iſtæc ferat.* l
Quòd ſi tibi res ſit cum eo lenone, quocum mihi eſt, tum ſentias.
Ità plerique ingenio ſumus omnes. noſtrî noſmet pœnitet. m
A. *At tu mihi contrà nunc videre fortunatus Phædria,*
Cui de integro eſt poteſtas etiam conſulendi, quid velis;
Retinere, amare, amittere: n *ego in eum incidi infelix locum,*
Ut neque mihi eius ſit amittendi, nec retinendi copia.
Sed hoc quid eſt? videòn' ego advenire huc currentem Getam?
Is ipſus eſt. Hei, timeo miſer, quam nunc mihi hic rem nuntiet.

---

k Al. *ni unum hoc deſit.*

l ô *fortunatos nimiùm bona ſi ſua nôrint Agricolas.* Vir. *Benè ferre magnam diſce fortunam.* Hor.

m *Quî ſit, Mecœnas, ut nemo quam ſibi ſortem, ſeu ratio dederit, ſeu fors objecerit, illâ contentus vivat, laudet diverſa ſequentes?* & quæ ibi ſequuntur. Hor.

n And. Act. 5. ſc. 3. *Vis me uxorem ducere? ut potero feram. hanc amittere?*

ACTUS I SCENA IV.

GETA. ANTIPHO, PHÆDRIA.

G. NUllus es a *Geta, niſi jam aliquod tibi conſilium celerè reppereris,*
Ità ſubitò nunc imparatum b *tanta te impendent* c *mala:*
Quæ neque utì devitem ſcio, neque quo modo me indè extraham:
Nam non poteſt celari noſtra diutius jam audacia:
Quæ ſi non aſtu providentur, me aut herum peſſum dabunt. d

---

a Periiſti. actum eſt de te.

b *Quoniam multùm poteſt proviſio animi & præparatio.* Cic.

c Antiquè, pro, *impendent tibi*, Plaut. *impendent in te.*

d Ex Andr. integer hic verſus, Act. 1. ſc. 3. ubi vide.

A. *Quidnam*

A. *Quidnam ille commotus venit?* G. *tum, temporis punctum e mihi*
Ad hanc rem eſt: herus adeſt. A. *quid iſtuc eſt mali?*
G. *Quod cùm audierit,* [f] *quod ejus remedium inveniam iracundiæ?*
Loquârne? incendam. taceam? inſtigem. purgem me? laterem lavem. [g]
Eheu me miſerum! tùm mihi paveo, tum Antipho me excruciat animi.
Ejus me miſeret: ei nunc timeo: is nunc me retinet. nam abſque eo
Eſſet [h], *rectè ego mihi vidiſſem* [i], *& ſenis eſſem ultus iracundiam:*
Aliquid convaſâſſem [k], *atque hinc me conjicerem protinam* [l] *in*
A. *Quam hic fugam aut furtum parat?* *pedes.*
G. *Sed ubi Antiphonem reperiam? aut qua quærere inſiſtam viâ?*
P. *Te nominat.* A. *neſcio quod magnum hoc nuntio exſpectо malum.*
P. *Ah, ſanè'ne es?*
H. *Domum ire pergam: ibi plurimùm eſt.* P. *revocemus hominem.* A. *ſta illico.* G. *hem!*
Satìs pro imperio [m], *quiſquis es.* A. *Geta.* G. *ipſe eſt, quem volui obviam.*

---

e Momentum.

f Antiphonem ſcil. uxorem duxiſſe.

g *Laterem* hìc, non aliud intelligendum quàm maſſam vel ex argillâ vel luto, maceriis ædificandis idoneam, non igne, ſed ſole induratam, quæ cùm non ſit niſi lutum exſiccatum, quantò magìs eam lavas, eò magìs lutefcit & in cænum reſolvitur, multis probat Nannius, Miſcellan. l. 20. Aliud igitur *later*, ſimpliciter: aliud *later coctus* (quanquam is vulgò *later* vocetur) in duritiem lapideam excoctus.

h Elegantèr ſic, quod vulgò, propter illam, aut, ex illius intuitu, ità Plaut. in Perſâ: *Si abſque me foret*, & Menæchm. *Nam abſque eo eſſet, hodie nunquam ad Solem occaſum viverem.*

i Providiſſem.

k Ad furtum & fugam parâſſem, collegiſſem. *Formidare malos fuerat, incendia, ſervus, Nè te compilent fugientes.* Hor.

l Protinus illico.

m Satìs imperiosè loqueris, qui quis es.

A. *Cedo,*

A. *Cedò, quid portas, obsecro ? atque id, si potes, verbo expedi.*
G. *Faciam.* A. *eloquere.* G. *modò apud portum.* n A. *meminne.*
G. *intellexti.* A. *occidi.* P. *hem !*
A. *Quid agam ?* P. *quid aïs ?* G. *hujù' patrem vidisse me, patruum tuum.*
A. *Nam quod ego huic nunc subito exitio remedium inveniam miser ?*
Quòd si eò meæ fortunæ redeunt, Phanium, abs te ut distrahar ;
Nulla est mihi vita expetenda. G. *ergò istæc cùm ità sint, An tipho,*
Tantò magi' te advigilare æquum est. Fortis fortuna adjuvat. o
A. *Non sum apud me.* G. *atque opus est nunc, cùm maximè, ut sis Antipho :*
Nam si senserit te timidum pater esse, arbitrabitur
Commeruisse culpam. P. *hoc verum est.* A. *non possum immutarier.*
G. *Quid si aliquid gravius tibi nunc faciendum foret ?*
A. *Cùm hoc non possum, illud minù' possem.* G. *hoc nihil est Phædria : ilicet :* p
Quid conterimus operam fruſtrà, quin abeo. P. *& quidem ego.*
A. *obsecro,*
Quid si assimulo ? satin' est ? q G. *garris.* r. A. *vultum contemplamini, hem,*

---

n *Patrem vidi* ; dicturus Geta, prævertus est ab eo, quem timor intelligentem fecerat : D.

o Sall. *Non votis neque supplicijs muliebribus auxilia Deorum parantur. vigilando, agendo, bene consulendo, prosperè omnia cedunt. ubi socordiæ atque ignaviæ te tradideris, nequicquam Deos implores. irati, infestique sunt.* Dem: Οὐκ ἔνι δ' αὐτ' ἄλλον ἀργεῖτα ἐνδὺ φίλοις ἐπιτάξειν ὑπὲρ αὐτοῦ τι πιστὴν, μᾶλλον τοῖς ἔνδοξοις.

p Fruſtrà hæc à nobis dicuntur : res conclamata est. vel, hic Antipho homo nihil est : actum est de illo. Eun. Act. 3. 2. sc. 3. *ilicet : Desine : jam conclamatum est.* vide ibi.

q Vultum mutat, & ad confidentiam se componit Antipho, ut abeuntes, aut abire simulantes retineat.

r Nugæ.

Satine sic est ? [f] G. *non.* A. *quid si sic?* G. *propemodum.* A. *quid si sic?* G. *sat est.*
Hem istuc serva, & verbum verbo, par pari ut respondeas,
Nè suis te iratus sævidictis [t] *protelet.* [u] A. *scio.*
G. *Vi coactum te esse invitum, lege, judicio :* [x] *tenes?*
Sed quis hìc est senex, quem video in ultima plateâ ? [y] A. *ipsus est.*
Non possum adesse. G. *ah quid agis ? quò abis Antipho ? mane,*
Mane inquam. A. *egomet me novi, & peccatum meum :* [z]
Vobis commendo Phanium, & vitam meam.
P. *Geta, quid nunc fiet ?* G. *tu jam lites audies :* [a]
Ego pleßar pendens, nisi quid me fefellerit.
Sed quod modò hìc nos Antiphonem monuimus,
Id nosmet ipsos facere oportet, Phædria. [b]
P. *Auser mihi* [c] *oportet, quin tu, quid faciam, impera.* [d]
G. *Meministin' olim ut fuerit vostra oratio*
In re incipiundâ ad defendendam noxiam ?

---

[f] Hic locus actoris magìs est, quàm lectoris. D.

[t] Alii, *sævidicis dictis.*

[u] Protrahat, prævenìat, exagìtet. D. vel, longè arceat, abigat, Plautinum Argum. *Eam domi deprehensam conjux illius Vicini scortum insimulat, protelat virum.*

[x] Mira brevitas, in quâ tota defensio continetur, & subauditur, Fac respondeas. D.

[y] In ulteriore plateæ parte. ut *ima fores*, i. e. forium pars ima, &c.

[z] Et naturâ, & ex conscientiâ criminis admissi (quod juvenem & ingenuum decebat) pavidus.

[a] *Tibi erunt privata verba, huic demum verbera*, ut idem alibi.

[b] Sulpicius in præstantissima. ad Cicer. epist. *Denique noli te oblivisci Ciceronem esse, & eum qui aliis consueveris præcipere, & dare consilium, neque imitare malos medicos, qui in alienis morbis profitentur se tenere medicinam scientiam, ipsi se curare non possunt : sed potiùs qua aliis tute præcipere soles, ea tute tibi subjice, atque apud animum propone.* Haunt. Act. 5. sc. 1. *Nonne id flagitium est, te aliis consilium dare*, &c.

[c] Redundat *tu mihi* : ut & infrà, Act. 5. sc. 6. *Sed ego nunc mihi cesso.* Ità, *tibi*, & *nobis* : haud ratò.

[d] Omnem ab officio, aut necessitate argumentationem missam fac, quà non opus est, cùm libenter ac sponte, quicquid faciendum suggesseris, obire paratus sim.

Justam

Juſtam illam cauſſam, facilem, vincibilem, optumam.
P. *Memini.* G. *hem, nunc ipſâ eâ eſt opus, aut, ſi quid poteſt, Meliore, & callidiore.* D. *fiet ſeduló.*
G. *Nunc prior adito tu: ego in inſidiis* e *hìc ero*
Succenturiatus, f *ſi quid deficies.* P. *age.*

---

e *In ſubſidiis*, apud priſcian.
f *Succenturiari* dicuntur, qui explendæ centuriæ (militaris) gratiâ ſubjiciunt ſe ad ſupplimentum ordinum. D.

ACTÛS II SCENA I.

DEMIPHO, GETA, PHÆDRIA.

D. *ITáne tandem uxorem duxit Antipho injuſſu meo?*
Nec meum imperium, ac, mitto imperium, non ſimultatem meam
Revereri ſaltem. a *non pudere? ô facinus audax, ô Geta*
Monitor. G. *vix tandem* b. D. *quid mihi dicent? aut quam cauſam reperient?*
Demiror. G. *atqui repperi jam. aliud cura.* D. *an hoc dicet mihi?*
Invitus feci: lex coëgit. audio, fateor. G. *placet.*
D. *Verùm ſcientem, tacitum cauſſam tradere adverſariis,*
Etiámne id facere lex coëgit? P. *illud durum.* G. *ego expediam: ſine.*
D. *Incertum eſt, quid agam, quia præter ſpem, atque incredibile hoc mihi obtigit.*

---

a Neque metu, neque pudore (ſine amore) deterritum eſſe. *Pudore ac liberalitate liberos retinere, ſætius eſſe credo, quàm metu.* Ad. Act. 1. ſ. 1. indè hìc, *mitto imperium.* Utitur hoc loco Terentii Cic. ad Att. l. 2. ep. 19.

b Quaſi tardè ad eum pervenisſet ſenex, quem ille ob conſcientiam à ſe cœpturum eſſe credebat. q. d. Penè meî oblitus eſt D.

Ità ſum irritatus, animum ut nequeam ad cogitandum inſtituere. c

Quamobrem omnes, cùm ſecundæ res ſunt maximè, tum maximè

Meditari ſecum oportet, quo pacto advorſam ærumnam ferant. d.

Pericla, damna, exſilia peregrè rediens ſemper cogitet,
Aut filî peccatum, aut uxoris mortem, aut morbum filiæ:
Communia eſſe hæc, fieri poſſe: e *ut nè quid animo ſit novum:*
Quidquid præter ſpem eveniat, omne id deputare eſſe in lucro.

G. *O Phædria, incredibile eſt, quanto herum anteeo ſapientiâ.*

Meditata mihi ſunt omnia mea incommoda: herus ſi redierit,
Molendum uſque in piſtrino: vapulandum: habendæ compedes:
Opus ruri faciundum. horum nîl quidquam accidet animo novum.
Quidquid præter ſpem veniet, omne id deputabo eſſe in lucro.
Sed quid hominem ceſſas adire, & blandè in principio alloqui? f

D. *Mei fratris video filium ire mihi obviám.*

P. *Mi patrue ſalve.* D. *ſalve, ſed ubi eſt Antipho?*

---

c Νομίζω δὲ δύο τὰ ἐναντιώτατα ἅμα ἐν βουλίᾳ εἶναι, τάχος, καὶ ὀργήν. ὧν τὸ μὲν μετὰ εὐνοίας φιλεῖ γίγνεσθ. τὸ δὲ μετὰ ἀπαιδευσίας καὶ βεκχύλιτος γιγνεται. Thucid.

d Vide Cicer. Tuſcul. 3. ubi totus hic Terentii locus. Sen. *In ipſâ ſecuritate animus ad difficilia ſe præparet, & contra injurias fortunæ, inter beneficia formetur. Miles in media pace decurrit ſine ullo hoſte, vallum jacit, & ſupervacuo labore laſſatur, ut ſufficere neceſſaria poſſit. Quem in ipſa re trepidare nolueris, ante rem exerce.*

e *Curvis accidere poteſt, quod cuiquam poteſt.* Pub.

f Ex Præcepto Rhetorum. vi. Quintil. te exordiis, Inſtit. l. 4. c. 1. virg. *Sola viri molles aditus ac tempora nôrat.*

P. *Salvom advenire.* g D. *credo:* h *hoc respondè mihi.*
P. *Valet: hic est. sed satin' omnia ex sententia?*
D. *Vellem quidem.* P. *quid istuc?* D. *rogitas Phædria?*
Bonas me absente hìc confecisti nuptias.
P. *Eho, an id succenses nunc illi?* G. *artificem probum!* i
D. *Egòne illi non succenseam? ipsum gestio*
Dari k *mî in conspectum. nunc suâ culpâ ut sciat*
Lenem patrem illum factum me esse acerrimum.
P. *Atqui nîl fecit patrue, quod succenseas.*
D. *Ecce autem similia omnia: omnes congruunt:* l
Unum cognôris, omnes nôris. P. *haud ità est.*
D. *Hic in noxa est, ille ad defendendam causam adest.*
Cùm ille est, m *hic præstò* n *est: tradunt operas mutuas.* o
G. *Probè eorum facta imprudens* p *depinxit senex.*
D. *Nam ni hæc ità essent, cum illo haud starес* q *Phædria.*
P. *Si est patrue, culpam ut Antipho in se admiserit,* r
Ex quare s *minùs rei* t *foret aut formæ temperans;* u

g *Gaudeo:* scil. ut mox, cùm Geta salutat. sed interrumpit æstus Demiphonis ob filii pectatum.

h Et hoc quoque ex vetere formulâ. ità enim respondere solebant, qui solemni aliquâ gratulatione compellati fuerant. Vide Hec. Act. 5. sc. 4. ad ista, *facta ut credam facio.*

i Hoc Geta, seorsim, ut Demipho non audiat.

k Non dixit, *venire*, ut filium; sed *dari*, ut reum. D.

l Similes habent labra lactucas. Dignum patellâ operculum.

m In noxa scil. vel culpâ.

n Ad defendendum.

o Mulus mulum scabit.

p Nondum enim ità rem habere compererat Demipho, sed quod ita suggerebat, & ex suspicione loquebatur.

q Non esses ab illius partibus, non illum tuereris.

r *Si est ut admiserit*, pro, *si admisit.* D.

s Hiut venustè insertum *re*, cùm præposuisset *culpam*, aut hìc Don. Atqui ità Terent. haud dubiè consultò maluit, ut orationi venustatem ex allusione in verbis, *re*, & *rei*, in diversâ significatione positis, conciliaret. Notum est Atticos, agnominationibus valdè delectatos esse: quos imitatos Ter. plenus est illis. Sed & extra παλαὶ, *rò res* interdum eleganter repetitur: ut à Cic. De off. *Valetudo sustentatur observatione earum rerum, quæ res aut prodesse soleant aut obesse.* & ad Qu. Fr. *Quæ res ad officium imperii pertinebunt, de iis rebus nè arcingar.*

t Familiaris scil. Cicero quoque haud multò aliter, *Res autem familiaris quæri debet iis rebus, &c.*

u Consulens, providens, moderatus. D.

Non causſam dico, quin, quod meritus ſit, ferat:
Sed ſi quis fortè malitiâ fretus ſuâ,
Inſidias noſtræ fecit adoleſcentiæ,
Ac vicit; noſtrân' culpa ea eſt, an judicum,
Qui ſæpe propter invidiam adimunt diviti,
Aut propter miſericordiam addunt pauperi?
G. *Ni nôſſem cauſſam, crederem vera hunc loquî.*
D. *An quiſquam judex eſt, qui poſſit noſcere*
Tua juſta, [x] *ubi tute verbum non reſpondeas,*
Ità ut ille fecit? P. *functus adoleſcentuli eſt*
Officium liberalis. poſtquam ad judices
Ventum eſt, non potuit cogitata proloqui:
Ità eum tum timidum ibi obſtupefecit pudor. [y]
G. *Laudo hunc: ſed ceſſo adire quamprimum ſenem?*
Here ſalve; ſalvum te adveniſſe gaudeo. D. *oh,*
Bone cuſtos ſalve, columen [z] *uerò familiæ,*
Cui commendavi filium hinc abiens meum.
G. *Jamdudum te omnes nos accuſare audîo,*
Immeritò, & me horunc' omnium immeritiſſimo
Nam quid me in hac re facere voluiſti tibi?
Servom hominem [a] *cauſſam orare leges non ſinunt:*
Neque teſtimonii dictio [b] *eſt.* D. *mitto omnia. addo*
Iſtuc: imprudens timuit adoleſcens: ſino:
Tu ſervus, verùm ſi cognata eſt maximè, [c]
Non fuit neceſſe habere, ſed, id quod lex jubet,
Dotem daretis; [d] *quæreret alium virum.*
Quâ ratione inopem potiùs ducebat domum? [e]

---

[x] Juſta tuæ cauſſæ. *prævaricatio eſt tranſire dicenda.* Plin. Sec.

[y] Quod multis contigiſſe, ex Cicerone aliiſque notum.

[z] Suſtentatio, decus. Ironicé.

[a] Ut *mulier ancilla*, apud Sall. D.

[b] Neque dicendi teſtimonii ſervo copia, aut facultas: per eaſdem legesſcil.

[c] Ut de cognatione maximè conſtet, & explorata res ſit. Nam Donatus hîc nodum in ſcirpo quærit.

[d] Vide ad Ad. Act. 4. ſc. 5.

[e] Quod abſolutè vulgò dicitur, *ducebat.*

G. *Non*

G. *Non ratio, verùm argentum deerat.* f D. *ſumeret.*
Alicunde. G. *alicunde?* *nihil eſt dicto facilius.*
D. *Poſtremò, ſi nullo alio pacto, fœnore.*
G. *Hui, dixti pulcrè, ſi quidem quiſnam crederet*
Te vivo. D. *non, non ſic futurum eſt, non poteſt.* g
Egóne illam cum illo ut patiar nuptam unum diem?
Nil ſuave meritum h *eſt. hominem commonſtrarier*
Mihi iſtum volo, aut, ubi habitet demonſtrarier.
G. *Nempe Phormionem.* D. *iſtum patronum mulieris.*
G. *Jam faxo hìc aderit.* D. *Antipho ubi nunc eſt?* P. *foris.*
D. *Abi, Phædria, eum require atque adduce huc.* P. *eo*
Rectâ viâ quidem illuc. G. *nempe ad Pamphilam.* D. *at ego*
Deos penates i *hinc ſalutatum domum*
Divortor. indè ibo ad forum, atque aliquot mihi
Amicos advocabo, ad hanc rem qui adſient,
Ut nè imparatus ſim ſi adveniat Phormio.

---

f *Ratio quidem herele apparet, ſed argentum* ὄρχατον. Plaut. Trin.

g Jam omnibus objectis ac ſolutis, ſola *irrationalis* (ut Don. hìc) exclamatio Demiphoni relinquitur.

h Nihil mihi mercedis ſuave eſt, ut ego illam cum illo nuptam feram. *Suave meritum* enim, ſuavem mercedem ſignificat. D.

i Adoratum, primâ poſt reditum prece. D.

ACTUS II SCENA II.

PHORMIO, GETA.

P. ITáne patris aïs conſpectum veritum hinc abiiſſe? G. *admodum.*
P. *Phanium relictam ſolam?* G. *ſic.* P. *& iratum ſenem?*
G. *Oppidó.* a P. *ad te ſumma ſolùm Phormio rerum redit:*

---

a *Admodum*: ut ſuprà.

Tute hoc intrîsti, tibi omne eſt exedendum [b] : *accingere.*
G. *Obſecro te.* P. *ſi rogitabit.* G. *in te ſpes eſt.* P. *eccere,* [c]
Quid ſi reddet ? G. *tu impuliſti.* P. *ſic opinor.* [d] G. *ſubveni.*
P. *Cedò ſenem : jam inſtructa ſunt mihi in corde conſilia omnia.*
G. *Quid ages ?* P. *quid vis ?* niſi utì maneat *Phanium, atque ex crimine hoc*
Antiphonem eripiam, atque in me omnem iram derivem ſenis ?
G. *O vir fortis, atque amicus ! verùm hoc ſæpe Phormio*
Vereor, nè iſtæc fortitudo in nervum erumpat denique. [e] P. *ah,*
Non ità eſt : factum eſt periclum, jam pedum viſa eſt via. [f]
Quot me cenſes homines jam deverberâſſe [g] *uſque ad necem*
Hoſpites ? tum cives ? quò magì' novi, tantò ſæpius. [h]

---

[b] Παρασιμία apta paraſito, quæ de cibo eſt. Hoc autem inter ruſticos de alliato mortario (1. allio, cum aliis cibis in pilâ vel mortario contuſis :) dici ſolet. Et benè *intrîſti.* propriè enim *intrita* dicitur hujuſmodi cibus. Don.

[c] Adverbium jurandi, pro, *ecere.* 1. per ædem Cereris : ut *ædepol, ædepol, ædepol :* &c. Plaut. *Jam enim eccere iho ad forum, atque hæc Fabia navrabo ſeni.* Atque alibi ſæpius, Niſi tamen diverſa ſunt *eccere,* pro, *ecere, jurantis* ; & *eccere,* pro, *ecce res,* vel, *ecce rem,* confirmantis adverbium : ut & vetus Gloſs. videtur diſtinguere.

[d] Hæc omnia Phormio, (*ſi rogitabit,* &c.) ſecum profundè de negotio cogitans, & dolos ultro citróque varios agitans, nec, quid Geta diceret interim, attendens.

[e] Metaph. à Sagittariis, quorum arcus intentione nimiâ ſen nervus rumpitur. Poteſt etiam de nervo arcûs, vel etiam corporis, quibus à nimiâ illâ intentione periculum non minus, intelligi. Ad ſenſum verborum propè accedit illud Plaut. *Hei mihi quàm iſtæc blanda dicta quò eveniunt, malèo metu.* Vide 1. Act. 4. ſc. 4.

[f] *Pedum,* pro, *pedibus* : & *viſa,* pro, *proviſa.* Don. Alìs, *via pedum,* pro, veſtigia pedum. ut ſit metaph. à venatoribus. alii denique ità diſtinguunt : *factum eſt periculum jam pedum : viſa eſt via* : quæ tamen omnia eodem tendunt, ut tritam ſibi ac exploratam viam ſe inſiſtere dicat Phormio, ac proinde non eſſe quod timeat Geta.

[g] *Dilacerâviſſe* : *dentruviſſe* : *malis exemplis excruciaviſſe* : Plaut.

[h] Quò notior via, tantò plures quotidie perdo. Uſus promptum fecit : & quantum accedit peritiæ, tantum & maleficiis.

Cedò

Cedò dum, en unquam injuriarum audiſti mî ſcriptam dicam ? i

G. *Quî iſtuc ?* P. *quia* non rete accipitri tenditur, neque milvio,

Qui malè faciunt nobis: illis qui nîl faciunt, tenditur:

Quia enim in illis fructus eſt, in illis opera luditur.

Aliis aliunde eſt periclum, unde aliquid abradi poteſt:

Mihi ſciunt nihil eſſe. Dices, ducent damnatum domum. k

Alere nolunt hominem edacem: & ſapiunt meâ quidem ſententiâ,

Pro maleficio ſi beneficium ſummum nolunt reddere.

G. *Non potè ſatî pro merito ab illo* l *tibi referri gratia.*

P. *Imò enim nemo ſatî pro merito gratiam regi* m *refert.*

Téne aſymbolum n *venire, unctum, atque lautum à balneis,*

Otioſum ab animo; cùm ille & curâ, & ſumptu abſumitur,

Dum tibi ſit, quod placeat: ille ringitur, tu rideas:

Prior bibas, prior decumbas: cœna dubia o *apponitur ?*

G. *Quid iſtuc verbi eſt ?* P. o *ubi tu dubites, quid ſumas potiſſimum.*

Hæc, quum rationem ineas P, *quàm ſint ſuavia, & quàm cara ſint;*

---

i Suprà, Act. 1. ſc. 1.

k Dices, quamvìs injuriarum poſtulatus & damnatus, non habeam quod pendam, tamen addici poſſum ad ſervitutem, ut qui non ſunt ſolvendo.

l Antiphone.

m Ità vocabant paraſiti benefactores & alumnos ſuos. *Qui Rex eſt, Regem, Maxime, non habeat.* Mart. *Paraſitus, qui me complevit ſtrenuè & formidinè, Meus Ulyſſes, ſuo qui regi tantum concivit mali.* Plaut.

n Sine Symbolâ: ſine ſumptuvide And Act. 1. ſc. 1. ad, *quid ? Symbolam dedit ? cœnavit.*

o *Ubi tu dubites*, &c. ut mox ſequitur. Pati feſtivitate apud Plaut. Act. 3. ſc. ult. Aulul. *agnus curioſus*, vel *curio*. Ubi paritèr ut hic, *Volo ex te ſcire, qui ſit agnus curio*: &c. Non dubium quin Plautum ſit imitatus Terentius.

p Cùm tecum ſeriò reputes.

Ea qui præbet, non tu hunc habeas planè præsentem Deum ? o
G. *Senex adest, vide quid agas. prima cõitio* P *est acerrima :*
Si eam sustinueris, post illa jam, ut lubet, ludas licet.

---

o Virgil. in re non absimili, *Namque erit ille mihi semper Deus.* Ab eadem mente & illud apud Plautum : *Siquidem mihi statuam, & aram statuis, atque ut Deo mihi hic immolas bonam, nam ego tibi salus sum.*

p Primus impetus : ut Cæsar de militibus : & Florus, de Gallis, *Primus impetus eis major quàm virorum est ; sequens, minor quàm fœminarum.*

ACTÛS II SCENA III.

DEMIPHO, GETA, PHORMIO.

D. *EN unquam cuiquam contumeliosiùs*
Audistis factam injuriam, quàm hæc est mihi ?
Adeste quæso. G. *iratus est. quin tu hoc age,* a *st.* b
Jam ego hunc agitabo. prô Deûm immortalium, c
Negat Phanium esse hanc sibi cognatam Demipho ?
Hanc Demipho negat esse cognatam d *.* G. *negat.*
P. *Neque ejus patrem se scire, qui fuerit ?* G. *negat.*
D. *Ipsum esse opinor, de quo agebam. sequimini.*
P. *Nec Stilphonem ipsum scire, qui fuerit ?* G. *negat.*
P. *Quia egens relicta est misera, ignoratur parens,*
Negligitur ipsa, vide, e *avaritia quid facit.* f

---

a Attentionis & silentii formula. Eun. Act. 1. sc. 2.

b Silentii indicti particula, vel nota, ut And. Act. 4. sc. 1. alibique.

c Cùm priora submissâ voce dixisset, ut solus Geta audiret ; nunc exclamare incipit, ut Demipho audiat, & terreatur. Subauditur autem, *fidem.*

d *Et me mihi perfide prodis, Me mihi prodis ait,* Ovid. Repetitio testandæ indignationi quasi justissimæ.

e *Vide,* propriè stomachantis : ut in Adelphis, *illud sis vide exemplum disciplinæ.* & hæc jam conversus ad populum dicit. D.

f *Aurum, quæso, quid valet ?* Plaut.

G. *Si*

G. *Si herum insimulabis avaritiæ, malè audies.*
D. *O audaciam! etiámne ultro accusatum advenit?*
P. *Nam jam adolescenti nihil est quod succenseam,*
Si illum minùs nôrat. quippe homo jam grandior,
Pauper, cui opera g vita erat, ruri fere
Se continebat: ibi agrum de nostro patre
Colendum habebat. sæpe interea mihi senex
Narrabat, se hunc negligere cognatum suum. h
At quem virum? i quem ego viderim in vita optumum.
G. *Videas te, atque illum,* k *ut narras.* P. *abi in malam crucem:*
Nam ni ità eum existumâssem, nunquam tam graveis
Ob hanc inimicitias caperem in vostram familiam,
Quam is aspernatur nunc tam inliberaliter.
G. *Pergin' hero absenti malè loqui impurissime?*
P. *Dignum autem hoc illo est.* G. *ain' tandem carcer* l *? D. Geta.*
G. *Bonorum extortor, legum contortor.* m D. *Geta.*
P. *Responde.* G. *quis homo est? ehem.* D. *tace.* G. *absenti tibi*
Te indignas, seque dignas contumelias
Nunquam cessavit dicere hodie. D. *ohe, desine.*
Adolescens, primùm abs te hoc bonâ veniâ peto,

---

g *Vita* (ait hîc Don.) ità enim legendum, non ut in nuperis editionibus, *opera*: pro *victu* posuit, & *operâ* hîc ablativos casus est. alii contendunt esse nominativum, quibus potiùs assentior, quanquam sententiæ non multum interest. *Illiberales autem & sordidi quæstus mercenariorum, omniumque quorum operæ, non quorum artes emuntur.* Cic.

h Ἀμφιβολία, ob duos, (quod frequens est) accusativos. ordo verborum: *hunc cognatum suum* (Demiphonem scil.) *negligere se.*

i Eun. Act. 3. sc. 5. *At quem Deum? qui templa cæli summa sonitu concutit.*

k Hoc est, parentem te illi existimo, atque illum tibi. & alluditur ad illud quod ait, *Quem ego viderim in vita optimum.* D. Eun. Act. 3. 2 *hem alterum! Ex homine hunc natum dicas.*

l Non carcerarium, sed *carcerem* asperiùs appellavit. sic Lucilius, *Carcer vix carcere dignus.* D.

m Proverb. in sycophantas & rabulas forenses. Hinc Aristophanica illa, σφενδονᾶν & σφενδονοπαυσανεργία.

Si

Si tibi placere potis est, [m] *mihi ut respondeas :*
Quem amicum tuum ais fuisse istum, explana mihi,
Et quî [n] *cognatum me sibi esse diceret.*
P. *Proinde* [o] *expiscare,* P *quasi non nôsses.* D. *nôssem ?* P. *ità.*
D. *Ego me nego : tu, qui ais, redige ad memoriam.*
P. *Eho, tu sobrinam* [q] *tuum non nôras ?* D. *enecas :*
Dic nomen. P. *nomen ? maxumè.* D. *quid nunc taces ?*
P. *Perii hercle, nomen perdidi.* D. *hem, quid ais ?*
P. *Geta,*
Si meministi id quod olim dictum est, subjice. [r] *hem,*
Non dico : quasi non nôris, tentatum advenis.
D. *Egon' autem tento ?* G. *Stilpho.* P. *atque adeò, quid meâ ?*
Stilpho est. D. *quem dixti ?* P. *Stilphonem inquam noveras ?*
D. *Neque ego illum nôram, neque mihi cognatus fuit*
Quisquam istio nomine. P. *itáne ? non te horum pudet ?*
At si talentum rem [s] *reliquisset decem.*
D. *Dii tibi malè faciant.* P. *primus esses memoriter*
Progeniem vostram usque ab avo atque atavo proferens. [t]
D. *Ità ut dicis* [u] *ego tum si advenissem, qui mihi*
Cognata ea esset, dicerem : itidem tu face.
Cedò, quî est cognata ? G. *heus noster, rectè :* [x] *heus tu cave,*
P. *Dilucidè expedivi, quibus me oportuit*

---

[m] Potest.
[n] Quomodo : unde.
[o] 1. Perinde.
[p] Diligenter quæris.
[q] *Sobrini* (qui & *consobrini*: quanquam sunt qui distinguant :) qui ex duabus pluribúsve sororibus sunt nati : ut *patruales*, qui ex fratribus cognati.
[r] Suggere.
[s] Hæreditatem. *scias.*
[t] *Esses proferens*, pro, proferres : Græcismus : ut Andr. Act. 4. sc. 5. *ut tu scis sciens.* 1. ut scias.
[u] Non repugno, quin ità res habeat. vel, fac ita rem habere.
[x] Geta laudat herum in os, qui tamen Phormionem cupit vincere.

Judicibus.

Judicibus. tum, id si falsum fuerat, filius
Cur non refellit ? D. *filium narras mihi ?*
Cujus de stultitia dici, ut dignum est, non potest.
P. *At tu, qui sapiens es, magistratus adi,*
Judicium de eadem caussâ iterum ut reddant tibi :
Quandoquidem solus regnas, u *& soli licet*
Hîc de eadem caussâ bis judicium adipiscier.
D. *Etsi facta mihi injuria est, veruntamen*
Potiùs quàm lites sector, aut quàm te audiam,
Itidem ut cognata si sit, y *id quod lex jubet*
Dotem dare, abduce hanc, minas quinque accipe z.
P. *Ha, ha, hæ, homo suavis !* D. *quid est ? num iniquom postulo ?*
Anne hoc quidem ego adipiscar, quod jus publicum est ?
P. *Itáne tandem quæso, ubi abusu' sis,* a
Mercedem dare lex jubet ei, atque amittere ; an,
Ut ne quid turpe civis in se admitteret

---

u Quod maximè invidiosum Athenis. Vide ad Ad. Act. 2. sc. *regnúmne hic, Æschine, posítes ?*

x Quoad leges vetant. ut ex Demosthene aliisque liquet.

y Perinde ac si cognata esset.

z Ità enim lex, de quâ multi. Vide & suprà, aliquid, ad And. Act. 4. sc. 5. de dote ; in genere. Postea, auctis rebus Atheniensium, à 5 minis, ad decem ventum est : ut Meursius accuratè docet. Cæterùm, quod in Fortun. & Eugraphii verbis, X. *millia*, pro *decem minis*, exhibent nuperæ editiones, & ità exponunt, ut hæc certa summa, dictis caussâ, pro magnâ posita fuerit, id amplectendum sit, (quod exemplo certè non caret, ut ibi doctiss. Lindebr.) an cum doctiss. Meursio *decem minas*, pro *decem millibus* in utroque corrigendum, lectori judicandum relinquimus. Facilis sanè lapsus, *decem* MILL. pro, *decem MIN.*

a Hîc vox *civem* (*civem ubi abusus sis*) quæ Typographorum incuriâ ex Heinsianâ editione præstantissimâ videtur excidisse, ex Plantiniana, (quam ut plurimùm, nec sine caussâ, secutus est vir ille doctiss. & de Terentio optimè meritus :) restituenda est. Al. Minùs bene. (quanquam & Eugraphius ità videtur legisse) *item ut meretricem ubi abusus sis,*

Propius

Propter egeſtatem, proxumo juſſa eſt dari,
Ut cum uno ætatem degeret? quod tu vetas.
D. *Ità, proxumo quidem: at nos unde? aut quam ob rem?* P. *ohe,*
Actum aïunt, nè agas. D. *non agam? imò haud deſinam,*
Donec perfecero hoc. P. *ineptis.* D. *ſine modò.*
P. *Poſtremo tecum nihil rei nobis Demipho eſt:*
Tuus eſt damnatus gnatus, non tu. nam tua
Præterierat jam ad ducendum ætas. D. *omnia hæc*
Illum [b] *putato, quæ ego nunc dico, dicere:*
Aut quidem cum uxore hâc ipſum prohibebo domo.
G. *Iratus eſt.* P. *tute idem meliùs feceris.* [c]
D. *Itáne es paratus facere me advorſum omnia*
Infelix [d]*?* P. *metuit nos tametſi ſedulò*
Diſſimulat. [e] G. *benè habent tibi principia.* [f] P. *quin, quod eſt* [g]
Ferundum fers? tuis dignum factis feceris,
Ut amici inter nos ſimus. D. *egón' tuam expetam*
Amicitiam? aut te viſum, aut auditum velim?
P. *Si concordabis cum illa, habebis, quæ tuam*
Senectutem oblectet. D. *te oblectet: tibi habe.* P. *minue verò iram.* D. *eho agè:*
Satis jam verborum eſt. niſi tu properas mulierem
Abducere, ego illam ejiciam: dixi [h] *Phormio.*
P. *Si tu illam attigeris ſecus, quàm dignum eſt liberam,*

---

b Natum meum.

c Æquius eſt te domum relinquere, quàm filium ejicere. Vide Hec. Act. 4. ſc. 3.

d Κακοδαίμων. improbe. nihil enim improbitate miſerius. vel, alaſtor, per quem alii infelices.

e Hæc Geta ac Phormio inter ſe, ut Demipho non audiat.

f Eun. Act. 3. 2. initio: *Bene habent tibi principia.* vulgò, *Dimidium facti qui bene cœpit habet.*

g Vide ſuprà, Act. 2. ſc. 1.

h Hoc verbo utebantur peroratâ cauſſâ, & ità mox, ſc. 3. Sed hìc minantis eſt, cum quadam feritate. ideo etiam à Phormione, ut par pari referat, repetitum. Hec. Act. 4. ſc. 3. Laches iratus uxorem alloquitur, *I ergò intrò, & compone quæ tecum ſimul ferentur: dixi.* reſpondet illa; *ità ut jubes faciam.*

Dicam

Dicam [1] *impingam tibi grandem: dixi Demipho.*
Si quid opus fuerit, heus domo me. G. intelligo.

[1] Suprà, Act. 2. sc. 2.

ACTUS II SCENA IV.

DEMIPHO, GETA, HEGIO, CRATINUS, CRITO.

D. *Quantâ me curâ, & solicitudine afficit*
Gnatus, qui me & se hisce impedivit nuptiis!
Neque mi in conspectum prodit, ut saltem sciam,
Quid de hac re dicat, quidve sit sententiæ.
Abi tu, vise redierítne jam, an nondum, domum.
G. *Eo.* D. *videtis quo in loco res hæc siet.*
Quid ago? dic Hegio. H. *ego? Cratinum censeo,* [2]
Si tibi videtur. D. *dic Cratine.* CRA. *méne vis?*
D. *Te.* CRA. *ego, quæ in rem tuam sint, ea velim facias mihi*
Sic hoc videtur: quod te absente hic filius
Egit, restitui in integrum [b] *æquom est, & bonum:*
Et id impetrabis. dixi. D. *dic nunc Hegio.*
H. *Ego sedulò hunc dixisse credo. verùm ità est,*
Quot homines, tot sententiæ: suus cuique mos.
Mihi non videtur, quod sit factum legibus,
Rescindi posse: & turpe inceptum est. D. *dic Crito.*
CRI. *Ego amplius deliberandum censeo.*
Res magna est. H. *nunquid nos vis?* [c] D. *fecistis probè:*
Incertior sum multò, quàm dudum. G. *negant*

[a] Dicere debere, vel priorem interrogandum.

[b] Ut quæ facta sunt, pro infectis habeantur, & irrita declarentur. *Quum præcipitata raptim consilia neque revocari, neque restitui in integrum possent.* Liv.

[c] Abiturientium formula. q. d. num quid aliud est, quod nos velis, priusquam abimus.

Redii sse

Rediisse. D. frater est exspectandus mihi: is
Quod mihi dederit de hac re consilium, id sequar.
Percontatum ibo ad portum, quoad se recipiat. d
G. *At ego Antiphonem quæram, ut, quæ acta hic sint, sciat.*
Sed eccum ipsum video in tempore huc se recipere.

---

d Quando rediturus sit, suprà Act. 1. sc. 2. *senem quoad exspectare?*

tis vestrum?

ACTÛS III SCENA I.

ANTIPHO, GETA.

A. *Enimvero Antipho multis modis cum istoc animo vituperandus es.* a
Itáne te hinc abiisse, & vitam tutandam dedisse aliis tuam?
Alios tuam rem credidisti, quàm tete animadversuros magis? b
Nam, ut ut erant alia, illi c *certè consuleres, quæ nunc tibi domo est;*
Nè quid propter tuam fidem d *decepta pateretur* e *mali:*
Cujus nunc miserè spes opésque sunt in te uno omnes sitæ.
G. *Equidem, here, nos jam dudum hic te absentem incusamus, qui abieris.*
A. *Te ipsum quærebam.* G. *sed eâ caussâ nihilo magis defecimus.*

---

a And. Act. 5. sc. 4. *dignus es cum tuâ religione odio.*

b Quod ratò contingere verissimo docuit Æsopus olim apologo: qui apud Aul. Gell. Noct. Attic. l. 22. c. 29. & indè Ennii, *quadratio*, ut ait Gell. versus, *Hoc tibi erit argumentum semper in promptu situm; Nè quid exspectes amicos, quod tu agere possis.*

c Uxori.

d Dum tibi fidem habet: tibi credit, vel, fidem illi dedisti, quâ te illi obstrinxisti.

e Alii, *pateretur*, sed Don. hanc etiam lectionem agnoscit, qui docet τὸ *potiri* τῶν *patiendi* esse, quod tam in malam, quàm bonam partem accipi possit. Ità & *spero*, pro, *timeo*; *promitto*, pro *minor*; aliáque.

A. *Loquere,*

A. *Loquere, obsecro, quonam in loco sunt res & fortunæ meæ?*
Nunquid patri subolet? G. *nil etiam.* A. *ecquid spei porrò est?*
O. *nescio.* A. *ah.*
G. *Nisi* f *Phædria haud cessavit pro te eniti.* A. *nihil fecit novi.*
G. *Tum Phormio itidem in hac re, ut in aliis, strenuum hominem præbuit.*
A. *Quid is fecit?* G. *confutavit* g *verbis admodum iratum senem.*
A. *Heu Phormio.* G. *ego, quod potui porrò.* A. *mi Geta, omnes vos amo.* h
G. *Sic sese habent principia, ut dico. adhuc tranquilla res est:*
Mansurúsque i *patruum pater est, dum huc adveniat.* A. *quid eum?* G. *aiebat,*
De ejus consilio velle sese facere, quod ad hanc rem attinet.
A. *Quantus metus est mihi, venire huc salvom nunc patruum Geta:* k
Nam, ut audio, per unam ejus aut vivam aut moriar sententiam.
G. *Phædria tibi adest.* A. *ubinam?* G. *eccum ab sua palæstra* l *exit forás.*

---

f *Nisi*, pro, *sed*, ut Andr. Act. 4: sc. 1. *nisi mihi Deos satis scio fuisse iratos, qui auscultaverim.* Sall. *Plura de fugurtha scribere deterretur fortuna mea; — nisi tamen intelligo.* &c. vide ibi Mantuium, de his Terentii locis.

g Convicit, exagitavit. Suprà, Heaut. Act. 5. sc. 2. *Hic ità, ut liberos est aquom, dictis confutabitur.* vide ibi.

h Vetus formula pro, gratias ago.

i Exspectaturus.

k *Salvom* hic additum tantùm ex veteri formulâ, salvum reditum amicis gratulantium. Nam id modò vult, non ut pereat patruus in viâ, (quod ab Antiphonis personâ valdè alienum:) Sed adventum ejus, à quo sua vita pendeat, sibi magni metûs causſam fore. Hoc etiam voluit Don. ubi post allatam Apollodori sententiam: *An verò dicit,* (inquit Don.) *non malum esse & incommodum sibi;* (ità enim legendum; non ut excusum in nuperis editionibus, *malum esse*, &c. *non* omisso:) *Sed tantum magni terroris plenum adventum patrui.*

l Domo meretriciâ.

ACTUS III SCENA II.

PHÆDRIA, DORIO, ANTIPHO, GETA.

P. DOrio, audi obsecro. D. non audio. P. parumper. D. quin omitte me.

P. Audi, quod dicam. D. at enim tædet jam audire eadem millies.

P. At nunc dicam, quod lubenter audias. D. loquere, audio.

P. Nequeo te exorare, ut maneas triduum hoc? quò nunc abis?

D. Mirabar, si tu mihi quidquam afferres novi.

A. Hei, metuo lenonem, nè quid suo suat capiti. a G. idem ego metuo.

---

a *Metuo lenonem*, i. e. metuo nè leno, &c. ut rectè Scal. Sed quid illud porrò, *nè quid suo suat capiti? fuere*, inquiunt, interdum significat, struere, moliri: ut apud Græcos τὸ βάσκειν: unde & *fucula*, pro dolo & fraude. fateor. *suo capiti*. i. e. capiti Phædriæ: *suo* scil. pro, illius. Ità quidem Don. quod tamen à puritate sermonis Terentiani nimis alienum videtur. Verissima igitur Mureti, viri doctissimi & facundissima sententia, quæ tamen illis, qui veterum morum minùs gnari, non adeò fortasse probabilis videbitur. Cùm dixisset (Mureti sunt ista:) Antipho se metuere nè quid leno *fuerit*, i. e. nè quid dolosè moliretur; addit, *suo capiti*: quorum verborum ea vis est; Quæ quidem res lenoni vertat malè; atque in ipsius caput recidat. Ità autem loqui solitos veteres, exempla indicabunt. Hactenus ille, qui plura dein exempla profert: nos plura quoque possemus, si suscepta brevitas pateretur. Quod alii proponunt, an Latinè dici possit, *suo capiti aliquid fuere*, qui dolis se vel fraude instruit: non puto. Quanquam enim in vulgari idiotismo nihil usitatius, non tamen est & Romanæ consuetudinis, ut *caput* pro animo, aut pectore, vel etiam corde, (ut paulò ante Ter. *in corde instructa consilia* dixit:) ponatur. Hæc eò pluribus, ut non sine caussâ Mureti sententiam nos amplecti, at aliorum expositionibus præferre ostenderemus. vide & infrà, Act. 5. sc. 7. at Hec. Act. 3. sc. 1. *capiti atque ei, illorum*.

P. *Non*

P. *Non mihi credis?* D. *hariolare.* [b] P. *fin fidem do.* D. *fabulæ.*

P. *Fœneratum* [c] *istuc beneficium tibi pulcrè dices.* D. *logi.*

P. *Crede mihi, gaudebis facto: verum hercle hoc est.* D. *somnia.*

P. *Experire, non est longum.* D. cantilenam eandem canis.

P. *Tu mihi cognatus, tu parens, tu amicus.* D. *garri modò.*

P. *Adeòn' ingenio esse te duro atque inexorabili,*
Ut neque misericordiâ neque precibus molliri queas?

D. *Adeòn' te esse incogitantem atque impudentem, Phædria,*
Ut phaleratis [d] *dictis ducas me, & meam ductes* [e] *gratiis?*

A: *Miseritum est.* [f] P. *hei veris vincor.* [g] G. *quàm similis uterque est sui?* [h]

P. *Neque, aliâ Antipho cùm occupatus esset sollicitudine,*
Tum esse hoc mi objectum malum [i]*?* A. *ah, quid istuc autem est Phædria?*

P. *O fortunatissime Antipho!* A. *egóne?* P. *qui* [k] *quod amas, domi est;*

---

b Non ariolari, ut illa, cui nemo credidit. Cic.

c Infrà, *Idem hic tibi quod benè promeritus fuerit, conduplicaverit.* Plaut. Quod bonis benefit beneficium, gratia ea gravida est bonis.

d Honestis, atque ornatis. D.

e Abducas, &c.

f Non de lenone per Ironiam dicit hoc Antipho, ut vult D. sed de se ipso, vere ac serió; cognato Phædriæ, *συμπάσχον.* Plaut. *& me ejus miseritum est.* vide suprà, Act. 1. sc. 2.

g Mirum quantum difficultatis in his verbis somniem quidam, ut etiam de mendo suspecta habeant. Sed sine causâ. Agnoscit enim (ipsum se alloquens) his verbis Phædria, verum esse quod leno objecerat, ipsum scil. nihil hactenus nisi verba dedisse, cùm pecuniam sæpius promisisset. Quid igitur *veris vincor?* planè nihil aliud quàm quod Hec. Act. 1: sc. 2. *vera prædicat.* Plaut. Mostell. *Profectò ità est, ut dico, vero vincam.*

h At ille leno, *pernicies communis adolescentium*, &c. Ad. Act. 2. sc. 1.) impurissimus; & iste amator, perditus.

i Imperfecta oratio est, ut secum loquentis & perturbati: quam ità suppleas: atque illud quoque gravissimum mihi, hoc malum mihi tum potissimùm objectum esse, vel obvenisse, cùm Antipho non dissimili sollicitudine conflictatur.

k Pro *cui.*

Nec cum hujù' modi unquam usus venit ut conflictares malo.
A. *Mihin' domi 'st? immo id quod aiunt,* auribus teneo lupum : l
Nam neque quo amittam, à me invenio, neque utì retineam, scio.
D. *Ipsum istuc mihi in hoc est.* A. *eja, nè parùm leno sies.*
Nam quid hic confecit? P. *hiccine? quod homo inhumanissimus*
Pamphilam meam vendidit. G. *quid? vendidit?* A. *ain vendidit?*
P. *Vendidit.* D. *quàm indignum facinus, ancillam ære emptam suo.*
P. *Nequeo exorare, ut me maneat, & illo cum : ut mutet fidem,* m
Triduum hoc, dum id, quod est promissum ab amicis argentum aufero.
Si non tum dedero, unam præterea horam nè oppertus sies.
D. *Obtundis.* A. *haud longum est quod orat, Dorio : exoret, sine :*
Idem hic tibi, quod bene promeritus fueris, conduplicaverit.
D. *Verba istæc sunt.* A. *Pamphilámne hac urbe privari sines?*
Tum tu præterea horunc' amorem distrahi poterin' pati?
D. *Neque ego, neque tu.* n G. dii tibi omnes id, quod es dignus, duint.
D. *Ego te complureis advorsum ingenium meum menses tuli*
Pollicitantem, & nil ferentem, flentem. nunc contrà, omnia hæc
Repperi, qui det, neque lacrumet. da locum melioribus.

---

l Græcum proverb Τὸν αὐλὸν ἔχω· οὔτ' ἔχειν, οὔτ' ἀφεῖναί δύναμαι : quod Antipho mox, *Nam neque quo amittam à me invenio, neque uti retineam scio.*

m *Illo cum*, pro, *cum illo. mutare fidem*, i. pacto non stare, fallere, ut etiam Sallust. loquitur.

n Quod Antipho de distractione seu separatione seriò dixerat, id leno repetit, voce quidem ad miserationem compositâ; sed ut irridere illum appareat. (unde & Getæ indignatio subsequitur: *Dii tibi*, &c. q. d. absit ut vel ego, vel tu tam simus immiseri-cordes, &c.

A. *Certè*

A. *Certè hercle, ego satìs si commemini, tibi quidem est olim dies,*
Quam adderes huic, præstituta. P. *factum.* D. *num ego istuc nego?*
A. *Fámne ea præteriit?* D. *non, verùm ei hæc anteceſſit.* o A. *non pudet*
Vanitatis P? D. *minimè, dum ob rem.* q G. *sterquilinium.* r P. *Dorio,*
Itáne tandem facere oportet? D. *sic sum. si placeo, utere.*
A. *Siccine hunc decipis?* D. *imò enimvero Antipho hic me decipit:*
Nam hic me hujuſmodi sciebat esse: ego hunc esse aliter credidi.
Iſte me fefellit: ego isti nihilo sum aliter, ac fui.
Sed ut ut hæc sunt, tamen hoc faciam. cras mane argentum mihi
Miles dare se dixit: si mihi prior tu attuleris, Phædria,
Mea lege utar, ſ ut potior sit, qui prior ad dandum est. Vale.

---

o Ridicula reſponſio, quâ rationem anticipatæ diei reddere velle videtur, nec tamen ullam reddit, niſi quòd prior dies (quod nemo dubitat) poſteriori anteceſſerit. quare apertè agnoſcit perfidiam ſuam leno, ut lenone dignum erat, cui nullus pudoris, nullus honeſti ſenſus, ſed & in verborum ambiguitate feſtivè ludit Poëta. Ità enim intelligi etiam poſſunt, ut hanc diem priorem ac potiorem, pretio ſcil. oblato ac parato, meritò ſibi fuiſſe pronuntiet. Poſſis & de virgine intelligere, ut antè præſtitutam diem hæc aliis ceſſiſſe dicatur.

p Falſitatis, perfidiæ.

q *Lucrum. Quocunque modo rem*: ut ille neſcio quis.

r *Canum, ſordes*: ut Plin. Sec. de Pallante. *cloaca*, Plaut. de aniculâ multibibâ, & merobibâ.

ſ Lenoniâ ſcil. in quâ ſemper commodum eſt priùs quàm fides. D.

ACTÛS III SCENA III.

PHÆDRIA, ANTIPHO, GETA.

P. *QUid faciam? unde ego nunc tam ſubitò huic argentum inveniam miſer,*

Cui minu' nihilo eſt? quòd ſi hic pote fuiſſet a *nunc exorarier*
Triduum hoc, promiſſum fuerat. A. *itáne hunc patiemur, Geta,*
Fieri miſerum, qui me dudum, ut dixti, adjûrit comiter?
Quin, cùm opus eſt, beneficium rurſum ei experimur reddere?
G. *Scio equidem hoc eſſe æquom.* A. *age ergò, ſolus ſervare hunc potes.*
G. *Quid faciam?* A. *invenias argentum.* G. *cupio. ſed, id unde, edoce.*
A. *Pater adeſt hic.* G. *ſcio: ſed quid tum?* A. *ah,* dictum ſapienti ſat eſt. b
G. *Itáne?* A. *itá.* G. *ſanè hercle pulcrè ſuades: etiam tu hinc abis?* c
Non triumpho, ex nuptiis tuis ſi nîl nanciſcor mali,
Ni etiam nunc me hujus quærere cauſſâ in malo jubeas crucem?
A. *Verum hic dicit.* P. *quid? ego vobis, Geta, alienus ſum?* G. *haud puto:*
Sed parúmne eſt, omnibu' quòd nunc nobis ſuccenſet ſenex,
Ni inſtigemus etiam, ut nullus locu' relinquatur preci?
P. *Alius ab oculis meis illam in ignotum abducet locum?*
Dum igitur licet, dúmque adſum, loquimini mecum, Antipho: e
Contemplamini me. A. *quamobrem? aut quidnam facturus? cedó.*
P. *Quoquo hinc aſportabitur terrarum, certum eſt perſequi,*

---

a *Potuiſſet.* quod ex *pote fuiſſet* contractum. *pote ſum*, poſſum, &c.

b Infrà, Act. 4. ſc. 2. *vix dum dimidium dixeram, intellexerat.*

c *In malam crucem,* (ut ſuprà, Act 2. ſc. 3.) *vel rem,* volebat indignabundus dicere, ſed repreſſit ſe.

d Non ſufficit tibi, quòd ex nuptiis tuis certum malum mihi imminet; niſi etiam hujus (cognati tui) cauſſâ quærere me jubeas in malo (i. e. præter, aut ad illud prius malum de quo dixi) quod malorum ultimum eſt; crucem ſcilicet?

e Tanquam nunc ultimum allocuturi, & viſuri.

Aut perire. G. *Dii benè vortant, quod agas : pedetentim tamen.* f

A. *Vide, ſi quid opis potes adferre huic.* G. *ſi quid ? quid ?* A. *quære obſecro,*

Nè quid plùs minuſve faxit, g *quod nos pòſt pigeat, Geta.*

G. *Quæro. ſalvos eſt,* h *ut opinor. verùm enim metuo malum.*

A. *Noli metuere : unà tecum bona, mala tolerabimus.*

G. *Quantum argenti opus eſt tibi ? loquere.* P. *ſolæ triginta minæ.*

G. *Triginta ? hui, percara eſt, Phædria.* P. *iſtæc verò vilis eſt.* i

G. *Age, age, inventas reddam.* P. *ô lepidum caput !* G. *aufer te hinc.* P. *jam opus eſt.* k

G. *Jam feres.* l *ſed opu' eſt mihi Phormionem adjutorem ad rem hanc dari.*

A. *Præſtò eſt, audaciſſime oneris quidvis impone, & feret : Solus eſt homo amico amicus.* m G. *eamus ergò ad eum ocyùs.*

P. *Abi verò. dic, præſtò ut ſit domi.*

A. *Nunquid eſt, quod meâ operâ vobis opu' ſit ?* G. *nîl : verùm abi domum, &*

Illam miſeram, quam ego nunc intus ſcio eſſe exanimatam metu, Conſolare. ceſſas ? A. *nihil eſt, æquè quod faciam lubens.*

P. *Quâ viâ iſtuc facies ?* G. *dicam in itinere. modò te hinc amove.*

---

f Σπεῦδε βραδέως.

g Nè quid omnino faciat.

h ἔυρηκα. jam inveni, quod illum ſalvum faciat.

i Si formam & dotes pendas.

k Inſtat illi ut feſtinet, præſenti pecuniâ opus eſſe affirmans

l Non habebis.

m Μόνος ἐπίσταται φιλεῖν τοὺς φίλους : de eo qui amici cauſſâ uihil non audeat.

ACTUS IV SCENA I.

DEMIPHO, CHREMES.

D. QVid? quâ profectus caussâ hinc es Lemnum, Chremes,
Adduxtin' tecum filiam? C. non. D. quid ità non?
C. Postquam videt me ejus mater hìc esse diutius,
Simul autem non manebat [a] ætas virginis
Meam negligentiam; ipsam cum omni familiâ
Ad me esse profectam aiebant. D. quid illic tam diu
Quæso igitur commorabare, ubi id audiveras?
C. Pol me detinuit morbus. D. unde? aut qui? C. rogas?
Senectus ipsa est morbus. sed venisse eas
Salvas audivi ex nauta, qui illas vexerat,
D. Quid gnato obtigerit, me absente, audistin' Chreme?
C. Quod quidem me factum consilii incertum facit:
Nam hanc conditionem si cui tulero extraneo, [b]
Quo pacto, aut unde mihi sit, dicendum ordine est.
Te mihi fidelem esse æquè atque egomet sum mihi,
Scibam. ille si me alienus affinem volet,
Tacebit, dum intercedet familiaritas:
Sin præverit [c] me; plus, quàm opus est scito, sciet. [d]
Vereorque, nè uxor aliquà hoc resciscat mea.
Quod si sit, ut me excutiam, [e] atque egrediar domo,
Id restat. nam ego meorum solus sum meus. [f]
D. Scio ità esse, & illæc mihi res solicitudini est:

---

[a] Ætas virginis jam nubilis longiorem moram non concedebat.

[b] Si natam meam alicui nullâ affinitate aut consanguinitate conjunctio, collocavero. *conditio*, conventio quævis: sed interdum de nuptiis proprié: quod vulgò, a *match*.

[c] Aliquid intervenerit, cur mihi sit offensus.

[d] Tum consicium eum esse hujus arcani, valdè mihi nocebit.

[e] Si quid in me opis aut ingenii sit, id adhibeam, ut mihi defutura prospiciam.

[f] ἐγὼ γὼ ἐμὰ μόνος ἐμαυτοῦ ἐμός. cætera omnis familia, non mihi, sed uxori studet; illius omnes captant benevolentiam.

Neque

Neque defetiſcar uſque adeò experirier,
Donec ibi id, quòd pollicitus ſum, effecero.

ACTÛS IV SCENA II.

GETA.

G. *EGo hominem callidiorem vidi neminem,*
Quàm Phormionem. venio ad hominem, ut dicerem
Argentum opus eſſe, & id quo pacto fieret a *:*
Vix dum dimidium dixeram, intellexerat : b
Gaudebat : me laudabat : quærebat ſenem :
Diis gratias agebat, tempus ſibi dari,
Ubi Phædriæ ſe oſtenderet nihilominus
Amicum eſſe, quàm Antiphoni. hominem ad forum c
Juſſi opperiri : eò me eſſe adducturum ſenem.
Sed eccum ipſum : quis eſt ulterior d *? at at Phædriæ*
Pater venit. quid pertimui autem bellua ?
An quia, quos fallam, pro uno duo ſunt mihi dati ?
Commodius eſſe opinor duplici ſpe utier. e
Petam hinc, unde à primo inſtitui. is ſi dat, ſat eſt.
Si ab hoc nîl fiet, tum hunc adoriar hoſpitem.

---

a Don. ex Sall. *Quæ pecunia ad Hiſpanienſe bellum Metello facta erat.*

b Suprà, Act. 3. ſc. 3. *Dictum ſapienti ſat eſt.*

c Apud forum. Plaut. *Ità mali mœroris montem maximum ad portum modò conſpicatus ſum.*

d *Quis ille prætereà ?*

e Duabus anchoris niti. quod vulgò, *Two ſtrings to my bow.*

ACTÛS IV SCENA III.

ANTIPHO, GETA, CHREMES, DEMIPHO.

A. *EXſpectò, quàm mox recipiat* a *huc ſeſe Geta :*
Sed patruum video cum patre aſtantem, hei mihi,

---

a Rediturus ſit. Suprà, Act. 2. ſc. 4. quoad *ſe recipiat.*

Quàm

Quàm timeo adventus hujus quò impellat patrem.
G. *Adibo hosce. ô noster Chremes!* C. *salve Geta.*
G. *Venire salvom volupe est.* C. *credo.* G. *quid agitur?*
C. *Multa advenienti, ut fit, nova hic compluria.* b
H. *Ità de Antiphone audistin' quæ facta?* C. *omnia.*
G. *Tùn' dixeras huic? facinus indignum, Chreme,*
Sic circumiri. c D. *id cum hoc agebam commodum.*
G. *Nam hercle ego quoque id agitans mecum sedulò,*
Inveni, opinor, remedium huic rei. D. *quid Geta?*
Quod remedium? G. *ut abii abs te, fit fortè obviàm*
Mihi Phormio. C. *qui Phormio?* G. *ú, qui istanc.* d C *scio.*
G. *Visum est mihi, ut ejus tentarem sententiam.*
Prendo hominem solum: cur non, inquam, Phormio
Vides, inter vos sic hæc potiùs cum bona
Ut componantur gratiâ, quàm cum mala? e
Heru' liberalis f *est, & fugitans litium:*
Nam cæteri quidem hercle amici omnes modò
Uno ore autores fuere, ut præcipitem hanc daret g.
A. *Quid hic cœpat? aut quò evadet hodie?* G. *an legibus*
Daturum pœnas dices, si illam ejecerit?
Jam id exploratum est, eja, sudabis satis,
Si cum illo inceptas homine: ea eloquentia est. h

---

b Compluria, veteres; quod. nos hodie. *compluva.* ut Don hîc. Et, *multa compluria*, ut *plerique omnes*, in Andriâ, alibique.

c Circumveniri. decipi.

d Nobis obtrusit, scil. vel tale quid. Ità dicturus, dum aliquamdiu quasi præ indignatione subsistit, à Demiphone, de remedio audire festinante prævenitur.

e i. e. vi & ingratus, ut apud Plaut. sæpius. verbum autem *gratia* esse τῶν μέσων non indè (quod quidam volunt) bene colligitur, quòd *mala gratia* reperiatur hîc, nisi etiam *Malitia*, & *mœstitia* (ut alia omittam plurima) ejusdem sint ob eandem caussam generis, cùm *mala malitia*, & *mala mœstitia* sint apud Plautum. Sed neque illud arguit, quòd *gratiam referre* dicatur interdum pro, malum malo rependere; quod ità dicitur, ut cùm nebulonem & improbum, *bonum virum* indigitamus.

f Liberalis ingenii: ingenuus.

g Phanium scil. domo contumelioſè proturbaret.

h Quæ in judiciis præstare solet innocentiæ: ut in Aristidis vitâ observat Corn. Nepos.

Verùm

Verùm pone esse vitium eum: at tandem tamen
Non capitis ejus agitur, sed pecuniæ.
Postquam hominem his verbis sentio mollirier,
Soli sumus nunc hic, inquam: eho dic, quid vis dari
Tibi in manum, i *ut herus his desistat litibus.*
Hæc hinc faceſſat, tu molestus nè ſies?
A. *Satin' illi Dii sunt propitii?* k G. *nam sat scio,*
Si tu aliquam partem æqui bonique dixeris,
Ut ille est bonus vir, tria non commutabitis
Verba hodie inter vos. D. *quis te istæc jussit loqui?*
C. *Imò non potuit melius pervenirier*
Eò, quo nos volumus. A. *occidi.* G. *perge eloqui.*
G. *At primò homo insaniabat.* l C. *cedò, quid postulat?*
G. *Quid? nimium: quantum lubuit.* C. *dic.* G. *si quis daret*
Talentum magnum: m C. *imò malum hercle: ut nil pudet.*
G. *Quod dixi adeò ei: quæso quid si filiam*
Suam unicam locaret? parvi retulit
Non suscepisse. n *inventa est, quæ dotem petat.*
Ut ad pauca redeam, ac mittam illius ineptias;
Hæc denique ejus fuit postrema oratio:
Ego, inquit, jam à principio amici filiam,
Ità ut æquum fuerat, volui uxorem ducere:
Nam mihi veniebat in mentem ejus incommodum,

---

i *Argenti*; ut apud Plaut. *præsentarii.*

k Antipho ignarus consiliorum Phormionis, putat eum insanire, qui de dimittendâ suâ uxore verba faciat. An Dii, inquit, irati mentem illi ademerunt?

l Pro, insaniebat: antiquè: ut, *custodiebat*, & id genus plura.

m Quod minis 80. (singulæ autem minæ, drachmas 100. continebant:) constabat: nostræ autem (ut vulgò subducunt) monetæ, 250 lib. conficiebat; cùm minus talentum, (quod vulgò *talentum* simpliciter; & *talentum Atticum*: quanquam utrumque esset Atticum) 60. minis constaret; quod est de nostrâ, 187. lib. 10. sol.

n Non genuisse, non habuisse,

In

In servitutem pauperem ad ditem dari : o
Sed mihi opus erat, ut apertè tibi nunc fabuler, p
Aliquantulum quæ afferret, qui dissolverem
Quæ debeo: *& etiam nunc, si volt Demipho*
Dare, quantum ab hac accipio, quæ sponsa est mihi,
Nullam mihi malim, quàm istanc, uxorem dari.
A. *Utrùm stultitiâ facere ego hunc an malitiâ*
Dicam, scientem, an imprudentem, incertu' sum.
D. *Quid, si animam debet?* q G. *ager oppositu'st pignori ob*
Decem minas, inquit. D. *age, age, jam ducat: dabo.*
G. *Ædiculæ item sunt ob decem alias.* D. *hoi hui,*
Nimium est. C. *nè clama: petito hasce à me decem.*
G. *Uxori emunda ancillula: tum pluscula*
Suppellectile opus est, opu' sumptu ad nuptias,
His rebus pone sanè, inquit, decem minas.
D. *Sexcentas proin potiùs scribito jam mihi dicas:* r
Nil do. imperatus me ille ut etiam irrideat?
C. *Quæso, ego dabo, quiesce. tu modò filius*
Fac ut illam ducat, nos quam volumus. A. *hei mihi*
Geta, occidisti me tuis fallaciis.
C. *Meâ caussâ ejicitur. me hoc est æquom amittere.*
G. *Quantum potest,* ſ *me certiorem, inquit, face,*
Si illam dant, hanc ut mittam, nè incertus siem:
Nam illi mihi dotem jam constituerunt dare.

---

o Hoc Plauto est, *ab asinis ad boves transcendere* : qui istius conjunctionis incommoda festivè enarrat in *Aulularia* : *Venit* hoc *mihi in mentem, Megadore, te esse hominem divitem, Factiosum; me item esse hominem pauperum pauperrimum : Nunc si fi'eam locâssim meam tibi*, &c. Et nescio an ad conjunctionis istius inæqualitatem melius exprimendam, anomalâ verborum constructione sponte Poëta usus sic : *ad ditem*, pro, *diti*. cujus tamen alibi quoque reperiuntur exempla; ut in Plauto, *ad herum nuntiare*; & alibi.

p Narrem. & hinc *fabula*, pro verâ narratione interdum.

q Græc. Proverb, ὡς ἀντὶ τὴν ψυχὴν ὀφείλει. D.

r Suprà, Act. 1. sc. 2.

ſ Al. *Quantum potes*. quod idem est. id est, celerrimè, quamprimum. Utriusque exempla in Plauto passim.

C. *Jam*

C. *Jam accipiat: illis* [t] *repudium renuntiet.*
Hanc ducat. D. quæ quidem illi res vortat malè.
C. *Opportunè adeò nunc mecum argentum attuli,*
Fructum, quem Lemni uxoris reddunt prædia:
Id ſumam: uxori, tibi opus eſſe, [u] *dixero.*

---

t Nuptiis ſcil.

u Tibi commodatum eſſe.

ACTûs IV SCENA IV.

ANTIPHO, GETA.

A. GEta. G. *hem.* A. *quid egiſti?* G. *emunxi argento ſenes.*
A. *Satín' eſt id?* G. *neſcio hercle: tantum juſſu' ſum.* [a]
A. *Eho verbero, aliud mihi reſpondes, ac rogo?*
G. *Quid ergò narras?* A. *quid ego narrem? operâ tuâ ad*
Reſtim [b] *mihi quidem res rediit planiſſumè.*
Ut te quidem omnes Dii, deæque, ſuperi, inferi
Malis exemplis perdant. hem, ſi quid velis,
Huic mandes, qui te ad ſcopulum è tranquillo inferat. [c]
Quid mandas utile fuit, quàm hoc ulcus tangere, [d]
Aut nominare uxorem? injecta eſt ſpes patri,
Poſſe illam extrudi. cedò, nunc porrò Phormio

---

a Ludit in ambiguitate interrogationis. Dixerat Ant. *Satín' id eſt.* i. e. hoc ſufficit tibi, quod Phædriæ proſpexeris? nulla tibi meî cura? Reſpondet autem Geta quaſi id voluiſſet Antipho, *Satín' eſt id.* 1. An tanto argento ſenes emunxiſti, quantum Phædriæ ſatis erit? ideo dicit, An ſatìs ſit, neſcio: ſed quantum juſſus ſum providere, tantum me providiſſe ſcio.

b Ad ſuſpendium.

c Alii: *Huic mandes, quod quidem recte curatum velis, Qui te ad ſcopulum*, &c. quæ verba, *quod q. recte curatum* u. gloſſema videntur eſſe priorum illorum. *Si quid velis*: ut meritò abſint à melioribus editionibus.

d Vide Eraſm. *Quicquid horum attigerit, ulcus eſt*, Cic.

Datem

Dotem ſi accipiet, uxor ducenda eſt domum.
Quid fiet ? G. *enim non ducet.* A. *novi : cæterùm*
Cùm argentum repetent, noſtra cauſſa ſcilicet
In nervom potiùs ibit. e G. nihil eſt Antipho,
Quin malè narrando poſſit depravarier.
Tu id, quod boni eſt, excerpis : dicis, quod mali eſt.
Audi nunc contrà jam. ſi argentum acceperit,
Ducenda eſt uxor, ut ais. concedo tibi :
Spatium quidem tandem apparandi nuptias,
Vocandi, ſacrificandi f *dabitur paululum :*
Interea amici, quod polliciti ſunt, dabunt :
Indè iſte reddet. A. *quam ob rem ? aut quid dicet ?* G. *rogas ?*
Quot res ? poſtilla monſtra g *evenerunt mihi :*
Introiit in ædes ater alienus canis :
Anguis per impluvium decidit de tegulis :
Gallina cecinit : interdixit hariolus :
Haruſpex vetuit ante brumam h *aliquid novi*
Negotii incipere ; quæ cauſſa eſt juſtiſſima.
Hæc fient. A. *ut modò fiant.* G. *fient : me vide.*
Pater exit. abi, dic, eſſe argentum, Phædria.

---

e Vide ſuprà, Act. 2. ſc. 1. Sunt tamen viri docti, qui ad vincula nexorum (nam qui ſolvendo non erant, vinci creditoribus tradebantur, ut, quod pecuniâ non poterant, operâ ſatisfacerent; & *nexi* vocabantur) reſpici cenſeant: quæ vincula, *nervus* vocata.

f Hoc eſt quod Epictetus Euchirid. c. 65. egregiè docet, rem quamque duas habere anſas; alteram φορητὸν, quæ facit ut nihil non tolerabile videatur: alteram ἀφόρητον, quâ quicquid accidit præter mentem, fit intolerabile. *Excerpis* autem hîc, pro *demis*, aufers: quod non ſine cauſſâ notari vult Don. cùm Græci; in hac ipſâ re ἐξαιρεῖσθαι planè aliter utantur.

g Neque enim nuptiæ ſine ſacrificio: aut ſaltem ſine aliquâ precum & votorum ſolemnitate. Ad Act. 4. ſc. 5. *Abi domum, & Deos comprecare, ut uxorem accerſas.* vide ibi.

h Omina, prodigia, quæ (ut erat illorum ſuperſtitio) quæ mox poſtea recenſentur.

i Quòd ante brumam dies decreſcere incipiant. D.

ACTÛS

ACTÛS IV SCENA V.

DEMIPHO, GETA, CHREMES.

D. QVietus [a] *esto inquam : ego curabo, nè quid verborum duit.* [b]
Hoc [c] *temere nunquam amittam* [d] *ego à me, quin mihi teſtes adhibeam,*
Cui dem : &, quam ob rem dem, commemorabo. G. *ut cautus eſt, ubi nil opu' ſt.*
C. *Atqui ità opus eſt facto : &* [e] *matura, dum lubido eadem hæc manet :*
Nam ſi altera illa magìs inſtabit, forſitan nos reiciat. [f]
G. *Rem ipſam putâſti.* [g] D. *duc me ad eum ergò.* G. *non moror.*
C. *ubi hoc egeris,*
Tranſito ad uxorem meam, ut conveniat hanc priùs, quàm hinc abit :
Dicat eam dare nos Phormioni nuptum, nè ſuccenſeat, [h]
Et magìs eſſe illum idoneum, qui ipſi ſit familiarior ;
Nos noſtro officio nihil egreſſos eſſe ; quantum is voluerit,
Datum eſſe dotis. D. *quid, malum, tuâ id refert ?* C. *magni Demiphonem.*
D. *Non ſat, tuum te officium feciſſe, ſi non id fama approbat ?* [i]
C. *Volo ipſius quoque voluntate hoc fieri, nè ſe ejectam putet.*
D. *Idem ego iſtuc facere poſſum.* C. *mulier mulieri magì' congruet.*
D. *Rogabo.* C. *ubi illas ego nunc reperire poſſim, cogito.*

---

a Securus.

b Nè verbi dent nobis, & argento emungant.

c Argentum.

d Dimittam.

e Voluntas.

f *Nos rejiciat.* mulierem ſcil. quam nos illi deſtinamus.

g Rem acu tetigiſti.

h Ordo : nè ſuccenſeat dare nos eam Ph. nuptum. vel, *Dicat eam dare nos Ph. nuptum : nè ſucc.*

i *Nunquam volui populo placere. Nam quæ ego ſcio, non probat populus : quæ probat populus, egone ſcio? &* mox, *quis enim placere poteſt populo, niſi placeat virtus?* Sen.

ACTÛS V SCENA I.

SOPHRONA, CHREMES.

S. QVid agam? quem amicum inveniam mihi miſera? aut cui conſilia
Hæc referam? aut unde nunc mihi auxilium petam? nam vercor,
Hera [a] nè ob meum ſuaſum indignâ [b] injuriâ afficiatur.
Ità patrem adoleſcentis facta hæc tolerare audio violenter.
C. Nam quæ [c] hæc eſt anus exanimata, à fratre quæ egreſſa eſt meo?
S. Quod ut facerem, me egeſtas impulit; cùm ſcirem infirmas [d]
Haſce eſſe nuptias: ut id conſulerem, interea vitæ
Ut in tuto foret. [e] C. certè ædepol, niſi me animus fallit,
Aut parùm proſpiciunt oculi, meæ nutricem gnatæ video.
S. Neque ille inveſtigatur: C. quid ago? S. qui eſt eju' pater.
C. adeòn',
An maneo, dum ea, quæ loquitur, magìs cognoſco? S. quòd ſi eum nunc
Reperire poſſim, nihil eſt, quod verear. C. ea ipſa eſt. conloquar.
E. Quis hic loquitur? C. Sophrona. S. & meum nomen nominat? C. ad me reſpice.
S. Dii obſecro vos: éſtne hic Stilpho? C. non. S. negas?
C. Concede hinc paululum à foribus iſtorſum ſodes, Sophrona.
Nè me iſtoc poſthac nomine appellâſſis. S. quid? non is obſecro es,

---

a Phanium ſcil.

b Nè hera indignâ affic· injuriâ. Sed al. edic. etiam Plan. tin. *indignè*, non, *indignâ*.

c Pro, *Quænam.* ἀναστροφὴ figura apta communtis aliquâ re notâ. D.

d Hec. Act. 1. ſc. 2. *Quid adhuc habent infirmitatis nuptiæ!*

e Ut vitæ ejus interim proſpicerem, quæ non tuta, quamdiu illa ſola.

f Inveniri poteſt, aut inventus hactenus.

Quem

Quem semper te esse dictitâsti ? C. *St.* S. *quid has metuis fores ?*
C. *Conclusam hic habeo uxorem sævam.* g *verùm istoc me nomine*
Eo perperam olim dixi, nè vos fortè imprudentes forìs
Effutiretis, atque id porrò aliqua uxor mea resciscceret.
S. *Istoc pol nos te hic invenire miseræ nunquam potuimus.*
C. *Eho dic mihi, quid rei tibi est cum familia hac, unde exis ? aut ubi*
Illæ sunt ? S. *miseram me !* C. *hem quid est ? vivúntne ?* S. *vivit gnata.*
Matrem ipsam ex ægritudine miseram h *mors consecuta est.*
C. *Malè factum.* i S. *ego autem, quæ essem anus deserta, egens, ignota,*
Ut potui nuptum virginem locavi huic adolescenti,
Harum qui est dominus ædium. C. *Antiphonine ?* S. *hem illi ipsi.* C. *quid ?*
Duásne is uxores habet ? S. *au obsecro, unam ille quidem hanc solam.*
C. *Quid illa altera, quæ dicitur cognata ?* S. *hæc ergò est.* C. *quid aïs ?*
S. *Compositò* k *est factum, quo modo hanc amans habere posset*
Sine dote. C. *Dii vostram fidem, quàm sæpe fortè temere* l
Eveniunt, quæ non audeas optare ! m *offendi adveniens,* n
Quîcum volebam, atque ut volebam, conlocatam filiam.
Quod nos ambo opere maximo, dabamus operam, ut fieret,
Sine nostra curâ moxumâ suâ curâ hæc sola fecit.
S. *Nunc quid facto est opus, vide. pater adolescentis venit,*
Eúmque animo iniquo hoc oppido ferre aïunt. C. *nihil periclì est.*

---

g Illaturus *sævam*, benè *conclusam* prætulit : ut si diceret, *feram*. Don. quæ eò spectant, quia feræ *caveis* concludi solitæ.

h Quòd te non iuveniret scilicet natæ aut sibi metuens.

i Vetus formula, pro, valdè doleo.

k Consultò, de industriâ.

l Αὐτοσχεδίως.

m Quæ non ausis tibi promittere : & quæ vota ipsa (nisi insana) superent. Hinc illud Græc. prov. Τοῦτο μᾶτον ὑμῶν κακίον βουλεύσατο.

n Παραγινόμενος : postquam adveni.

Sed per Deos atque homines, meam esse hanc, cave resciscat quisquam.

S. *Nemo ex me scibit.* C. *sequere me: intus cætera audies.*

ACTUS V SCENA II.

DEMIPHO, GETA.

D. *NOs nostrapte culpâ facimus, ut malis expediat esse, Dum nimium dici nos bonos studemus & benignos. Ità fugias, nè præter casam,* [a] *aiunt. nónne id satis, erat, Accipere ab illo injuriam? etiam argentum est ultro objectum, Ut sit quî vivat, dum aliud aliquid flagitii conficiat.*

G. *Planissumé.* D. *his nunc præmium est, qui recta prava faciunt.* [b]

G. *Verissimé.* D. *ut stultissimè quidem illi rem gesserimus.* [c]

G. *Modò ut hoc consilio possiet discedi, ut istam ducat.* [d]

D. *Etiámne id dubium est?* G. *haud scio hercle, ut homo est,* [e] *an mutet animum.*

D. *Hem, mutet autem?* G. *nescio: verùm, si fortè, dico.*

D. *Ità faciam, ut frater censuit; uxorem ejus huc adducam, Cum ista ut loquatur. tu abi Geta: prænuntia hanc venturam.*

G *Argentum inventum est Phædriæ: de jurgio siletur: Provisum est, nè in præsentia hæc hinc abeat: quid nunc porrò?*

---

a Nè sit tam præceps fuga, ut propriam domum, ubi tutissimum tibi (à latronibus putà, vel feris persequentibus) præsidium, prætereas. Nam qui id agunt, ut totis viribus fugiant, cursum cùm volunt, & deberent, non possunt inhibere, unde sæpè in periculum incidunt. Varro quoque in eadem sententiam, *Longè fugit, qui suos fugit.*

b *Candida de nigris, & de candentibus atra.*

c Illi profuerimus. hanc illi operam navaverimus.

d Saltem ut hic operæ nostræ eventus sit, ut illam tandem ducat.

e Qui tali sit ingenio: perfidus, inconstans, levis, quanquam etiam in genere, Homo, ἐυμετάβολον ζῶον, ut olim rectè Plato.

Quid

Quid fiet? in eodem luto hæsitas: vorsuram solves?
Geta: præsens quod fuerat malum, in diem abiit: plagæ crescunt,
Nisi prospicis. nunc hinc domum ibo, ac Phaniu m edocebo,
Nequid vereatur Phormionem, aut ejus orationem.

---

f Assentior illis, qui *vorsurâ*, non *vorsuram* scriptum putant à Terentio. Aliud autem est *versuram facere*; aliud, *versurâ solvere* *versuram facere* dicebantur, (ut ex pluribus Ciceronis locis apertissimè docuit Gifanius:) qui sub fœnore mutuabantur: at *versurâ solvere*, qui vetus nomen, sive debitum, novo debito contracto solvebant. Ait igitur hìc Geta, soluturum secum fœnore, quod ex morâ supplicii lucri fecerit.

ACTUS V SCENA III.

DEMIPHO, NAUSISTRATA, CHREMES.

D. AGedum, ut *soles Nausistrata, fac illa ut placetur nobis*
Ut suâ voluntate id, quod est faciendum, faciat. N. *faciam.*
D. *Pariter nunc operâ me adjuves, ac dudum re* [a] *opitulata es,*
N. *Factum volo:* [b] *ac pol queo minu' viri culpâ. quàm me dignum est.*
D. *Quid autem?* N. *quia pol mei patris bene parta indiligenter*
Tutatur: nam ex his prædiis talenta argenti bina
Capiebat statim. [c] *hem, vir viro quid præstat.* [d] D. *bina quæso?*
N. *Ac rebus vilioribu' multò, tamen talenta bina.* D. *hui!*
N. *Quid hæc videntur?* D. *scilicet.* [e] N. *virum me natam vellem:*

---

[a] Pecuniâ mutuâ. Act. 3. sc. 3.
[b] Libenter de te bene merear: tibi gratificer.
[c] Constanter; singulis annis
[d] Eun. Act. 2. sc. 2. *Homini homo quid præstat? Stulto intelligens Quid interest.*
[e] Obscurè & negligenter annuentis, ut qui Nausistratæ sermone non delectaretur.

Ego oſtenderem. D. *certè ſcio.* f N. *quo pacto.* D. *parce ſodes,* f *Ut poſſis cum illa ; nè te adoleſcens mulier defatiget.*

N. *Faciam, ut jubes : ſed meum virum abs te exire video.* C. *hem Demipho,*

Jam illi datum eſt argentum ? D. *curavi illico.* C. *nollem datum.*

Hei, video uxorem : penè plùs quàm ſat erat. g D. *cur nolles Chreme ?*

C. *Jam rectè.* D. *quid tu ? ecquid locutus cum iſta es, quamobrem hanc ducimus ?*

C. *Tranſegi.* D. *quid ait tandem ?* C. *adduci non poteſt.* D. *quid non poteſt ?*

C. *Quia uterque utrique eſt cordi.* D. *quid iſtuc noſtrâ?* C. *magni. præter hæc,*

Cognatam comperi eſſe nobis. D. *quid ? deliras ?* C. *ſic erit :*

Non temere dico : redi mecum in memoriam. h D. *ſatine ſanus es ?*

N. *Au, obſecro vide, nè in cognatam pecces.* D. *non eſt.* C. *nè nega :*

Patrî nomen aliud dictum eſt : hoc tu errâſti. D. *non nôrat patrem ?*

C. *Nôrat.* D. *cur aliud dixit ?* C. *nunquam hodie concedes mihi, neque*

---

f i. e. minimè dubito. & hoc placidè interponit, ut Nauſiſtrata ſermonem, (quæ jam vocem altiùs tollere, & iram ſuſcitare incipiebat : *Ego oſtenderem quo pacto* : inquiens ; :) interciperet, ac ſiſteret. Quo etiam ſpectant ut ſequentia, *Parce ſodes*, &c: i. e. parce tibi, ut par eſſe poſſis illi juniori, ſi fortè opus : &c.

g Dictum ſcil. vel , locutus ſum. Intempeſtiva enim argenti mentio, coram uxore, quam non viderat.

h Chremes ſtudet ità loqui, ut à Demiphone poſſit intelligi, (quò ſpectant illa , *redi mecum in memoriam* : ad ea quæ dudum de amicâ in Lemno , & filiâ ex eâ ſuſceptâ narraverat, tacitè provocantia) & tamen ab uxore non intelligatur. Sed tardior Demipho, & nihil ſuſpicans tale , importunitate ſuâ & intempeſtivâ curioſitate valdè ei moleſtus eſt.

i Indè error tuus.

Intelliges ?

Intelliges ? D. *si tu nil narras.* C. *perdis.* [k] N. *miror quid hoc fiet.*

D. *Equidem hercle nescio.* C. *vin' scire ? at ità me servet Jupiter*

Ut propior illi, quàm ego sum, ac tu, nemo est homo. D. *Dii vostram fidem !*

Eamus ad ipsam unà omnes nos : aut scire, aut nescire hoc volo. I C. *ah.*

D. *Quid est ?* C. *itáne parùm mihi fidem esse apud te ?* D. *vin' me credere ?*

Vin' satìs quæsitum mihi istuc [m] *esse ? agè, fiat. quid illa filia*

Amici nostri, quid futurum est ? C. *rectè.* D. *hanc igitur mittimus ?*

C. *Quidni ?* D. *illa maneat ?* C. *sic.* D. *ire igitur tibi licet Nausistrata.*

N. *Sic pol commodius esse in omnes arbitror, quàm ut cœperas,*

Manere hanc [n] *: nam perliberalis visa est, cùm vidi, mihi.*

D. *Quid istuc negotii est ?* C. *jámne operuit ostium ?* D. *jam.* C. *ò Jupiter,*

Dii nos respiciunt : gnatam inveni nuptam cum tuo filio. D. *hem,*

Quo pacto id potuit ? C. *non satìs tutus est ad narrandum hic locus.*

D. *At tu intrò abi. heus, nè filii nostri quidem hoc resciscant volo.*

---

[k] Enecas. sed alii, *pergis.*

[l] Certum est, nihil non experiri, nè dubius animi pendeam.

[m] Nihil ultrà hac de re quærere ?

[n] Phanium.

ACTûs V SCENA IV.

ANTIPHO.

A. LÆtu' ſum, ut ut meæ res ſeſe habent, fratri [a] obtigiſſe quod volt.
Quàm ſcitum eſt, [b] *ejuſmodi parare in animo cupiditates,*
*Quas, cùm res advorſæ ſient, paulò mederi poſſis.**
Hic ſimul argentum repperit, curâ ſeſe expedivit:
Ego nullo poſſum remedio me evolvere ex his turbis,
Quin, ſi hoc celetur, in metu; ſin patefit, in probro ſim.
Neque me domum nunc reciperem, ni mihi eſſet ſpes oſtenſa
Hujuſce habendæ. ſed ubinam Getam invenire poſſum, ut
Rogem, quod tempus conveniendi patris me capere jubeat?

---

a i. e. patrueli: ſecundum idiotiſmum Hebraicum. *frater patruelis*, Plauto.

b Quantæ prudentiæ & felicitatis!

* Cùm aliquid intervenit, quod voluptatibus adverſetur, facili negotio poſſis occurrere, & emoliri.

ACTûs V SCENA V.

PHORMIO, ANTIPHO.

P. ARgentum accepi. tradidi lenoni: abduxi mulierem:
Curavi, propriâ [a] *eâ Phædria ut poteretur: nam emiſſa eſt manu.* [b]
Nunc una mihi res etiam reſtat, quæ eſt conficiunda, otium
A ſenibus ad potandum ut habeam. nam aliquot hos ſumam dies. [c]

---

a Non uſurariâ, ut Plautus loquitur, aut temporariâ; ſed ſtabili, perpetuâ.

b Ut jam alienari non poſſit ampliùs, tota ſui juris.

c Ad hilaritatem ſcil. Ad Act. 2, ſc. 4. *Itâ quæſo quando hoc bene ſucceſſit, hilarem hunc ſumamus diem.* Plaut. *Hunc diem ſumpſimus hilariter.* Hinc *ſumptus*, Ad. Act. 3. ſc. 4. pro expenſis in convivia & compotationes. *Dedit præterea in ſumptum dimidium minæ.*

A. *Sed*

A. *Sed Phormio eſt. quid aïs ?* P. *quid ?* A. *quidnam nunc factúrus Phædria ?*
Quo pacto ſatietatem amoris aït ſe velle ſumere ?
P. *Viciſſim parteis tuas actúrus eſt.* A. *quas ?* [d] P. *ut fugitet patrem :*
Te ſuam rogavit rurſum ut ageres cauſſam, ut pro ſe diceres :
Nam poturus eſt apud me : ego me ire ſenibus Sunium
Dicam ad mercatum, ancillulam emptum, dudum quam dixit Geta ;
Nè, cùm hìc non videant me, conficere [e] *credant argentum ſuum.*
Sed oſtium concrepuit [f] *abs te.* [g] A. *vide, quis egreditur.* P. *Geta eſt.*

---

d Inſerta hìc interrogatio, obſcuram facit orationem. videtur enim Phormio roganti Antiphoni, quas ? (meas partes ? ſcil.) reſpondere ; nec tamen reſpondet. Non enim *fugiet*, ſed *fugitet* dicit. nec eæ partes Antiphonis. Non igitur Antiphoni *ſò quas* interferenti reſpondet hìc Phormio, ſed (ut aliàs ſæpè in his fabulis) continuâ oratione, *Viciſſim*, inquit, *p. t. actum eſt Ph. Ut fugiat patrem*, &c. Alio tempore tuas p agere Phæ. Nunc viciſſim has ſuas tibi commendat, ut fugiat patr. & cauſſam abſentis ſuſcipias. Niſi ſit illud *quas* ità ſupplendum, ut, cùm ex verbis Phormionis, *viciſſim* &c. aliquid ſe rogandum intelligeret, promptam voluntatem teſtaturus, Phormionem prævenire voluerit : q. d. quas verò partes Phædriæ mihi narras, & commendas ? atque ità appoſita fuerit Phorm. reſponſio. Cæterùm, Plantin. ed. non ut hìc, ſed, *Tu ſuas reg. rurſum ut ageres : cauſſam ut pro ſe diceres.* Ità & aliæ pleræque, niſi quòd illæ *Te ſuam*, non, *Tu ſuam*. Ego Plantinianam libenter ſequar, & veriorem puto.

e Conficere argentum, quid pro. priè, vide Act. 1. ſc. 1. Hìc planè contrariâ notione, pro, *dilapidare*, ut mox & fortaſſe ex ambiguitate captatus jocus.

f Vide Ad. Act. 2. ſc. 3.

g Oſtium domûs tuæ : ubi tu habitas. ut Andr. Act. 3. ſc. 1. *crepuit à Glycerio oſtium.*

ACTUS V SCENA VI.

GETA, ANTIPHO, PHORMIO.

G. O Fortuna, ô fors fortuna, quantis commoditatibus,
Quàm subitò meo hero Antiphoni ope vestrâ hunc onerastis diem? [b]
A. Quidnam hic sibi volt? G. nósque amicos eju' exonerâstis metu?
Sed ego nunc mihi cesso, [c] qui non humerum hunc onero pallio:
Atque hominem propero invenire, ut hæc, quæ contigerint, sciat?
A. Num tu intelligis, hic quid narret? A. num tu? A. nîl.
P. tantundem ego.
G. Ad lenonem hinc ire pergam: ibi nunc sunt. A. heus Geta!
G. hem tibi.
Num mirum, aut novum est revocari, cursum cùm institueris? [d]
A. Geta.
G. Pergis hercle. nunquam tu odio [e] tuo me vinces. A. non manes?
G. Vapulabis. [f] curialis vernula est, [g] qui me vocat.
A. Id tibi quidem jam fiet, [h] nisi resistis, [i] verbero.
G. Familiariorem oportet esse hunc, qui minitat [k] malum:
Sed ipsus est, quem quæro, an non? ipsu' est. P. congredere actutum. A. quid est?

---

a *Fortuna*, incerta res: *fors fortuna*, eventus fortunæ bonus. culta ab iis qui sine arte aliquâ vivunt. Don.

b *Ità hic me amœnitate amœnâ amœnus onerat dies.* Plaut.

c *Sed ego cesso hunc Æglonem onerare laniâ Senem.* ibid.

d Tanti non est, ut illum moveat, qui me revocat, quisquis est, cùm nihil usitatius, quàm ut serinans in viâ revocetur.

e Importunitate tuâ.

f Alii, *vapula.* i. e. εἰμαζο. κλαίειν μακρὰν σε κελεύω.

g Publicus curiæ servus, qui tam imperiosus est.

h Quod verbis aliis minitaris, tibi seriò fiat; *vapulabis.*

i Stas. manes.

k Al. *minitatur*: quod usitatius.

G. O

G. *O omnium, quantum est, qui vivunt hominum homo ornatissime!*
Nam sine controversia à Diis solus diligere l *Antipho.*
A. *Ità velim. sed quî istuc credam ità esse, mihi dici velim.*
G. *Satin' est, si te delibutum gaudio* m *reddo?* A. *enicas.*
P. *Quin tu hinc pollicitationes aufer, & quod fers, cedò.* G. *oh,*
Tu quoque hìc aderas Phormio? P. *aderam. sed cessas?* G. *accipe, hem.*
Ut modò argentum dedimus tibi apud forum, rectà domum
Sumu' profecti: interea mittit herus me ad uxorem tuam.
A. *Quamobrem?* G. *omitto proloqui: nam nihil ad hanc rem est, Antipho.*
Ubi in gynæceum n *ire occipio, puer ad me occurrit Mida;*
Ponò apprehendit pallio, resupinat: resticio: rogo,
Quamobrem retineat me: ait esse vetitum intrò ad heram accedere.
Sophrona modò fratrem huc, inquit, senis introduxit Chremem,
Eumque nunc esse intùs cum illis. hoc ubi ego audivi, ad fores
Suspenso gradu placidè ire perrexi: accessi: astiti:
Animam o *compressi: aurem admovi. ità animum cœpi attendere,*
Hoc modo sermonem captans. A. *euge Geta.* G. *hìc pulcerrimum*

---

l Cui tanta felicitas contigerit.

m Ad animum transtulit, quod est corporis. Nam *delibutus*, unctus dicitur, D.

n Quod aliter etiam γυναικωνῖτις, dicebarur: de quo, purissimæ Latinit. auctor. Corn. Nepos, (qui vulgò, Æmilius Probus:) sic scribit: *Quem Romanorum pudet uxorem ducere in convivium? aut cujus materfamilias non primum locum teneat adium atque in celebritate versatur? quod multò fit aliter in Græcia, nam neque in convivium adhibetur, nisi propinquorum: neque sedet, nisi in interiore parte ædium, quæ Gynæconitis appellatur: quò nemo accedit, nisi propinquâ cognatione conjunctus.*

o Spiritum continui, ut meliùs audirem.

Facinus

Facinus p *audivi: itaque penè hercle exclamavi gaudio:* q
P. *Quod?* G. *quodnam arbitrare?* A. *nescio.* G. *atqui mirificissimum:*
Patruus tuus est pater inventus Phanio uxori tuæ. A. *hem,*
Quid ais? G. *cum eju' olim consuevit matre in Lemno clanculum.*
P. *Somnium: utin' hæc ignoraret suum patrem?* G. *aliquid credito,*
Phormio, esse caussæ. sed me censen' potuisse omnia
Intelligere extra ostium, intus quæ inter sese ipsi egerint? r
P. *Atque hercle ego quoque illam audivi fabulam.* s G. *imò etiam dabo,*
Quò magìs credas. patruus interea indè huc egreditur forás:
Haud multò pòst cum patre idem recipit se intrò denuo:
Ait uterque tibi potestatem ejus habendæ se dare:
Denique ego sum missus, te ut requirerem, atque adducerem.
A. *Hem, quin ergò? rape me: cessas?* G. *fecero.* A. *ô mi Phormio*
Vale. P. *vale Antipho. bene, ità me Dii ament, factum & gaudeo.* t
Tantam fortunam de improviso esse his datam?
Summa eludendi occasio est mihi nunc senes.
Et Phædriæ curam adimere argentariam,
Nè cuiquam suorum æqualium supplex u *siet:*

---

p Rem verbis ornat, ex gaudii vehementiâ.

q Tale quid Xenophanto accidisse memorat Aristoteles, ubi ait, Οἱ κατέχειν πειράμενοι τὸν γέλωτα, ἀθρόον ἐκκαγχάζουσι) risum temerè compressum, in effusiorem risum; sine cachinnum interdum, erumpere.

r Dixerint, locuti sint.

s Audivi qui ità fabularentur, sive narrarent, V. Suprà Act. 4. sc. 3.

t Tò *gaudeo* ad sequentia pertinere puto, cùm quòd, præcessit *benè factum*, vide suprà, Act. 5. sc. 1.) sufficiat: atque ità tolenda erit interrogationis nota.

u Non necesse erit illi mutuari ab amicis & æqualibus, suprà, Act. 3. sc. 3. *quod si hic pote fuisset nunc exorarier Triduum hoc, promissum fuerat.*

Nam

Nam idem hoc argentum ità ut datum eſt ingratiis, x
His datum erit y *: hoc quî cogam* z *re ipſâ repperi.*
Nunc geſtus mihi voltúſque eſt capiundus novus.
Sed hinc concedam in angiportum hunc proximum :
Indè hiſce oſtendam me, ubi erunt egreſſi forás.
Quò me aſſimulâram ire ad mercatum ; a *non eo.* b

---

x A ſenibus ſine juſtâ (nam de uxore ducendâ, res erat fictitia ; & illâ nunc agnitâ, nullus color ſupereſt) cauſſâ per fraudem extortum.

y In uſum horum cedet.

z Heaut. Act. 1. ſc. 1. *quaſi talenta adquindecim coëgi.*

a Act. 5. ſc. 5. *Ego me ire ſenibus Sunium dicam ad mercatum.*

b Non iturum me, mutatâ ſententiâ, dicam.

ACTÛS V SCENA VII.

DEMIPHO, PHORMIO, CHREMES.

D. *Dîis magnas meritò gratias habeo, atque ago,*
Quando evenere hæc nobis frater proſperè.
Quantum poteſt a *; nunc conveniendus Phormio eſt,*
Priuſquam dilapidat b *noſtras triginta minas,*
Ut auferamus. P. *Demiphonem, ſi domi eſt,*
Viſam : ut quod. D. *at nos ad te ibamus Phormio.*
P. *De eadem hac fortaſſe cauſſâ.* D. *ità hercle.* P. *credidi.*
Quid ad me ibatis ? ridiculum : an veremini,
Nè non id facerem, quod recepiſſem ſemel ?
Heus, quanta quanta hæc mea paupertas eſt, tamen
Adhuc curavi unum hoc quidem, ut mi eſſet fides, c
C. *Eſtne ea ità, ut dixi, liberalis* d *?* D. *oppidò.*

---

a Suprà, Act. 4. ſc. 3.

b Sup. Act. 5. ſc. 5.

c Haud *magnâ in re, ſed fidei plenus.* Cic.

d Phanium ſcil And. Act. 1. ſc. 1. *formâ prater cæteras honeſtâ & liberali.* & ità paſſim: Hæc autem inter ſenes, dum in viâ, ſubmiſſiore voce.

P. *Itaque*

P. *Itaque ad vos venio nuntiatum, Demipho,*
Paratum me esse: ubi voltis, uxorem date.
Nam omneis posthabui mihi res, ità uti par fuit,
Postquam, tantopere id vos velle, animum advorteram.
D. *At hic dehortatus est me, nè illam tibi darem:*
Nam qui rumor erit populi, inquit, si id feceris?
Olim cùm honestè potuit, tum non est data:
Nunc viduam e extrudi, turpe est: ferme eadem omnia,
Quæ tute dudum coram me incusaveras f.
P. *Satis superbè inluditis me.* D. *quî?* P. *rogas?*
Quia nè alteram quidem illam potero ducere.
Nam quo redibo ore ad eam, quam contempserim?
C. *Tum autem Antiphonem video ab sese amittere*
Invitum eam, eam inque. g D. *tum autem video filium*
Invitum sanè minorem ab se amittere.
Sed transi sodes ad forum, atque illud mihi
Argentum jube rursum rescribi h *Phormio.*
P. *Quòdne ego perscripsi porrò illis, quibu' debui?*
D. *Quid igitur fiet?* P. *si vis mihi uxorem dare,*
Quam despondisti, ducam: sin est, ut velis
Manere apud te illam, hic dos maneat, Demipho;
Nam non est æquom me propter vos decipi;
Cùm ego vestri honoris caussâ i *repudium alteræ*
Remiserim, quæ tantundem dotis dabat.
D. *I in malam rem hinc cum istiac magnificentiâ* k
Fugitive l. *etiam nunc credis te ignorarier,*

---

e Ut apud Plautum sæpe, de muliere, quæ *exacta est matrimonio*, ut in Mercatore loquitur, ubi Syra anus, *Ecastor faxim, si itidem plectantur viri, ut illæ exiguntur, quæ in se culpam commerent, Plures viri sint viduî, quàm nunc mulieres.*

f Objeceras.

g Submissâ voce Chremes hoc illi suggerit, quod ille mox eloquitur.

h Reddi, renumerari: quia negotia pecuniaria ut plurimùm veteres apud mensarios per *scripturam* transigebant: unde etiam additur chirographis, (ut hìc Don.) *Domo ex arcâ suâ*: vel, *ex mensæ Scripturâ*. Hinc etiam *scribere*, pro, solvere: vel tradere.

i i. e. Vestro honori consulens. vel, pro eo quo vos prosequar honore: vestri reverentiâ.

k Quia dixerat, *vestri honoris caussâ*: qui magnificus prætentus.

l Furtifer.

Aut

Aut tua facta adeò m *?* P. *irritor.* D. *túne hanc duceres,*
Si tibi data eſſet ? P. *fac periclum.* D. *ut filius*
Cum illa habitet apud te, hoc veſtrum conſilium fuit.
P. *Quæſo, quid narras ?* D. *quin tu mihi argentum cedò.*
P. *Imò verò uxorem tu cedó.* D. *in jus ambula.* n
P. *In jus ?* *enimvero ſi porrò eſſe odioſi pergitis.*
D. *Quid facies ?* P. *egòne ?* *vos me indotatis* o *modò*
Patrocinari fortaſſe arbitramini :
Etiam dotatis p *ſoleo.* C. *quid id noſtrâ ?* P. *nihil.*
Hic quandam nôram, cujus vir uxorem. C. *hem.* D. *quid eſt ?*
P. *Lemni habuit aliam.* C. *nullus ſum.* P. *ex qua filiam*
Suſcepit : & eam clàm educit. q C. *ſepultu' ſum.* r
P. *Hæc adeò ego illi jam denarrabo.* C. *obſecro,*
Nè facias. P. *oh, tún' is eras ?* D' *ut ludos facit.* ſ
C. *Miſſum te facimus.* P. *fabulæ.* C. *quid vis tibi ?*
Argentum quod habes, condonamus te. t P. *audio :*
Quid vos, malum, ergò me ſic ludificamini
Inepti voſtrâ puerili ſententiâ ?
Nolo, volo : volo, nolo rurſum : cedò, cape :
Quod dictum, indictum eſt : quod modò erat ratum, irritum eſt. u

---

m Omnia enim jam, agnitâ Phanio, ſenibus innotuerant.

n Ad judicem eamus : D. & ità apud Plaut. ſæpius.

o ut Phanio.

p Qualis Nauſiſtrata, Chremetis uxor.

q Ità alibi, non ſemel, pro *educat.*

r Multi conclamatæ ſpei, ad vitam revocati ſunt : ſed ſepultis nulla ſpes reliqua.

ſ Ludit : irridet. ſubaudi, nos. ut apud Plaut. *Exploratorem hunc faciamus ludos (ſuppoſititium, Donicum adeò ipſus ſeſe ludos fieri ſenſerit :* alibique quanquam etiam *nobis*, poſſimus : ut idem Plaut. *Nec pol ego Nemeæ credo, neque ego Olympiæ, Nec uſquam ludos tam feſtivos fieri, quàm hîc intùs fiunt ludi ludificabiles, Seni noſtro, & noſtro. Ol. villico.* & Ter. And. Act. 3. ſc. 1. *quos mihi ludos redderet.*

t Eun. prol. *Habeo alia multa quæ nunc condonabitur.* vide ibi.

u Plaut. Aulul. *At ſcio quo nos pacto ſoleatis perplexarier : Pactum, non pactum eſt : non pactum, pactum eſt ; quod nobis lubet.*

C. *Quo*

C. *Quo pacto, aut unde hæc hic resciuit ?* D. *nescio,*
Nisi, me dixisse nemini, id certò scio.
C. *Monstri, ità me Dii ament, simile.* P. *injeci scrupulum,* x D. *hem,*
Hiccine ut à nobis hoc tantum argenti y *auferat,*
Tam apertè irridens ? emori hercle satius est.
Animo virili præsentique ut sis, para.
Vides tuum peccatum esse elatum foràs,
Neque jam id celare posse te uxorem tuam :
Nunc quod ipsa ex aliis auditura sit, Chreme,
Id nosmet indicare placabilius est, z
Tum hunc impuratum a *poterimus nostro modo* b
Ulcisci. P. *at at, nisi mihi prospicio, hæreo :* c
Hi gladiatorio animo d *ad me affectant viam.* e
C. *At vereor, ut* f *placari possit.* D. *bono animo es :*
Ego redigam vos in gratiam : hoc fretus Chreme,
Cùm g *è medio excesserit,* h *unde hæc suscepta est tibi.*
P. *Itáne mecum agitis ? satis astutè aggredimini :*
Non hercle ex re istius me instigâsti, Demipho.
Ain tu, ubi quæ libitum fuerit peregre i *feceris,*
Neque hujus sis veritus k *fœminæ primariæ,*
Novo modo ei quin faceres contumelias ; k

---

x Ad. Act. 2. sc. 2. *injeci scrupulum homini.* Vide And. Act. 5. sc 4.

y Ut apud Cic. *hoc tantum domestici mali.*

z Ad placandam uxorem utilius, conducibilius.

a Impurum.

b Nostro arbitrio.

c Ægrè postea expediam.

d Infesto, pernicioso, sanguinolento : sumptâ à gladiatoribus metaphorâ, quibus aut occidere aut occidi dicta lex est. Longè aliâ mente Philosophi veteres æquanimitatem & patientiam erga adversarios athletarum nobis commendant exemplo, quos quamvis infestis armis, non tamen & animis congredi testantur. Videatur Anton. Imper. *De se ipso*, & quæ nos ibi.

e Recta tendunt. Plaut. *Scio quam rem agat, ut me deponat vino, eam affectat viam.* Virg. *Viamque affectat Olympo.*

f Nè non. D.

g Quia.

h Obiit.

i Peregrinans in Lemno.

k Verens : reverens fueris, nisi cum Palmerio, *Neque hujus sis veritus* (i. e. nihil veritus sis, flocci feceris :) *Quin fæm. primariæ cont. feceres*, ut *lo*, *ei*, redundet : ut alibi sæpe.

Venias

Venias mihi precibus lautum peccatum tuum?
Hisce ego illam dictis ità tibi incensam dabo,
Ut nè restinguas, lacrumis si exstillaveris. l
D. *Malùm*, quod isti Dii, Deæque omnes duint. m
Tantáne affectum hominem quenquam esse audaciâ?
Non hoc publicitus n *scelus hinc deportarier*
In solos o *terras?* c, *in id redactus sum loci,*
Ut nesciam prorsus, quid agam cum illo. D. *ego scio*
In jus eamus. P. *in jus! huc, si quid lubet.* P
D. *Assequere, ac retine, dum huc ego servos evoco.*
C. *Enim solu' nequeo: accurre huc.* P. *una injuria est* q
Tecum. C. *lege agito ergò.* P. *altera est tecum Chreme.*
D. *Rape hunc.* P. *itáne agitis? enimvero voce est opus.*
Nausistrata, exi. C. *os opprime.* D. *impurum vide,*
Quantum valet. P. *Nausistrata, inquam.* C. *non taces?*
P. *Taceam?* D. *nisi sequitur, pugnos in ventem* r *ingere.*
Vel oculum exclude. [s] P. *est ubi vos ulciscar probè.*

---

l Totum corpus in lacrymas conversum fuerit: ex toto corpore stillaveris. D.

m *Malùm*, in magnâ irâ, aut indignatione, usitatissima interjectio, ut suprà, 4. 5. *Quid tua, malum, id refert?* Hanc igitur vocem (quæ vox alioquin infausta est:) cùm justa Demiphoni hîc expressisset indignatio; ominis diritatem (ita enim illi de talibus verbis judicabant:) statim a se deprecatur, & Phormioni imprecatur dum addit, *quod isti*, &c. vide suprà, Act. 3. sc. 2. *nè quid suo fuat capiti*. & Hec. Act. 3. sc. 1.

n Publicâ curâ atque consilio, ut quod interfit publici ex hominum conspectu longissimè submoveri.

o Desertas & solitarias. Cic. *D. portentum in ultimas terras exportandum.*

p Apparet Phormionem niti ad domum Chremetis; senes verò ad forum conati trahere. Don.

q Actio injuriarum ex lege. D.

r Ventriculum, (qui vulgò stomachus:) ut eo crebris ictibus percusso vox & vires Phormioni ad tempus deficerent, vel, *venter*, i. e. ventris mancipium: helluo, gurges. ut ad Tit. 1. in Epimenidis versu, à Sancto Paulo citato, Cretenses appellantur γαστέρες ἀργαὶ *ventres otiosi*.

s Alii, *exsculpe*.

ACTUS V SCENA VIII.

NAUSISTRATA, CHREMES, PHORMIO, DEMIPHO.

N. *Qui nominat me ? C. hem ! N. quid istuc turbæ est obsecro*
Mi vir ? P. hem quid nunc obticuisti ? N. quis hic homo est ?
Non mihi respondes ? P. hiccine ut tibi respondeat ?
Qui hercle, ubi sit, nescit. a *C. cavè isti quidquam credas.*
P. Abi : tange. si non totus friget, me enica.
C. Nihil est. N. quid ergò est ? qui istic narrat ? P. jam scies :
Ausculta. C. pergin' credere b *? N. quid ego obsecro*
Huic credam, qui nihil dixit ? P. delirat miser
Timore. N. non pol temere c *est, quod tu tam times.*
C. Egón' times ? P. rectè sanè. quando nihil times
Et hoc nihil est, quod dico ego, tu narra. D. scelus!
Tibi narret ? P. eho tu : factum est abs te sedulò d
Pro fratre. N. mi vir, non mihi narras ? C. at. N. quid at ?
C. Non opus est dicto. P. tibi quidem : at scito huic opu' st.
In Lemno. C. hem quid ais ? D. non taces ? P. clam te. C. hei mihi.
P. Uxorem duxit. N. mi homo, Dii meliùs duint.
P. Sic facturum est. N. perii misera. P. & indè filiam
Suscepit jam unam, dum tu dormis. C. quid agimus ? e

---

a Præ terrore scil. & consternatione mentis. Plaut. *Equidem quò eam aut ubi sim, aut qui sim, Nequeo cum animo certum investigare.* At sensu philosophico, de plerisque id non minùs verè dicas hominibus, ut egregiè docet sapientissimus Imperator, *De seipso.*

b Jam antea dixerat, *cave isti quidquam credas* ; (i. credas.) hic iterum alieno loco ingerit ; & expostulat cum uxore, quasi jam pronuntiatâ sententiâ, quæ tamen nihil adhuc audiverat. planè ut illi, qui metu mortis imminentis, mortem sibi consciscunt. Meticulosum hominem, sed & vim conscientiæ ista pulcrè exhibent.

c Sine caussâ.

d Benè de fratre tuo meruisti, me irritando.

e Metu stupentis verba hæc, & de fugâ cogitantis;

N. Pro

N. *Pro Dii immortales, facinus indignum, & malum!* f
P. *Hoc actum est.* N. *an quidquam hodie est factum indignius*
Qui mî, g *ubi ad uxores ventum est, tum fiunt senes.* g
Demipho, te appello. nam me cum hoc ipso distædet loqui.
Hæccine h *erant itiones crebræ, & mansiones diutinæ*
Lemni? hæccine erat, quæ nostros fructus minuebat vilitas? i
D. *Ego Naufistrata esse in hac re culpam meritum non nego,*
Sed eam quin sit ignoscenda. k P. verba fiunt mortuo. l
D. *Nam neque negligentiâ tuâ, neque odio id fecit tuo.* m
Vinolentus ferè abhinc annos quindecim mulierculam
Eam compressit unde hæc nata est, neque postilla unquam attigit.
Ea mortem obiit: è medio abiit n *: qui fuit in re hac scrupulus.*
Quam ob rem te oro, ut alia facta tua sunt, æquo animo hoc feras,
N. *Quid ego æquo animo? cupio misera in hac re jam defungier.* o
Sed quid sperem? ætate porrò minùs peccaturum putem?
Jam tum erat senex, senectus si verecundos facit.

---

f Oratio imperfecta, iratæ ac stomachanti conveniens. q. d. an quicquam hoc meo viro, aliisque similibus (vel, hoc hominum genere) indignius, qui &c. *Id, mi* redundat; ut alibi sæpe, & elegantiæ caussâ incertum est. Heaut. *Is mihi ubi adhibit plùs paulò, fiunt quæ narrat facinora.*

g Plaut. *Ain tu, apud amicum mumus adolescentulus fungavet uxori excuses te, & dices senem?*

h Si hæc vera lectio, tum fuerit enallage generis; neutrius, pro fœminino. sed magis probem, quod in Plantin. aliisque reperitur, *Hacine.*

i Suprà, Act. sc. 3. *nam ex his prædiis*, & quæ ibi sequuntur.

k Quis, qui sit paulò æquior, dubitet scil. vel tale quid. Al. ed. *Sed eam quæ sit ignoscenda:* in eandem sententiam.

l Frustrà hæc verborum (quibus iratam Naufist. placare studebat Demipho) opera Chremeti impenditur, qui jam pro mortuo habendus.

m *Odio tuo*, pro, *odio tuî*: Græcorum imitatione, ità & *negligentiâ tuâ* capiendum.

n Bis idem dicit, & meritò hîc immoratur, ubi præcipuum caussæ præsidium. Suprà, *Ego redigam rei in gratiam, hoc fratus Chreme*, &c.

o Defungi, definere (illum, scil. *finem in istac faciat.* Ad. Ad. Act. 5. sc. 9.

An mea forma atque ætas nunc magìs expetenda eſt Demipho?
Quid mihi hic affers, quam ob rem exſpectem, aut ſperem porrò non fore?
P. *Exequias Chremeti, quibus commodum ire, jam tempus eſt.* p
Sic dabo. q *age nunc, Phormionem, qui volet, laceſſito:*
Faxo tali eum mactatum, r *atque hic eſt, infortunio.*
Redeat ſanè in gratiam: jam ſupplicii ſatìs eſt mihi.
Habet hæc, ei quod, dum vivat, uſque ad aurem obganniat. ſ
N. *At meo merito credo.* t *quid ego nunc commemorem, Demipho*
Singillatim, qualis ego in iſtum fuerim? D. *novi æquè omnia*
Tecum. u N. *merito hoc meo hoc videtur factum?* D. *minimè gentium:*
Verùm, quando jam accuſando fieri infectum non poteſt,
Ignoſce: orat, confitetur, purgat. quid vis amplius?
P. *Enimverò, priùs quàm hæc dat veniam, mihi proſpiciam & Phædriæ.*
Heus Nauſiſtrata, priùs quàm huic reſpondes temere, audi. N. *quid eſt?*
P. *Ego minas triginta ab iſto per fallaciam abſtuli:*
Eas dedi tuo gnato. is pro ſua amicâ lenoni dedit.
C. *Hem quid ais?* N. *adeôn' indignum tibi videtur, filius*
Homo adoleſcens unam ſi habet amicam? tu uxores duas.
Nil pudere? quo ore illum objurgabis x *? reſponde mihi.*
D. *Facies, ut voles.* N. *imò, ut meam jam ſcias ſententiam,*
Neque ego ignoſco, neque promitto quidquam, neque reſpondeo,
Priùs quàm gnatum video. ejus judicio permitto omnia: is

---

p Vetus indicendi funeris formula. Chremeti, ut mortuo, inſultat impudens paraſitus. Ità & Plaut. in Aſin. *equùs currit pollinctorem accerſere?* *Mortuus eſt Demanetus.*

q Sic tractabo. Heaut. 5. 2. *Adeò ornatum dabo.*

r Vide Act. 1. ſc. 1.

ſ Ad aurem obgan. uſque, ut in iſtis, *Naturam expellas furcâ licèt uſque recurret.*

t Ironicè.

u Plaut. *Eloquere, ut quod ego neſcio, id tecum ſciam.*

x Juven. *Unde tibi frontem libertinèmque parenti, cùm facias pejora ſenex?*

Quod

Quod jubebit, faciam. P. *mulier ſapiens es, Nauſiſtrata.*
N. *Satín' id eſt tibi?* P. *imò verò pulcrè diſcedo, & probè,*
Et præter ſpem. N. *tu tuum nomen dic quod eſt.* P. *min'? Phormio,*
Veſtræ familiæ hercle amicus, & tuo ſummus y *Phædriæ.*
N. *Phormio, at ego ecaſtor poſthac tibi, quod potero, & quæ voles,*
Faciámque, & dicam. P. *benignè dicis.* N. *pol meritum eſt tuum.*
P. *Vín' primum hodie facere, quod ego gaudeam, Nauſiſtrata,*
Et quod tuo viro oculi doleant z*? cupio.* P. *me ad cœnam voca.*
N. *Pol verò voco.* D. *eamus intrò hinc.* N. *fiat. ſed ubi eſt Phædria,*
Judex noſter? P. *jam hìc ſaxo aderit. Vos valete, & plaudite.*

---

y Eun. Act. 2. ſc. 2. *plurimâ ſalute Parmenonem ſuum imperit Gnato.*

z Propter quod vir tuus ringatur? quod ſit illi ἀλγεδὼν ὀφθαλμῶν, ut Græci vulgò.

HECYRA
PUBLII TERENTII
Carthaginienſis Afri.

ACTA LUDIS MEGALENSIBUS, SEX JULIO, CÆSARE ET CN. CORNELLO DOLABELLA. ÆDILIBUS CURULIBUS. NON PLACUIT. ITERUM DATA, CN. OCTAVIO, T. MANLIO COSS. L. ÆMILII PAULI LUDIS FUNEBRIBUS. NON EST PLACITA. TERTIO RELATA. Q. FULVIO, L. MARTIO, ÆDILIBUS CURULIBUS. EGIT L. AMBIVIUS TURPIO. PLACUIT. ANNO AB URBE CONDITA D LXXXVIII. ANTE CHRISTUM NATUM CLXIII. ITERATA A. V. D LXXXIX.

FABULÆ INTERLOCUTORES

BACCHIS, *meretrix.*
LACHES, *ſenex.*
MYRRHINA, *mulier.*
PAMPHILUS, *adoleſcens.*
PARMENO, *ſervus.*
PHIDIPPUS, *ſenex.*
PHILOTIS, *meretrix.*
SOSIA, *ſervus.*
SOSTRATA, *mulier.*
SYRA, *anus.*

PERSONÆ MUTÆ.

PHILUMENA, *puella.*
SCIRTUS, *puer.*

Idiomata

IDIOMATA PERSONARUM PRÆCIPUARUM.

Bacchis, *meretrix bona & prudens.*

Laches, *maritus Soſtratæ imperioſus. Aliàs naturâ prudens & multi conſilii.*

Myrrhina, *mater Philumenæ, honoris liberorum ſtudioſiſſima, non tamen ſatis maritæ reverens.*

Pamphilus, *naturâ prorſus amori deditus, magis tamen in promiſſis fidelis & honoris cupidus.*

Parmeno, *ſervus levis, Hero bene ſerviens.*

Phidippus, *pater & maritus nimium mitis & ſibi indulgens.*

Philotium, *meretrix juvencula, artium meretriciarum non ſatis gnara.*

Philumena, *uxor lenis, modeſta, prudens, conſuetudines mariti libenter perpetiens.*

Soſia, *ſervus non ſatis hero addictus.*

Soſtrata, *Matrona bona, modeſta & prudens, liberorum etiam nurus amans, & mariti reverens.*

Syra, *lena peſſima & veſerrima.*

RATIO NOMINUM.

Bacchis, *vide Heautontimor.*

Laches, *vide Eunuch.*

Myrrhina, *matronale nomen ἀπὸ τῆ μυρρίνης vel μύρτης, myrto, quâ magiſtratus quondam coronabantur: Fuit & nomen Amazonis. Hom. iliad. β.*

Pamphilus, *vide Andriam.*

Parmeno, *vide Eunuchum.*

Phidippus, *à parſimonia equeſtri: ἀπὸ φειδοῦς parſimonia, & ἵππος equus: gloriâ rei equeſtris apud veteres ingens & ſumptus magni faerunt.*

Philotis, *à φιλότης, amicitia, amor, benevolentia, niſi forte in nomine ſit aurium ſignificatio, & tum componetur ἀπὸ φίλος amicus & οὖς οὠτὸς, auris. Hinc & Philotium.*

Philumena, *quaſi φιλυμένη, amabilis.*

Soſia, *vide Andriam.*

Soſtrata, *vide Heautont.*

Syra, *Gentile nomen, Syriſci genus Mulier.*

Hecyræ Argumentum.

C. SULPICIO APOLLINARI

Autore.

Uxorem duxit Pamphilus Philumenam,
Cui quondam ignorans virgini vitium obtulit:
Ejúſque per vim quem detraxit annulum,
Dederat amicæ Bacchidi meretriculæ:
Dein profectum in Imbrum eſt: nuptam haud attigit.
Hanc mater utero gravidam, nè id ſciat ſocrus
Ut ægram ad ſe transfert. revertit Pamphilus:
Deprehendit partum: celat: uxorem tamen
Recipere non volt. Pater incuſat Bacchidis
Amorem dum ſe purgat Bacchis, annulum
Mater vitiatæ ſortè agnoſcit Myrrhina.
Uxorem recipit Pamphilus cum filio.

Aliud, M. Ant. Mureti.

PAmphilus, Lachetis è Soſtrata uxore filius, Bacchidem meretricem deperibat. is cùm aliquando noctu ad eam temulentus iret, in Philumenam, Lachetis & Myrrhinæ filiam, incidit, eámque in via per vim compreſſit: atque ità effugit, ut neque ipſe eam, neque puella ipſum cognoſcere potuerit. In illa autem luctâ etiam annulum detraxit, eámque Bacchidi dono dedit. paulò pòſt pater eum, tum ut à meretricio amore averteret, tum ut præſidium ſuæ ſenectuti pararet, ad uxorem ducendam perpulit. Contigit, ut ea ipſa uxor ei daretur, quam ipſe conſtupraverat: gaudente admodum puellæ matre, quæ, quia ſola conſcia erat filiam è ſtupro gravidam eſſe, quamprimum eam collocare properabat, ut, ſi fortè poſt aliquot menſes pareret, nuptiis, quemadmodum ſæpe fit, obtegeretur ſtuprum. Cecidit res longè aliter, ac putabatur. etenim Pamphilus, qui invitiſſimus adjeciſſet

ciſſet animum ad rem uxoriam, quique avellere ſe derepente à Bacchidis amore non poſſet, ità dormit cum uxore, ut eam nè attigerit quidem. Bacchis, quòd eâ vivâ nunquam ſe uxorem ducturum, ſæpe ei promiſerat Pamphilus, nonnullam ſibi ab eo factam injuriam putans, multò ei minùs, quam ſolebat, placida & obſequens eſſe cœpit. eò factum eſt, ut Pamphilus ei ſe paullatim ſubduxerit, quámque priùs ſpernebat uxorem, ejus mirificum quendam amorem animo conceperit. Interea quiddam accidit, ut iter pamphilo in Imbrum eſſet. profecto eo, Philumena, quæ intumeſcere ſibi uterum ſentiret, cùm aliorum, tum ſocrûs inprimis ſuæ conſpectum effugiebat, tandem cùm in eo eſſet, ut celare vix poſſe ampliùs videretur, ſumptâ occaſione, per ſacrificandi ſpeciem, ad matrem ſe, unam omnium rerum conſciam, confert. Poſt dies compluſculos mittit Soſtrata, qui eam accerſerent. reſpondetur, ægrotam eſſe. it, ut eam ſaltem viſeret. non admittitur. Phidippus accuſare uxorem & dicere, hæc omnia illius culpâ contingere, illa contrà excuſare ſe, & culpam deprecari: nullius ſe rei conſciam eſſe, cur ſua conſuetudo nurui odioſa eſſe debeat. Interea redit Pamphilus atque ità ſors tulit, ut quo die ipſe Athenas appulit, eo ipſo, Philumena partu levaretur. Cùm igitur, videndi cupidus (ægrotare enim acceperat, & ità amabat ut qui vehementiſſimè) ſubitò ad eam ingreſſus eſſet, peperiſſe deprehendit. Ibi eum Myrrhina exeuntem proſecuta, lacrumans, obteſtari cœpit, quando ea res nihil ipſi nocitura eſſet; nè reciperet quidem uxorem, ſi ità videretur: ſed tamen nè famam illius proderet, ità ſe facturum recipit. Cùm igitur neque vellet uxorem recipere, neque rurſum veram afferret cauſſam; ſuſpicati ſunt ſenes, eum Bacchidis adhuc amore impeditum, eâ de cauſſâ ab uxore abhorrere. Accerſitam itaque Bacchidem objurgat Phidippus, ea, cùm ſe illi purgâſſet, jubetur ad mulieres ingredi. & eis quoque illam ſuſpicionem adimere. Ingreditur, annulum habens in digito, quem olim Philumenæ ereptum, ſibi dederat Pamphilus. Is annulus effecit, ut vitiatam eſſe ab ipſo Pamphilo Philumenam cognoſceretur. Lætus Pamphilus, & uxorem & filium recipit.

PROLOGUS.

Hecyra a *eſt huic nomen fabulæ. hæc cùm data*
Eſt nova, novum intervenit vitium b *& calamitas,*
Ut neque ſpectari, neque cognoſci potuerit:
Ità populus ſtudio ſtupidus in funambulo c
Animum occupârat. nunc hæc planè eſt pro nova:
Et is, qui ſcripſit hanc, ob eam rem noluit
Iterum referre, ut iterum poſſit vendere. d
Alias cognôſtis ejus: quæſo hanc noſcite.
Orator e *ad vos venio ornatu prologi,*
Sinite exorator ſim, eodem ut jure uti ſenem
Liceat, quo jure ſum uſus adoleſcentior,
Novos f *qui exactas feci ut inveteraſcerent,* g
Nè cum poëta ſcriptura h *inveteraſceret.*
In his, quas primùm Cæcilii didici novas,

---

a Ἑκυρά; ſocrus. Unde autem nomen, quia per ſocrus & ſoceros (ut Don. in Præfatione:) pleraque hîc aguntur.

b Ex diſciplinâ augurum petita verba, vitioſi enim magiſtratûs, vel vitio creati, qui interveniente aliquo infauſto omine creati.

c Qui Græcæ, θαυμαστῶς; & in τῶν θαυμαζομένων (ex admiratione) numero.

d Reddit cauſſam, cur poſt funabuli ſpectacula, intermiſſa fabula non ſit velata, ſive denuò introducta, ideo ſcilicet, quia maluit in novos ludos differre, ut tum pro novâ (tanta Poëtæ fiducia:) venderet. atque ità maluit avarum Poëtam (ut ait Don. hîc) inducere, quàm ſuo operi diffidentem.

e Hic novus Prologus (ut in Plautin. & aliis pleriſque editionè) incipit, cùm bis jam exacta fabula tertiò non ſine periculo reduceretur, atque adeò Prologo ſingulari arte elaborato (qualem hunc eſſe, pluribus docet Don.) indigeret. Loquitur autem L. Ambivius, hiſtrio; magnæ tum, ut videtur apud populum exiſtimationis.

f Cæcilii ſc. veteris poëtæ Comici celeberrimi.

g In conſuetudinem venirent, ſpectarentur, amarentur. D.

h Poëma: fabula.

Partim

Partim i *sum earum exactus, partim vix steti.* k
Quia sciebam dubiam fortunam esse scenicam,
Spe incertâ certum mihi laborem sustuli.
Easdem agere cœpi, ut ab eodem alias discerem
Novas studiosè, nè illum ab studio abducerem,
Perfeci, ut spectarentur. ubi sunt cognitæ,
Placitæ sunt. ità poëtam l *restitui in locum,*
Propè jam remotum injuriâ adversariûm
Ab studio, atque ab labore, atque arte musicâ.
Quòd si scripturam sprevissem in præsentia, m *&*
In deterrendo voluissem operam sumere,
Ut in otio esset, potiùs quàm in negotio;
Deterruissem facilè, nè alias scriberet.
Nunc quid petam, meâ caussâ, æquo animo attendite.
Hecyram ad vos refero, quam mihi per silentium
Nunquam agere licitum est, ità eam oppressit calamitas.
Eam calamitatem vostra intelligentia
Sedabit, si erit adjutrix nostræ industriæ.
Cùm primùm eam agere cœpi, pugilum gloria, n
Funambuli eòdem accessit exspectatio:
Comitum o *conventus, strepitus, clamor mulierum*
Fecere, ut ante tempus exirem forás.
Vetere p *in nova* q *cœpi uti consuetudine.*

---

i In parte earum. ut, *partim hominum*, pro, pars hominum: de quo Aul. Gell. *l.* 10 *c.* 13.

k Quid igitur mirum, si Terentio Poëtæ in una accidit, quod Cæcilio in multis?

l Cæcilium sc.

m Cùm à populo spretæ & explosæ Cæcilii fabulæ.

n Qui pro gloriâ pugnant, & quorum victoriæ maximè gloriosæ solent esse. Cic. *Acinas pugil, Olympionices, quod est apud Græcos propè majus & gloriosius, quàm Romæ triumphâsse.* vel *pugilum gloria*, i. e. pugiles; ut apud Græcos, βίη Πυθαμοιο, i. e. Πυθαμος, ἰτεὸν μὲν & Αλκιμέοιο, i. e, Alcinous, & id genus alia.

o Qui pugiles affectabantur, vel servi, & qui de plebe homines. Hor. *Arcta decet sanum comitem toga.*

p Quâ usus fueram in Cæcilianis fabulis.

q Comœdia sc. novæ enim Terentii Comœdiæ si cùm Cæcilianis compatentur.

In

In experiundo ut essem. r *refero denuo;*
Primo actu placeo, cùm interea rumor venit,
Datum iri gladiatores. populus convolat:
Tumultuantur, clamant, pugnant de loco.
Ego interea meum non potui tutari locum.
Nunc turba nulla est: otium & silentium est.
Agendi tempus mihi datum est: vobis datur
Potestas condecorandi ludos scenicos.
Nolite sinere per vos artem musicam s
Recidere ad paucos. facite, ut vestra autoritas
Mea autoritati t *fautrix adjutrixque sit.*
Si nunquam avarè statui pretium arti meæ,
Et eum esse quæstum id animum induxi maximum.
Quam maximè servire vostris commodis; u
Sinite impetrare me, qui in tutelam meam
Studium suum, & se x *in vostram commisit fidem,*
Nè eum circumventum iniquè iniqui irrideant
Meâ causâ causſam hanc accipite, & silentium
Date, ut libeat scribere aliis, mihique ut discere
Novis expediat, posthac pretio emptas meo. y

r Sed quid tentare nocebit. Ovid.
s Poëticam suprà, atque ab arte Musicâ.
t Qui Terentium tutari & erigere in me susceperim.
u Vestræ voluptati.
x Suam personam.
y Fabulas, interdum histriones, ut hîc; interdum Ædiles, ut Eunuchum, (si ludi erant publici) emebant.

ACTUS I SCENA I.

PHILOTIS, SYRA.

P. *PEr pol quàm paucos* a *reperias meretricibus*
Fideleis evenire amatores, Syra.
Vel b *hic Pamphilus jurabat quoties Bacchidi,*
Quàm sanctè, ut quivis facilè possit credere, c

a Pol per quam paucos.
b Veluti.
c Parenthesis, *ut quivis facilè possit credere.*

Nun-

Nunquam illâ vivâ ductarum uxorem domum:
En duxit. S. *ergò propterea te sedulò*
Et moneo, & hortor, nè cujusquam misereat,
Quin spolies, mutiles, laceres, quemquem nacta sis.
P. *Utin' eximium* [d] *neminem habeam?* S. *neminem:*
Nam nemo illorum quisquam, scito, ad te venit,
Quin ità paret sese, abs te ut blanditiis suis
Quàm minimo pretio suam voluptatem expleat.
Hiscine tu amabò non contrà insidiabere? [e]
P. *Tamen eandem pol esse omnibus,* [f] *injurium est.*
S. *Injurium est autem* [g] *ulcisci adversarios?*
Aut quâ viâ captent te illi, eâdem ipsos capi? [h]
Eheu me miseram, cur non aut istæc mihi
Ætas & forma est, aut tibi hæc sententia?

---

d Præter alios charum.

e *Parpariferes?* Eun. Act. 3. sc. 1.

f Eodem modo omnes tractare.

g Rectè hoc illa, ut fœmina cùm vindictâ nulli magis delectentur quàm fœminæ, & qui fœmineos animos gerunt. —— *quippe minuti semper & infirmi est animi, exiguæque voluptas ultio, continuò sic collige quòd vindicta. Nemo magis gaudet quàm fœmina.* Ut optimè Juven. Sat. 13 qui longè aliter saniores quosque Philosophos olim præcepisse ibi docet.

h *Tu si me impudicitiæ captas, non potes capere.* Plaut.

ACTUS I SCENA II.

PARMENO, PHILOTIS, SYRA.

PA. *Senex si quæret me, modò isse dicito*
Ad portum percontatum adventum Pamphili.
Audin', quid dicam, Scirte? si quæret me, uti
Tum dicas: si non quæret, nullus dixeris, [a]
Aliàs ut uti possim causâ [b] *hac integrâ*

---

a Minime dixeris. ut And. Act. 2. sc. 2. *Liberatus sim Dave, hodie tuâ ope.* D. *At nullus quidem* i.e. minimè verò.

b Προφάσει, pretextu.

Sed

Sed videon' ego Philotium? unde hæc advenit?
Philotis, salve multùm. PH. *ô salve Parmeno.*
S. *Salve mecastor Parmeno.* PA *& tu ædepol Syra.*
Dic mihi Philoti, ubi te oblectâsti tam diu?
PH. *Minimè me equidem oblectavi, quæ cum milite*
Corinthum hinc sum profecta inhumanissimo.
Biennium ibi perpetuum misera illum tuli. c
PA. *Ædepol te desiderium Athenarum arbitror*
Philotium cepisse sæpe, & te tuum
Consilium contempsisse. PH. *non dici potest,*
Quàm cupida eram huc redeundi, abeundi à milite,
Vosque hic videndi, antiquâ ut consuetudine
Agitarem inter vos liberè convivium.
Nam illi haud licebat nisi præsinitò loqui
Quæ illi placerent. PA. *haud opinor commodè*
Finem statuisse orationi militem. d
PH. *Sed quid negoti hoc? modò quæ narravit mihi*
Hic intus Bacchis? quod ego nunquam credidi
Fore, ut ille hac vivâ posset animum inducere
Uxorem habere. PA. *habere autem?* HP. *eho tu, an non habet?*
PA. *Habet, sed firmæ hæ vereor* e *ut sint nuptiæ.*

---

c INDIA, Act. 4. sc. 3. *Ibi ego te, & tu me feres.*

d Jocandi materiam atripit vernula more suo, ex verbis mulieris non aliàs sanè valdè ambiguis, sed quæ tamen in alium sensum torqueri possint. Dixerat Philotium, haud licuisse sibi nisi *præsinitò loqui*, &c. apud militem scil. qui ejus esset ingenii, quale describitur, Eun. Act. 2. sc. *Est genus hominum*, &c. Optimè illa ostendunt quid hic sit, *præsinitò loqui*. Quia autem & illi qui *ad legem & regulam*, (ut Quintilianus alicubi loquitur) id est, ad amussim præceptorum rhetoricorum loqui student, & sermonem sollicitè exigunt, ii quoque non malè *præsinitò* loqui dicantur; & miliaris oratio utpluriumum incultior, (unde & illud ejusdem Quintil. *Simpliciora militares decent*: & in Eun. per ironiam, de milite, *Attica elegantia*) eò trahit Parmeno, quasi de oratione ex præceptis artis, cujus se magistrum profiteretur miles, institueanda locuta esset. Etiam Persius, *gentem hircosam centurionum*; & alio loco, *hircosos centurianes*, pro agrestibus & indoctis posuit: ut ibi docti viri, qui & vetus proverbiorum συναγωγὴ ἀπὸ λόγια, de homine stupido.

e Ne non, Andr. Act. 2. sc. 2. *Id pives, nè ducas tu illam; tu autem, ut ducas*. I.e. *nè non ducas*: ut ibi Don,

PH. *It*

PH. *Ità Dii Deæque faxint, ſi in rem eſt Bacchidis.*
Sed quî iſtuc credam ità eſſe? dic mihi Parmeno.
PA. *Non eſt opus prolato hoc: percontarier*
Deſiſte. PA. *nempe eâ cauſſâ, ut nè id fiat palám.* f
Ità me Dii amabunt, haud propterea te rogo, ut
Hoc proferam, ſed tacita ut mecum gaudeam.
PA. *Nunquam dices tam commodè, ut tergum meum*
Tuam in fidem committam. PH. *ah noli Parmeno:*
Quaſi tu non multò malis narrare hoc mihi,
Quàm ego, quæ percontor, ſcire. PA. *vera hæc prædicat:*
Et mî illud vitium maximum g eſt. ſi mihi fidem
Das te taciturum, dicam. PH. *ad ingenium redis.*
Fidem do, loquere. PA. *auſcultа.* PH. *iſtic ſum.* PA. *hanc*
Bacchidem
Amabat, ut cùm maximè h, *tum Pamphilus,*
Cùm pater, uxorem ut ducat, orare occipit:
Et hæc, communia omnium quæ ſunt patrum,
Seſe ſenem eſſe dicere, illum autem unicum:
Præſidium velle ſe ſeneCtutiſuæ.
Ille ſe primò negare i: *ſed poſtquam acriùs*
Pater inſtat, fecit animi ut incertus foret,
Pudorin' ánne amori obſequeretur magis. k
Tundendo atque odio l *denique effecit ſenex:*
Deſpondit ei gnatam hujus vicini proxumi.
Uſque illud viſum eſt Pamphilo neutiquam grave,
Donec jam in ipſis nuptiis, m *poſtquam videt*

---

f Ea nempe tibi metuendi ſive celandi cauſſa, nè per me aliis innoteſcat, quod mihi dixeris.

g Hæc ille ſecum, ut Philotis non audiat.

h Amabat tum, ut cùm maximè (amabat, ſcil.) *i. e.* nunquam magis quàm tum amaverat.

i Poſſe ducere ſcil.

k Ovid. *Pudor eſt qui ſuadeat iſtinc, Hinc diſſuadet amor. actus pudor eſſet amore: ſed leve ſi munus, &c.*

l Sæpius eadem repetendo, atque importunitate.

m Poſitus conſtitutúſve: ut hîc Don. vel, *in ipſis nuptiis* i. e. in nuptiarum tempore & celebritate.

Uſque

Paratas, nec moram ullam, quin ducat, dari ;
Ibi demum ità ægrè tulit, ut ipſam Bacchidem n
Si adeſſet, credo ibi ejus commiſereſceret.
Ubicunque datum erat ſpatium ſolitudinis,
Ut conloqui mecum unà poſſet : Parmeno
Perii, quid egò egi ? in quod me conjeci malum ?
Non potero hoc ferre Parmeno. perii miſer.
PH. *At te Di Deæque perduint cum iſto odio Laches.*
PA. *Ad pauca ut redeam,* o *uxorem deducit domum.* P
Nocte illa prima virginem non attigit :
Quæ conſecuta eſt nox, eam nihilo magis. q
PH. *Quid ais ? cum virgine unà adoleſcens cubuerit,*
Plùs potus, ſeſe illac abſtinere ut potuerit ?
Non veriſimile dicis : nec verum arbitror.
PA. *Credo ità videri tibi. nam nemo ad te venit,*
Niſi cupiens tui : ille invitus illam duxerat.
PH. *Quid deinde fit ?* PA. *diebus ſane pauculis*
Poſt Pamphilus me ſolum ſeducit foràs,
Narrátque, ut virgo ab ſe integra etiam tum ſtet :
Séque antè, quàm eam r *uxorem duxiſſet domum,*
Sperâſſe eas tolerare poſſe nuptias.
Sed quam decrèrim me non poſſe diutius
Habere, eam ludibrio haberi ſ *Parmeno,*
Quin integram itidem reddam, ut accepi à ſuis,
Neque honeſtum mihi, neque utile ipſi virgini eſt.

---

n Credo ipſam Bacchidem ; pro, credo quòd ipſa Bacchis, &c. ut ſuprà, *Metuo lenonem*, pro, *metuo nè leno*, &c.

o Ut paucis abſolvam. Phor: 4. 3. *Ut ad pauca redeam, ac mittam illius inceptias.*

p Quod vulgò *uxorem ducit.* vel, *domum ducit*, Plaut. *Nam bona uxor, ſi ea quidem deducta eſt uſquam gentium, ubi ea poſſet inveniri ? verùm egonè eam ducam domum Quæ mihi dicat*, &c.

q Ea nocte eam nihilo magis attigit.

r *Antequam eam ux.*

ſ Novè, inquit Don. pro vitiari : & honeſtum pudoriſque plenum verbum pronuntiat. rectè hoc, ex ſanctæ linguæ conſuetudine ; ut Gen. 39. 11. 14. &c. ubi vulgata non malè, *illudere*, quomodo & alii Latini autores in eadem notione.

PH. *Pium*

PH. *Pium ac pudicum ingenium narras Pamphili.*
PA. *Hoc ego proferre, incommodum esse mihi arbitror :* t
Reddi patri u *autem, cui tu nihil dicas vitii* x,
Superbum est : sed illam spero, ubi hoc cognoverit,
Non posse se mecum esse, y *abituram denique.*
PH. *Quid interea ? ibâtne ad Bacchidem ?* P. *quotidie :*
Sed, ut fit, postquam hunc alienum ab sese videt,
Maligna multò & magis procax z *facta illico est.*
PH. *Non ædepol mirum.* PA. *atque ea res multò maximè*
Disjunxit illum ab illa, postquam & ipse se,
Et illam, & hanc, quæ domi erat, cognovit satis,
Ad exemplum ambarum mores earum æstimans. a
Hæc, ità uti liberali esse ingenio decet, b
Pudens, modesta, incommoda atque injurias
Viri omneis ferre, & tegere contumelias.
Hic animus partim uxoris misericordiâ
Devictus, c *partim victus hujus injuriis,*
Paulatim elapsus est Bacchidi, atque huic d *transtulit*
Amorem, postquam par ingenium nactus est. e
Interea in Imbro f *moritur cognatus senex*
Horunc ; ea g *ad hos redibat lege hæreditas.*

---

t Propter patris iram, qui filiarum nuptiarum.

u Proprio patri Phidippo.

x Sine justæ causæ allegatione.

y Uxoris loco : ut apud Plautum sæpe.

z Impudens. D.

a Mores earum comparans ac contendens ; & de utriusque moribus ex hac comparatione judicans.

b Ut eam decet, quæ liberali sit ingenio. Cæterùm, posterius membrum comparationis consultò omittit nè meretricem absentem, infectando præsentem offenderat.

c Alii meliùs, *Devinctus, devinctus, victus*, elegans ἐπαναστροφή.

d Alii, *huc*.

e Quod mori & amori suo meliùs congrueret : illi *pius ac pudicus*, ut paulò suprà ; hoc, *pudens, modesta*, &c. ut modò.

f Insula Thraciæ proxima.

g Quæ ex cognato sene. nam mortui senis commoratio, ex communi loquentium consuetudine tacitam habet & hæreditatis significationem. quò spectat relativum illud, *ea*.

Eò amantem invitum Pamphilum extrudit pater.
Relinquit cum matre hìc uxorem: nam ſenex
Rus abdidit ſe: huc rarò in urbem commeat.
PH. *Quid adhuc habent infirmitatis* [h] *nuptiæ?*
PA. *Nunc audies. primùm dies compluſculos*
Bene conveniebat ſanè inter eas: interim
Miris modis odiſſe cœpit Soſtratam,
Neque lites ullæ inter eas, poſtulatio [i]
Nunquam. PH. *quid igitur?* [k] PA. *ſi quando ad eam acceſſerat*
Confabulatum, fugere è conſpectu illico,
Videre nolle. denique, ubi non quit pati,
Simulat ſe à matre accerſi ad rem divinam, [l] *abit.*
Ubi illìc eſt dies complureis, accerſi jubet. [m]
Dixere cauſſam [n] *tunc neſcio quam: iterum jubet:*
Nemo remiſit. poſtquam accerſunt ſæpius,
Ægram eſſe ſimulant mulierem. noſtra illico
It viſere ad eam: admiſit nemo. hoc ubi ſenex
Reſcivit, herì eâ cauſſâ rure huc advenit,
Patrem continuò convenit [p] *Philumenæ.*
Quid egerint inter ſe, nondum etiam ſcio:
Niſi [o] *ſanè curæ eſt, quorſum eventurum hoc ſiet.*
Habes omnem rem: pergam quò cœpi hoc iter.
PH. *Et quidem ego. nam conſtituì* [p] *cum quodam hoſpite*
Me eſſe illum conventuram. PA. *Dii vortant benè*
Quod agas. PH. *vale.* PA. *& tu bene vale Philotium.*

---

h Inſtabilitatis, phor. Act. 5. ſc. 1.

i Expoſtulatio: querela, ex quibus non ſolùm amor ſæpe confirmatur: (*Amantium iræ, amoris redintegratio eſt*: And. Act. 3. ſc. 3.) ſed & dulcior interdum ſit amoris fructus; ut apud Ælianum. De Var. Hiſt. neſcio quis, εἰ μὴ τῇ ἐχθῇ, ἠδὺν ἐποίει τὸν ἔρωτα ἐνίοτε τοῖς ἐρῶσι τὸ παιδικὸν ἐκ δίκης φιλεῖς κἀπολλάττεσθαι.

k Unde igitur de odio tibi conſtat?

l Tum enim amici & familiares vocari ſolebant.

m Socrus ſcil.

n Neſcio quid cauſſati ſunt.

o Vide Phor. Act. 3. ſc. 1.

p Heaut. Act. 4. ſc. 4. *Aut cùm venturam dixero & conſtituero*, &c.

ACTÛS II SCENA I.
LACHES, SOSTRATA.

L. PRo deûm atque hominum fidem, quod hoc genus eſt, [a] *quæ hæc conjuratio,*
Ut omnes mulieres eadem æquè ſtudeant nolintque omnia [b] *?*
Neque declinatam [c] *quidquam ab aliarum ingenio ullam reperias:*
Itaque adeò uno animo omnes ſocrus oderunt nurus. [d] *viris*
Eſſe advorſas, æquè ſtudium eſt, ſimilis eſt pertinacia.
In eodem omnes mihi videntur ludo [e] *doctæ ad malitiam: &*
Ei ludo, ſi ullus eſt, magiſtram hanc eſſe ſatis certò ſcio.
S. *Me miſeram, quæ nunc, quamobrem accuſer, neſcio.* L. *hem*
Tu neſcis? S. *non, ità me Dii bene ament mi Laches,*
Itaque unà inter nos agere ætatem liceat. [f] L. *Dii mala prohibeant.* [g]
S. *Méque abs te immeritò eſſe accuſatam, poſtmodum reſciſces.* L. *ſcio.*
Te immeritó? an quidquam pro iſtis factis dignum te dici poteſt,

---

[a] *Quod genus* i.e. *hominum?* Virg. vel eò reſpicit, quia ut genus, ità & mores ſæpe: boni ex bonis, &c. Vide Phorm. Act. 1. ſc. 2.

[b] Men. Γυνὴ γυναικὸς πώποτ' οὐδὲν διαφέρει.

[c] Flexam, vel inflexam: nè parùm ſit, diverſam, vel diſſimilem dixiſſe. D.

[d] Neceſſaria ſententiæ ἀμφιβολία, ai deſcribendam utramque perſonam, ait hìc Don. ambiguitas autem ex eo, quòd utrumque *Socrus*, & *nurus*, vel ut accuſativi, vel ut nominativi poſſint accipi, ſed ideò quæſita ambiguitas quia utrolibet accipias modo æquè vera fuerit oratio. nam & τὰς Socrus ut plurimùm oderunt *ai* nurus: & τὰς nurus, *ais* Socrus.

[e] In eadem ſchola: vel eodem Gymnaſio.

[f] Virg. *Omnes ut tecum meritis pro talibus annos exigat, & pulcra faciat te prole parentem.*

[g] Ut unà inter nos agamus ætatem. Plaut. in Trin. M. *Quid agit tua uxor, ut valet? ſi ius quàm ego volo:* & quæ ibi ſequuntur

Quæ me, & te, & familiam dedecoras, filio luctum paras?
Tum autem ex amicis inimici ut sint nobis affines, facis;
Qui illum decrêrunt dignum, suos cui liberos committerent.
Tu sola exorere, h *quæ perturbes hæc tuâ impudentiâ.*

S. *Egône?* L. *tu inquam, mulier, quæ me omninò lapidem, haud hominem, putas.* i
An, quia ruri esse crebrò soleo, nescire arbitramini,
Quo quisque pacto hic vitam vostrarum exigat?
Multò meliùs, hìc quæ fiunt, quàm illìc, k *ubi sum assiduè, scio:*
Ideò quia, utì vos mihi domi eritis, proinde ego forìs. l
Jampridem equidem audivi cepisse odium tui Philumenam:
Miniméque adeò mirum: & , ni id fecisset, magìs mirum foret.
Sed non credidi adeò, ut etiam totam hanc odisset domum:
Quod si scissem, illa hic maneret potiùs, tu hinc isses forás.
At video, quàm immeritò ægritudo hæc oritur mî abs te, Sostrata.
Rus habitatum abii, concedens vobis, & rei serviens m
Sumptus vostros otiúmque n *ut nostra res* o *posset pati,*
Meo labori haud parcens, præter æquom atque ætatem meam. p

---

h Emergis, reperiris, verbum hoc impudentiam notat. Don. rectè sanè, nam *ò oriri* propriè, de magnis dicitur, ut de Sole, vulgò. & Hor. de Aug. *Nîl oriturum aliàs, nîl ortum tale fatentes.* Hic igitur de muliere, cùm indignatione, ac contemptu: q. d. Tu muliercula inventa es, quæ tantum tibi pro tua impudentiâ sumeres, &c.

i Heaut. Act. 5. sc: 1. *Non (ità me Dii ament) auderet hæc facere videns mulieri, Quæ in me fecit.* ibid. *Quot res dedere ubi possem persentiscere, nisi essem lapis?* Aut Plautus, etiam ad hominem vafrum & rigidum transtulit: ut in Mostell. *Alter hoc Athenis nemo doctior dici potest. Verbis dare illi non magis hodie quisquam, quàm lapidi potest.*

k Pro *illhic*, antiquè.

l Honesta curiositatis excusatio: nempe quòd ab illarum vitâ, & conversatione domesticâ, sua fama sorìs penderet; quæ bona, si vita illarum talis; mala, si & illa.

m Rei faciendæ & augendæ dans operam.

n Vitam otiosam.

o Nostræ facultates.

p Heaut. Act. 1. sc. 1. *Quod mihi videre præter ætatem tuam facere, & præterquam res te adhortatur tua.*

Non

Non te pro his curâſſe rebus, nè quid ægre eſſet mihi ?
S. *Non meâ operâ neque pol culpâ evenit.* L. *immo maximè.*
Sola hìc fuiſti : in te omnis hæret culpa ſolâ, Soſtrata.
Quæ hîc erant, curares ; cùm ego vos ſolvi curis cæteris.
Cum puella anum ſuſcepiſſe inimicitias non pudet ;
Illius dices culpâ factum. S. *haud equidem dico, mi Laches.*
L. *Gaudeo, ità me Dii ament, gnati cauſſâ. nam de te quidem*
Satis ſcio, peccando detrimenti nìl fieri poteſt. q
S. *Quî ſcis, an eâ cauſſâ, mi vir, me odiſſe aſſimulaverit,*
Ut cum matre unà plus eſſet ? L. *quid ais ? non ſigni hoc ſat eſt,*
Quod heri nemo voluit viſentem te ad eam intromittere ?
S. *Enim laſſam* r *oppido tum aiebant : eo ad eam non admiſſa ſum.*
L. *Tuos eſſe illi mores morbum magìs quàm ullam aliam rem, arbitror :*
Et meritò adeó ! nam voſtrarum nulla eſt, quin gnatum velit
Ducere uxorem ; & quæ vobis placita conditio ſ *eſt, datur*
Ubi duxere impulſu voſtro, voſtro impulſu eaſdem exigunt.

---

q Quantumcunque peccaveris, nihil de tuâ exiſtimatione minuitur, nihil de pudore derogatur, eadem es quæ fuiſti, quia pejor fieri, non potes. D. *Scurra, exhauſto rubore, qui ſe putaret nihil habere, quod de exiſtimatione perderet, ut omnia ſine famæ detrimento facere poſſet.* Cic.

r Ægrotam. unde mox, *Tuos eſſe illi mores morbum magìs*, &c. & ſc. 2. *Quia ægra eſt*, &c. nec mirum, cùm Græci τὸ κάμνειν, (unde κακμικὰ τὰς) & Heb. תָּלָה etiam de mortuis uſurpent. Τὸ *enim* autem, pro *nam*, vel *ſiquidem* ſæpius apud veteres.

ſ Vide Phor. Act. 4. ſc. 1.

ACTÛS II SCENA II.

PHIDIPPUS, LACHES, SOSTRATA.

PHIDIPPUS. *Etsi scio,* [a] *Philumena, meum jus esse, ut te cogam, Quæ ego imperem, facere: ego tamen patrio animo victus* [b] *faciam*
Ut tibi concedam, [c] *neque tuæ libidini* [d] *advorsabor.*
LACHES. *Atque eccum Phidippum optumè video. ex hoc jam scibo, quid fiet.*
Phidippe, esse ego meis omnibus scio me apprimè obsequentem. [e]
Sed non adeò, ut facilitas mea illorum corrumpat animos.
Quod si tu idem faceres, magis in rem & nostram, & vostram id esset.
Nunc video in illarum potestate esse te. PHIDIPPUS. *eja verò.*
LACHES. *Adii te heri de filia. ut veni, itidem incertum amisti.* [f]
Haud ità decet, si perpetuam vis esse affinitatem hanc,
Celare te iras. si quid est peccatum à nobis proser:
Aut ea, refellendo, [g] *aut purgando* [h] *vobis, corrigemus,*
Te judice ipso. sin ea est caussa retinendi apud vos,
Quia ægra est; te mi injuriam facere arbitror Phidippe,
Si metuis, satis ut [i] *meæ domi curetur diligenter.*
At ità me Dii ament, haud tibi hoc concedo, etsi illi pater es,
Ut tu illam salvam magis velis, quàm ego. id adeo gnati caussâ,

---

a Apparet multa priùs Philumenam patri suo locutam fuisse. ergò hæc responsio, non principium. D.

b *Nox necesse habeo omnia pro meo jure agere.*

c Faciam ut tibi concedam: nec multò aliter in vulgari Idiotismo, *I do love: I do ear.* q. d: *facio ut edam: facio ut amem:* i. e, edo, amo.

d Voluntati, simpliciter, vel, temerariæ, iniquæ voluntati.

e Facilem.

f Incertus veni: & incertum dimisisti.

g Negando factum.

h Faciendi rationes ostendendo.

i Nè non. Suprà, 1. 2.

Quem

Quem ego intellexi illam haud minùs, quàm se ipsum, magnificare. k
Neque adeò me clam est, quàm esse eum graviter laturum credam, l
Hoc si resciverit. eo domum, studeo hæc priùs, m *quàm ille huc redeat.*
P. *Laches, & diligentiam vestram, & benignitatem*
Novi. & quæ dicis, omnia esse ut dicis, animum induco:
Et te hoc mihi cupio credere: illam ad vos redire studeo,
Si facere possim ullo modo. L. *quæ res te facere id prohibet?*
Eho, nunquidnam accusat virum? P. *minimè: nam postquam attendi* n
Magis, & vi cœpi cogere ut rediret, sanctè adjurat
Non posse apud vos Pamphilo se absente o *perdurare.*
Aliud fortasse alii vitii est p *leni ego animo sum natus:*
Non possum advorsari meis. q L. *hem Sostrata!* S. *heu me miseram.*
L. *Certúmne est istuc?* P. *nunc quidem, ut videtur. sed nunquid vis?*
Nam est, quod r *me transire ad forum jam oportet.* L. *eo tecum una.*

---

k Magnificare.

l Graviter laturus sit: ut *Id credam* redundet.

m Ideò cupio ut hæc priùs domum redeat, &c.

n Insciti. D.

o Absente Pamphilo se perd.

p Hor. *Vitiis nemo sine nascitur: optimus ille Qui minimis urgetur.* Vetus Poëta, cujus meminit Dem. Μηδὲν ἁμαρτεῖν ἐστι θεῶν, ἢ πάντα κατορθοῦν. ἐν βιάλῃ μείραν δ' ὄυτι φυγεῖν ἔπαρον.

q Lenem esse, non est vitium: sed adeò lenem esse, ut corrumpi sinas potiùs quàm adverseris, magnum vitium est, meritò igitur hoc addit, quòd si non addidisset, se potiùs laudâsset, quam culpam agnovisset.

r Itáne stat sententia?

s Propter quod; ut sæpe.

ACTUS II SCENA III.
SOSTRATA.

S. *Depol nè nos æquè ſumus omnes inviſæ virîs,*
Propter paucas; quæ omnes faciunt dignæ ut videamur malo.
Nam, ità me ament di, quod me accuſat nunc vir, ſum extra noxiam.
Sed non facile eſt expurgatu: ità animum induxerunt, ſocrus
Omneis eſſe iniquas. haud pol me quidem: a nam nunquam ſecus
Habui illam, ac ſi ex me eſſet nata: nec, quî b hoc mî eveniat, ſcio.
Niſi pol filium multimodis c jam exſpecto ut redeat domum.

---

a Subaudiendum, *ſcio eſſe*: vel, *novi eſſe*; aut tale quid, ſecundùm ἔλλειψιν, quæ familiaris eſt his, qui ſecum loquuntur. D.

b Quomodo, unde.

c Vehementer. D.

ACTUS III SCENA I.
PAMPHILUS, PARMENO, MYRRHINA.

PAM. *Nemini ego plura acerba eſſe ex amore homini unquam oblata credo,*
Quàm mî. heu me infelicem, hanccine ego vitam parſi perdere?
Haccine ego cauſſâ eram tantopere cupidus redeundi domum?
Cui quanto fuerat præſtabilius, ubivis gentium ætatem agere,
Quàm huc redire? atque hæc ità eſſe miſerum me reſciſcere?
Nam nos omnes, a quibus alicunde aliquis objectus eſt labos b,

---

a Aut deeſt *apud*, ut ſit, *Apud nos omnes*: aut *nos omnes*, pro, *nobis omnibus*. D.

b Dolor, ærumna: ut Græcis πόνος, pro dolore, vulgò. qui tamen eo nomine reprehenduntur à Cicerone Tuſc. Quæſt. II. ub diſcrimen offenditur.

Omne

Omne quod est interea tempus, priùs quàm id rescitum est, lucro est. c

PAR. *At sic, citiùs qui te expedias his ærumnis, reperies.*
Si non redîsses, hæ iræ factæ essent multò ampliores:
Sed nunc adventum tuum ambas Pamphile scio reverituras.
Rem cognosces: iram expedies: restitues rursum in gratiam.
Levia sunt, quæ tu pergravia esse in animum induxti tuum.
PAM. *Quid consolare me? an quisquam usquam gentium est æquè miser?*
Priùs quàm hanc uxorem duxi, habebam alibi animum amori deditum:
Jam in hac re ut taceam, cuivis facile scitu est quàm fuerim miser:
Tamen nunquam ausus sum recusare eam, quam mî obtrudit pater.
Vix me illinc abstraxi, atque impeditum in ea expedivi animum meum,
Vixque huc contuleram d *; hem nova res orta est, porrò ab hac quæ me abstrahat.*
Tum matrem ex ea re me aut uxorem in culpa inventurum arbitror:
Quæ cum ità esse invenero, quid restat, nisi porrò ut fiam miser?
Nam matris ferre injurias me Parmeno pietas jubet: e

---

c Quamdiu ignoramus mala nostra, non dolemus, & ista temporis intermedii mora, quoddam quasi lucrum est.

d Suprà, Act. 1. sc. 2. *Paulatim elapsa est Bacchidi, atque huic transtulit Amorem.*

e Pia sententia, quæ pluribus à divino Platone tractatur in 4. de Legib. ubi de liberorum ergà parentes officio multa: & inter alia, ista eximia, & sacris Oraculis valdè consona: Παρὰ δὲ πάντα τὸν βίον ἴσχειν τι καὶ ἴσον. κἂν χρὴ φοβεῖς αὐτοὺς χρείας ὑφημίαν διαφερόντως, διότι κοῦφον καὶ πανοῦργον λόγων βαροτάτην ζημίαν· πᾶσι γὰρ ἐπίσκοπος τοῖς περὶ τὰ τοιαῦτα ἐπέχθη, δίκης νέμεσις ἀγρίλεως. Θυμούμενός τε οὖν ὑπείκειν δεῖ, καὶ ἀναπιμπάσι τὸν θυμὸν, ἐάν τε ἐν λόγοις, ἐάν τ' ἐν ἔργοις δρῶσιν τὸ τοιοῦτον, ξυγγινώσκοντα ὡς ἐκόντως μᾶλιστα πατὴρ υἱεῖ δοξάζων ἀδικεῖσθαι, θυμοῦ ἂν διαφερόντως.

Tum uxori obnoxius sum : ità olim suo me ingenio pertulit,
Tot meas injurias quæ nunquam in ullo patefecit loco.
Sed magnum nescio quid necesse est evenisse Parmeno,
Unde ira inter eas intercesserit, quæ tam permansit diu.
PAR. *Hoc quidem hercle parvum est. si vis verò veram rationem exsequi,*
Non maximas, quæ maximæ sant interdum iræ, injurias
Faciunt : [f] *nam sæpe est, quibus in rebus alius nè iratus quidem est,*
Cum de eadem caussâ est iracundus factus inimicissimus.
Pueri inter sese quàm pro levibus noxiis iras gerunt ?
Quapropter ? quia enim qui eos gubernat animus [g] *infirmum gerunt.* [h]
Itidem mulieres sunt fermè, ut pueri, levi sententiâ. [i]
Fortasse unum aliquod verbum hanc inter eas iram conciverit.
PAM. *Abi Parmeno intrò, ac me venisse nuncia.* [k] PAR. *hem quid hoc ?* PAM. *tace.*
PAR. *Trepidari sentio, cursari sursum prorsum :* [l] *agedum ad fores*
Accede propriùs. hem, sensistin ? PAM. *noli fabularier.*
Pro Jupiter, audio clamorem. PAR. *tute loqueris, me vetas ?*
M. *Tace obsecra mea gnata.* PAM. *matris vox visa* [m] *est Philumenæ.*

---

f Arguunt, ostendunt : *faciunt*, pro factas arguunt, ut apud Virgil. *circumdare*, & *erigere*, pro, circundatas & erectas (interprete Servio:) canere : apud Ciceronem emere pro emptum scribere. Philosophos, γενεὰν τῆ φθορὰν τὸν κόσμον, pro, genitum & corruptibilem asserere : & id genus alia non pauca, doctis observata.

g Indè Græcis, τὸ ἡγεμονικὸν : & Sall. *dux & imperator vitæ.*

h Ira, ex impotentiâ (i. e. imbecillitate :) animi : unde *impotentia*, apud Latinos, pro irâ, aliove quovis affectu majore : & *impotentes*, qui affectibus cedunt & indulgent.

i Γνώμη : animo.

k Ex consuetudine Rom. de quâ Nann. Miscell. l. 2. ex Plutarcho.

l Retrò & antè : ultrò citrò que : quod vulgò, *to and fro.* m Virgil. *visæque canes ululare per umbras.* & Eun. Act. 3. sc. 2. *Audire vocem visa sum modò militis.*

Nullus

Nullus sum. PAR. *qui dum ?* PAM. *perii.* PAR. *quam ob rem ?* PAM. *nescio quod magnum malum.*
Profectò Parmeno me celant. n PAR. *uxorem Philumenam*
Pavitare o *nescio quid, dixerunt. id si forte est, nescio.*
PAM. *Interii : cur mihi id non dixti ?* PAR. *quia non poteram unà omnia.*
PAM. *Quid morbi est ?* PAR. *nescio.* PAM. *quid ? nemòne medicum adduxit ?* PAR. *nescio.*
PAM. *Cesso hinc ire intrò, ut hoc quamprimum quidquid est, certùm sciam ?*
Quonam modo Philumena mea nunc te offendam affectam ?
Nam si periculum ullum in te est, periisse me unà haud dubium est.
PAR. *Non usus facto* p *est mihi nunc, hunc intrò sequi.*
Nam invisos omneis nos esse illis sentio :
Here nemo voluit Sostratam intrò admittere.
Si fortè morbus amplior factus siet,
Quod sanè nolim, maxumè heri caussâ mei ;
Servom illico introiisse dicent Sostratæ :
Aliquid tulisse comminiscentur mali,
Capiti, atque ætati illorum q *morbus qui auctu' sit :*
Hera in crimen veniet, ego verò in magnum malum.

---

n Aliæ ed. *me celas.*

o Horrere, ægrotare, fortasse audierat ancillas mussitantes, Philumenam *paritare parere* : id est, ad partum proparare ; quod ille per errorem *pavitare* retulit.

p Opus facto. id est, non expedit : non est ex re meâ.

q Vide Phorm. Act. 3. sc. 2. *ne quid suo luat capiti.* & ibid. Act. 5. sc. 7 *Malum quod est,* &c.

ACTUS III SCENA II.

SOSTRATA, PARMENO, PAMPHILUS.

S. *NEscio quid jamdudum hìc audio tumultuari misera :*

Malè

Malè metuo, nè Philumenæ magi morbus aggraveſcat:
Quod [a] *te Æſculapi, & te Salus, nè quid ſit hujus* [b] *oro.*
Nunc ad eam viſam. PAR. *heus Soſtrata.* S. *ehem,* PAR. *iterum iſtinc excludere.*
S. *Ehem Parmeno, túne hic eras? perii, quid faciam miſera?*
Non viſam uxorem Pamphili, cùm in proximo hic ſit ægra:
PAR. *Non viſas, nec mittas quidem viſendi cauſsâ quemquam.*
Nam qui amat cui odio ipſius eſt, bis facere ſtultè duco: [c]
Laborem inanem ipſius capit, & illi moleſtiam affert.
Tum autem filius tuus introiit videre, ut venit, [d] *quid agat.*
S. *Quid ais? an venit Pamphilus?* PAR. *venit.* S. *diis gratiam habeo.*
Hem, iſtoc verbo animus mihi rediit, & cura ex corde exceſſit.
PAR. *Jam eâ te cauſsâ maximè huc nunc introire*
Nam ſi remittent quippiam Philumenæ dolores,
Omnem rem narrabit, ſcio, continuò ſola ſoli,
Quæ inter vos intervenit, unde ortum eſt initium iræ. [e]
Atque eccum video ipſum egredi. quàm triſti'ſt, s. ô mi gnate.
PAR. *Mea mater, ſalve.* S. *gaudeo veniſſe ſalvom. ſalvan'*
Philumena eſt? PAT. *meliuſcula eſt.* [f] S. *utinam iſtuc ità dii faxint.*
Quid tu igitur lacrumas? aut quid es tam triſtis? PA.M. *rectè mater.* [g]

---

a Deeſt *propter*; ut ſit *propter quod*: ait hic Don. ſed eſt ſolennis implorandi (ut *at*, impre. candi:) particula; ut in Andr. Act 1. ſc. 5. *Quod ego per hanc te dextram oro, & genium tuum*, &c. & apud Virgil. *Quod te per ſuperos & conſcia numina veri*, &c. & alibi paſſim, ubi Donati expoſitio non habet locum.

b Quod malè metuo.

c Plaut. *Nullum beneficium eſſe duco id, quod cui faciat non placet.* & Hor. *Invitum qui ſervat, idem facit occidenti.*

d Statim ut rediit, aut advenit.

e A quo initio orta ſit ira, quæ inter nos intervenit.

f *Meliuſcule eſt.* Cic. paulò ſuprà, *ſi remittent quippiam dolores.*

g Sic dicimus cum fine injuriâ interrogantis aliquid retexemus.

S. *Quid*

s. *Quid fuit tumulti ? dic mihi : an dolor repentè invasit ?*
PAM. *Ità factum est.* s. *quid morbi est ?* PAM. *febris.* s. *quotidiana ?* PAM. *ità aiunt.*
Isodes intrò, consequar jam te mea mater. s. *fiat.*
PAM. *Tu pueris curre Parmeno obviam, atque his onera adjuta,* [h]
PAR. *Quid ? non sciunt ipsi viam, domum qua redeant ?*
PAM. *cessas ?*

h Locutio antiqua figurata, pro, ipsos onera portantes adjuva. D.

ACTûs III SCENA III.

PAMPHILUS.

P. *Nequeo mearum rerum initium ullum invenire ideneum,* [a]
Unde exordiar narrare, quæ nec opinanti accidunt,
Partim quæ perspexi his oculis, partim quæ accepi auribus. [b]
Quà me propter exanimatum [c] *citiùs eduxi foràs.*
Nam modò me intrò ut corripui timidus, alio suspicans
Morbo me visurum affectam, ac sensi esse, uxorem : hei mihi.
Postquam me aspexere ancillæ advenisse, illico omnes simul
Lætæ exclamant, venit, id [d] *quod me repentè aspexerant.*
Sed continùo voltum earum sensi immutari omnium ;
Quia tam incommodè illis fors obtulerat [e] *adventum meum.*
Una illarum interea properè præcucurrit, nuntians
Me venisse. ego ejus videndi cupidus rectà consequor.
Posteaquam introïi, exemplo ejus morbum cognovi miser.
Nam neque, ut celari posset, tempus spatium ullum dabat :
Neque voce aliâ, ac res monebat, ipsa poterat conqueri.

a Homerica (διακόρησις, τί πρῶτον, τί δ' ἔπειτα, τί δ' ὕστατον καταλέξω. D.
b Quapropter me.
c Perterritum, consternatum.
d Propter id quod, &c. D.
e *Offerri* dicuntur bona tam quàm mala, si inopinata objiciantur aspectibus. D.

Post-

Postquam aspexi, ô facinus indignum inquam: & corripui illico
Me indè, lacrumans, incredibili re, atque atroci percitus.
Mater consequitur. jam ut limen exirem, f *ad genua accidit.* g
Lacrumans misera: miseritum est. Profectò hoc sic est ut puto,
Omnibu' nobis ut res dant sese, ità magni atque humiles sumus. h
Hanc habere orationem mecum principio instìtit:
O mi Pamphile, abs te quamobrem hæc abierit, causſam vides:
Nam vitium est oblatum virgini olim ab, nescio, quo improbo:
Nunc huc confugit, te atque alios partum ut celaret suum.
Sed cùm orata ejus reminiscor, nequeo quin lacrumem miser.
Quæ quæ i *fors fortuna* k *est, inquit, nobis quæ te hodie obtulit,*
Per eam te obsecramus amba, si jus, si fas est, l *utì*
Adversa ejus per te tecta tacitaque apud omnes sient:
Si unquam erga te animo esse amico sensisti eam, mi Pamphile,

---

f Jam in eo eram, ut limen exirem.

g Plin. *Hominùm genibus quædam & religio inest, observatione gentium. Hæc supplices attingunt: ad hæc manus tendunt: hæc ut aras adorant; fortassis quia inest his vitalitas.*

h Prout se res habent nostræ, vel bene, vel secus, ità animos gerimus vel superbos, vel humiles. In eam autem cogitationem incidit hîc, ex Myrrhinæ, nobilis matronæ, miserandâ specie, quæ dignitatis suæ oblita, ad pedes ejus se abjecerat. Apollod. apud Don. οὕτως ἔκαστον ἡμῶν ἡ τύχη πρόσγειον σεμνὸν ἔθηκε καὶ ταπεινόν, & infrà, sc. 5. *Quia pauculum vobis accessit pecuniæ, sublati animi sunt.*

i Al. plerique libri *Quæque.*

k Phor. Act. 5. sc. 6. n. 24.

l *Utrum hoc invidiose; an quasi fœmina quæ jus nesciat*: ait hic vetus nescio quis Interpres, nempe, quia de jure dubitanter loquitur. in quo judicium Grammatici desidero. est enim pulcherrima, & usitatissima figura, quam etiam Apostolus adhibet in re omnium gravissimâ: Εἴτε σῶμα, εἴτε ἐκτὸς, &c. Philip. 4. 8.

Sine

Sine labore [m] *hanc gratiam, te, utì ſibi des pro illa* [n] *nunc rogat.*
Cæterum de reducenda id fac, quod in rem ſit tuam, [o]
Parturire eam, neque gravidam eſſe ex te, ſolus conſcius. [p]
Nam aiunt tecum poſt duobus concubuiſſe eam menſibus:
Tum, poſtquam ad te venit, menſis agitur hic jam ſeptimus
Quod te ſcire, [q] *ipſa indicat res.* [r] *nunc ſi potis eſt* [ſ] *Pamphile,*
Maxumè volo, dòque operam, ut clam partus eveniat patrem.
Atque adeò omneis. ſed ſi fieri id non poteſt, quin ſentiant,
Dicam abortam eſſe. ſcio nemini aliter ſuſpectum fore,
Quin, quid veriſimile eſt, ex te rectè eum natum [t] *putent.*
Continuò exponetur. hic tibi nihil eſt quidquam incommodi: & *Illi miſeræ indignè factam injuriam contexeris.*
Pollicitus ſum, & ſervare in eo certum eſt, quod dixi, fidem.
Nam de reducenda, id verò neutiquam honeſtum [u] *eſſe arbitror.*
Nec faciam. etſi amor me graviter, conſuetudóque ejus tenet.
Lacrumo, quæ poſt hac futura eſt vita, cùm in mentem venit,
Solitudóque. O fortuna, ut nunquam perpetuo es bona! [x]

---

[m] Ex quo tibi *nihil incommodi*; ut mox.

[n] *Hanc gratiam* (ſilentii ſcil.) *rogat te ut ſibi des pro illa*; gratiâ ſcil. vel pro amico illo, quo erga te fuit animo.

[o] Quod commodum tibi videbitur. Nam niſi reducatur, reddenda doserit.

[p] Dextrè inſinuat, poſſe eum (ſi ità velit) uxorem ſine malâ famâ retinere, ut qui ſolus ſciat eam non ex ſe gravidam eſſe. Quò pertinet etiam quod de menſe ſeptimo non ſequitur, in quem cadebat abortûs ſuſpicio.

[q] Rationem temporis iniviſſe.

[r] Quia contriſtatus corripuiſti te foras. D.

[ſ] Si fieri poſſit, ut Phormio, Act. 2. ſc. 2.

[t] Infantem abortivum. nam alioquin minùs propriè dicatur abortus, *naſci*.

[u] ἐυσχημον. decorum.

[x] Andr. Act. 5. ſc. 5. *Ego vitam Deorum proptereà ſumpteminam eſſe arbitror, quòd voluptates eorum propriæ ſunt.* Plaut. *nàm quoique comparatum eſt in ætate hominum; ità Dis placitum, voluptati ut maior Comes conſequatur.*

Sed

Sed jam prior amor me ad hanc rem exercitatum reddidit,
Quem ego consilio y missum feci. idem nunc operam huic dabo. z
Adest Parmeno cum pueris. hunc minimè est opus
In hac re adesse: nam olim soli credidi, *
Eâ me abstinuisse in principio, cùm data est.
Vereor, si clamorem ejus hic crebro audiat,
Nè parturire intelligat. aliquo mihi est
Hinc ablegandus, dum parit Philumena.

---

y Ratione & prudentiâ.
z Quod in illo amore feci, idem nunc in hoc conabor, vel operam dabo; ut faciam scil. vel *idem*, id est, idem ego; ut Don:
* Vide supra, Act. 1. sc. 2. *diebus sanè pauculis post Pamphilus me solùm seducit foràs*, &c.

ACTUS III SCENA IV.

PARMENO, SOSIA, PAMPHILUS.

PAR. *An tu tibi hoc incommodum eveniſſe iter?*
S. *Non hercle verbis Parmeno dici poteſt*
Tantum, quàm re ipſâ a *navigare incommodum eſt.*
PAR. *Itane eſt?* S. *ô fortunate, neſcis quid mali*
Præterieris, b *qui nunquam es ingreſſus mare.*
Nam alias ut omittam miſerias, unam hanc vide:
Dies triginta, aut plus eo, in navi fui,
Cùm interea ſemper mortem exſpectabam miſer:
Ità uſque adverſâ tempeſtate uſi ſumus.

---

a Plaut. *Nimio pol hominum fortunæ minùs miſeræ memorantur, quàm reapſe experiundo iis datur acerbum.*
b *O fortunatos nimiùm, bona ſi ſua nôrint Agricolas.*

PAR.

PAR. *Odiosum.S. haud clam me est: denique hercle aufugerim*
Potiùs, quàm redeam, si eò mî redeundum sciam.
PAR. *Olim quidem te caussæ impellebant leves.*
Quod nunc minitare facere, ut faceres Sosia. c
Sed Pamphilum ipsum video stare ante ostium.
Ite intrò. ego hunc adibo, si quid me velit.
Here, etiam tu hîc stas? PAM. *equidem te exspecto.* PAR. *quid est?*
PAM. *In arcem transcurso* d *opus est.* PAR. *cui homini?*
PAM. *tibi.*
PAR *In arcem? quid eò?* PAM. *Callidemidem hospitem*
Myconium, qui mecum unà advectu'st, conveni.
PAR. *Perii. vovisse hunc dicam, si salvus domum*
Rediisset unquam, e *ut me ambulando rumperet.* f
PAM. *Quid cessas?* PAR. *quid vis dicam? an conveniam modò?*
PAM. *Imò, quod constitui me hodie conventurum eum,*
Non posse, nè me frustra illi g *exspectet: vola.*
PAR. *At non novi hominis faciem.* PAM. *at faciam,* h *ut noveris*

---

c q. d. Facilè credo tibi te tanti mali, quantum videtur esse navigatio, vitandi caussâ fugam arripturum, cùm jam olim levibus de caussis fugam adornaveris. ità jocosè ut servum nequam & fugitivum perstringit.

d Nescio quid illis hâc in mentem venerit, qui arcem, Pyreum interpretatur. Pyreus portus longè extra urbem, sed longo muro urbi junctus: arx, in medio urbis, ἀκρόπολις propriè, & olim πόλις dicta.

e Facetè alludit ad eorum morem, qui longis itineribus maris periclitati, (ut hîc Don.) vovent aliquid si domum pervenerint. Et convenit Pamphilo, quem malè navigâsse suprà audierat.

f *Rumpi* dicuntur, quibus ex nimiâ intentione vocis aut laboris, vel vena, vel peritoneum rumpitur.

g Pro *illhic*, ut suprà.

h Bene monet. Don. stomachosè hæc esse pronuntianda. Nam quod irati solent, cùm colloquentium verbis offenduntur, ut regerent illis sua verba, sed vel pronuntiando, vel leniter immutando perversa, & detorta: ità hîc fit à Pamphilo. *At non novi hominis faciem*, dixerat Parm. servus. *At faciam* (*faciam* pro *faciem*:) regerit ille, tristis, & intempestivâ servuli fedulitate iritatus.

Magnus

Magnus, rubicundus, crispus, h *crassus, cæsius,*
Cadaverosâ facie. i PAR. *dii illum perduint.*
Quid, si non veniet? maneámne usque ad vesperum?
PAM. *Maneto: curre.* PAR. *non queo: ità defessu' sum.*
PAR. *Ille abiit. quid agam infelix? prorsus nescio*
Quo pacto hoc celem, quod me oravit myrrhina,
Suæ gnatæ partum: nam me miseret mulieris.
Quod potero faciam; tamen ut pietatem colam: k
Nam me parenti potiùs, quàm amori obsequi
Oportet, at atat. eccum Phidippum, & patrem
Video: horsum pergunt. quid dicam hisce, incertu' sum.

---

h Quanquam Myconii utplurimum calvi, unde Proverbium Μυκόνιος φαλακρὸς: nihil obstat tamen quin inter illos etiam *crispi* nonnulli, ex alio fortasse genere, ut rufi inter Anglos. Aut fortasse Poëta ità consultò maluit, ut Myconium istum non hominem verum sed merum Pamphili commentum, ad eludendum servum, intelligeremus.

i Sublividâ, ac personatâ, rubore, & livore; ut Don. vel ut alii, fœdâ, & turpi: tetrâ & exangui facie. Quod si *cadaverosa facies*, quod vulgò dicimus, a pockie face: scabiosa facies, a papulis & variolis erosa, & frequentibus maculis & cavernulis conspersâ: si tamen variolos ut nunc vulgò vocantur, Veteo, vel alio quocunque nomine veteribus notos fuisse concedent medici.

k Id est, si ità potest fieri, ut sine parentum graviore offensâ & irâ hoc uxoris vitium celem, (quod sanè difficile, quia dimittendæ uxoris legitimum aliam causssam reperire non in promptu:) libenter celabo, & uxoris famæ consulem. Sin aliter, pietatem erga parentes amori præferam. Multus hic Don. qui tamen mentem verborum non videtur assecutus.

ACTÛS III SCENA V.

LACHES, PHIDIPPUS, PAMPHILUS.

Dixtin' dudum, dixisse illam se exspectare filium?
PH. *Factum.* L. *venisse aiunt: redeat.* PA. *quam causam dicam patri,*
Quamobrem non reducam, nescio. L. *quem ego hic audivi loqui?*

PA.

PA. *Certum obfirmare eſt viam me,* a *quàm decrevi perſequi.*
L. *Ipſius eſt, de quo hoc agebam tecum.* PA. *ſalve mi pater.*
L. *Gnate mi, ſalve.* PH. *bene factum* b *te advenisſe Pamphile,*
Et adeò, quod maxumum eſt, ſalvum atque validum. PA. *creditur.* c
L. *Advenis modò ?* PA. *admodum.* L. *cedò, quid reliquit Phania*
Conſobrinus noſter ? PA. *ſanè hercle homo voluptati obſequens*
Fuit, dum vixit : & qui ſic ſunt, haud multùm hæredem adjuvant.
Sibi verò hanc laudem relinquunt : d *vixit, dum vixit, bene.* d
L. *Tum tu igitur nihil attuliſti huc plus unâ ſententiâ ?*
P. *Quidquid eſt id quod reliquit, profuit* e L. *imò obfuit :*
Nam illum vivom & ſalvom vellem. PH. *impunè optare iſtuc licet.* f
Ille reviviſcet jam nunquam : & tamen, utrum malis, ſcio.
L. g *Here Philumenam ad ſe accerſi hic juſſit. dic juſſiſſe te* h
PH. *Noli ſodere.* i *juſsi.* L. *ſed eam jam remittet.* PH. *ſcilicet.*

---

a Firmiter & pertinaciter inſiſtere viam (i. rationem, conſilium :) quàm mihi inſiſtendam ſive perſequendam propoſui, nempe, ut dimittam uxorem, & dimittendæ cauſſam veram celem.

b Id eſt, gaudeo. vide ſuprà.

c Vide Act. 5. ſc. 4. *factis ut credam facis.*

d Loquitur hìc, ut Epicuri de grege porcus; ſi tamen ex ſuâ, & non potiùs ex vulgi ſententiâ; qui quid homo diſtet à beſtiâ, pirùm intelligit. Aliter Philoſophi, & quibus humanæ præſtantiæ ſenſus aliquis. *Laudamus itaque ut in numero felicium reponamus eum, cui quantulumcunque temporis contigit, benè collocatum eſt.* &c. *Alter poſt mortem quoque eſt; alter ante mortem perit.* Sen. *Multi mortales, dediti ventri atque ſomno,* &c. *verùm enimverò, is demùm mihi vivere, & frui animâ videtur, qui aliquo negotio intentus, præclari facinoris, aut artis bonæ famam quærit.* Sall.

e Non eſt quòd ejus pœniteat.

f Si optata evenirent, nunquam optares ut ille reviviſceret. D.

g Alii, *Heri.*

h Hoc ille in aurem Philippo, qui non adeò callidus.

i Latus ſcil. quod faciunt interdum qui minùs promptos (digito pungentes) excitare volunt.

PA. *Omnem rem scio, ut sit gesta. adveniens audivi omnia.* L. *at*
Istos invidos dii perdant, qui hæc libenter nunciant.
PA. *Ego me scio cavisse nè ulla meritò contumelia*
Fieri à vobis posset. idque si nunc memorare hîc velim,
Quàm fideli animo & benigno in illam & clementi fui,
Verè possim; ni te ex ipsa id magi' velim rescîscere:
Namque eo pacto maximè apud te meo erit ingenio i fides,
Cum illa, quæ nunc in me iniqua est, æqua de me dixerit. k
Neque meâ culpâ hoc dissidium evenisse, id testor Deos.
Sed quando sese esse indignam l deputat matri meæ,
Cui concedat, m cujus mores toleret suâ modestiâ;
Neque alio pacto potest componi inter eas gratia; n
Segreganda aut mater à me est Phidippe, aut Philumena.
Nunc me pietas matris potiùs commodum suadet sequi. o
L. *Pamphile, haud invitò ad aures sermo mihi accessit tuus,*
Cùm te postputâsse omnes res præ parente intelligo.
Verùm vide, nè impulsus irâ prave insistas p *Pamphile.*
PA. *Quibus iris nunc in illam impulsus iniqu' sim?*
Quæ nunquam quidquam erga me commerita est pater,
Quod nollem: & sæpe, quod vellem, meritam scio.
Amóque, & laudo, & vehementer desidero:
Nam fuisse erga me miro ingenio, expertu' sum.

---

i Meis factis, moribus.

k Bonum argumentum: (ab hoste, aut irato.) Virg. *Ipse hostis Teucros insigni laude ferebat.* & Cic. *Te ipso teste iniquo atque improbo*, &c. D.

l Injurium putat, id à se exigi, ut ad socrûs suæ mores se componat. Indignum se putat, cò usque se demittere, &c.

m Sensus: quæ concedat matri meæ. Syntaxis autem, *indignam matre meâ*, postularet. Sed antecedens hîc sequitur casum relativi, ut in Eunucho, *Eunuchum quem dedîsti*; & Virgil. *Urbem quam statuo, vestra est*: & alibi non raró.

n Phor. 4. 3. *cum bonâ componantur gratiâ.*

o Non mirum, ubi divortia tàm frequentia & minimis ex causîs; si uxor potiùs quàm parentes deseruntur. at ubi jus connubii sanctum & inviolabile, aliter res habet.

p Vide Phor. Act. 1. sc. 5. ex Thucyde. Eun. Act. 2. sc. 3. *quam insistam viam?*

Illique

Illique exopto, ut velliquam vitam exigat
Cum eo viro, me qui sit fortunatior,
Quandoquidem illam à me distrahit necessitas.
PH. *Tibi in manu est*, q *nè fiat.* L. *si sanus sies,*
Jube illam redire. DA. *non est consilium pater :*
Matris servibo r *commodis.* L. *quo abis ? mane,*
Mane inquam : quo vadis ? PH. *quæ hæc pertinacia est ?*
L. *Dixin' Phidippe hanc rem ægrè laturum esse eum ?*
Quamobrem te orabam, ut filiam remitteres.
PH. *Non credidi edepol adeò inhumanum fore :*
Ità nunc is sibi me supplicaturum putat ?
Si est, s *ut velit reducere uxorem, licet :*
Sin alio est animo, remanneret dotem huc, t *eat* u
L. *Ecce autem, tu quoque protervè iracundus es.*
PH. *Percontumax rediisti à nobis Pamphile.*
L. *Decedet jam ira hæc etsi meritò iratus est.*
PH. *Quia paululum vobis accessit pecuniæ,*
Sublati animi sunt: x L. *etiam mecum litigas*
PH. *Deliberet, renunciètque hodie mihi,*
Velitne, an non ; ut alii, si huic non sit, siet. y
L. *Phidippe, ades, audi paucis. abiit : quid mea ?*
Postremò inter se transigant ipsi, ut lubet :
Quando nec gnatus, neque hic mihi quidquam obtemperant :
Quæ dico, parvipendunt. porrò hoc jurgium ad
Uxorem : cujus fiunt consilio omnia hæc.
Atque in eam hoc omne, quod mihi ægrè est, evomam. z

---

q Infrà, Act. 4. sc. 4. *Uxor quid faciat, in manu non est meâ.*

r Ut *scibo*, & alia non pauca, antiquis usitata.

s Si ità res habeat.

t Vide suprà, Act. 3. sc. 3.

u Valeat.

x Suprà, Act. 3. sc. 3.

y Uxor scil. quod ut δύσφημον, reticetur.

z Ad Act. 3. sc. 5. *Ibo regulam fratrem, ut in eum hæc evomam.* Benè autem, *quod mihi ægrè est*, quia ægritudinem solet vomitus relevare, D.

ACTUS IV SCENA I.

MYRRHINA, PHIDIPPUS.

M. PErii, quid agam? quò me vortam quid meo respondebo viro
Misera? nam audisse vocem pueri visu' est [a] vagientis:
Ità corripuit derepente tacitus sese ad filiam:
Quod si resciverit perperisse eam, id quâ caussâ clam habuisse me
Dicam. non ædepol scio.
Sed ostium concrepuit: credo ipsum ad me exire: nulla sum.
P. Uxor ubi me ad filiam ire sensit, se duxit [b] forás.
Atque eccam video. quid ais Myrrhina? heus, tibi dico. M. mihine
Mi vir? P. vir ego tuus? tu virum me, aut hominem [c] adeò esse deputas?
Nam si utrumvis horum mulier unquam tibi visus forem,
Non sic ludibrio tuis factis habitus essem. M. quibus? P. at rogitas?
Peperit filia? hem taces? ex quo? M. istuc rogare æquom est patrem?
Perii: ex quo censes, nisi ex illo, cui data est nuptum, obsecro?
P. Credo: neque adeò arbitrari patris est aliter. sed demiror,
Quid sit quam ob rem tantopere hunc omnes nos celare volueris
Partum; præsertim cùm [d] & recte, [d] & suo pepererit [e] tempore.
Adeóne pervicaci esse animo, ut puerum præoptares perire,
Ex quo inter nos scires posthac amicitiam fore firmiorem,
Potius, quàm esset cum illo nupta [f] advorsus animi lubidinem [g]

---

a Non erat certa, sed indè conjicit, quia *ità corripuit*, &c.
b Snbd xit.
c Vide suprà, Act. 2. sc. 1.
d Quod non monstrum pepererit. D.
e Quia & septimo mense nasci solent. D.
f Antiqui, non, *illi nuptâ*, sed *cum illo*. D.
g *Qui animum vincunt, quàm quos animus semper probiores cluent.* Plaut.

Tui

Tui[h] ? *Ego etiam illorum esse hanc culpam credidi, quæ te est penes,*
M. *Misera sum.* P. *utinam sciam ità esse istuc. sed nunc mihi in mentem venit,*
De hac re quam locuta es olim, cùm illum generum cepimus :
Nam nuptam filiam negabas posse te pati tuam
Cum eo, qui meretrices amaret, qui pernoctaret foris.
M. *Quamvis causſam hunc suspicari, quàm ipsam veram, mavolo.*
P. *Multò prius scivi, quàm tu, illum amicam habere Myrrhinam.*
Verùm id vitium ego nunquam decrevi[i] *esse adolescentiæ :*
Nam id omnibus innatum est. at pol jam aderit, se quoque etiam cum oderit.[k]
Sed ut olim te ostendisti eandem esse,[l] *nihil cessâsti usque adhuc,*
Ut filiam ab eo abduceres, neu, quod ego egissem, esset ratum.
Id nunc res indicium hæc facit, quo pacto factum volueris.
M. *Adeón' me esse pervicacem censes, cui mater sim,*[m]
Ut eo essem animo, si ex usu esset nostro[n] *hoc matrimonium ?*
P. *Tún' prospicere, aut judicare, nostram in rem quod sit, potes ?*
Audisti ex aliquo fortasse, qui vidisse eum diceret
Exeuntem aut introeuntem ad amicam. quid tum posteà.
Si modestè[o] *ac rarò hoc fecit ? nónne ea dissimulare nos*

---

h Al. edit. *Potiùs quàm adulescentiæ animi tui libidi, esset cum illo nupta. Ego etiam*, &c. minùs benè Plantin : ut vide.

i Κρίσιν judicavi, censui.

k Don. ad senectutem refert, quæ vulgò onus grave habetur, & omnium rerum fastidium afferre solet : sed malè meo judicio. Non enim id vult, opinor, eum ad senectam amori illicito indulsurum, quod perditissimi fuisset ingenii ; sed mox, (ut qui tum is ; *pius* alioquin, *ac pudicus* Act. 1. sc. 2.) ad saniorem mentem rediturum, ac facti sui odium. Infrà, Act. 5. sc. 1. *Nam neque hoc animo erit ætatem.* Sen. *Demus illi spatium, quo desipere quod fecerit possit. Se ipse castigabit*, &c.

l Ostendisse eandem te esse, quæ olim fuisti. Al. ed. *Sed ut olim te ostendisti, eandem esse nihil cessâsti usque adhuc.*

m Deest *ei*, vel, *circa eam*. D.

n è re nostrâ, & filiæ.

o Adhibito modo & cum pudore.

Magis humanum est, quàm dare operam id scire, qui o no oderit?
Nam si is posset ab ea sese derepente avellere,
Quicum tot consuesset annos; non eum hominem ducerem
Nec virum sati' firmum gnatæ. M. *mitte adolescentem obsecro,*
Et quæ me peccâsse ais. abi, solum solus conveni:
Roga, velitne an non uxorem. si est, ut dicat velle se,
Redde: sin est autem, ut nolit, nec tè consului meæ.
P. *Si quidem ille ipse non volt, & tu sensti esse in eo Myrrhina*
Peccatum; aderam, cujus consilio ea pax fuerat profecta.
Quam ob rem incendior irâ, te esse ausam hæc facere injussu meo.
Interdico, nè extulisse extra ædes puerum usque velis. p
Sed ego stultior, meis dictis parere hanc quî postulem:
Ibo intrò, atque edicam servis, nè quoquam efferri sinant:
M. *Nullam sol credo mulierem me miseriorem vivere.*
Nam ut hîc laturus hoc sit, si ipsam rem, ut fiet, resciverit,
Non ædepol clam me est; cum hoc, quod leviu' est tam animo iracundo tulit:
Nec, quâ viâ sententia ejus mutari possit, scio.
Hoc mi unum ex pluribus miseriis reliquom fuerat malum,
Si, puerum ut tollam, cogit, cujus qui sit nescimus pater.
Nam cum compressa est gnata, forma in tenebris nosci non quita est. q
Neque detractum ei tum quidquam est, qui r possit nosci, qui fiet:
Ipse eripuit vi, in digito quem habuit, virgini abiens annulum.

---

o Unde, vel quamobrem D.

p Don. Separatim hæc legit, *Interdico*; *ne velis*, &c. quia, inquit, *interdico me velis*, non est integrum. Id opinor vult, ideò non integrum, quia voluntas non cogitur: nec votis leges feruntur, sed factis. Sed hoc subtilius; cum, *nè velis extulisse* valeat hîc, *nè efferas.*

q Antiquè, pro, *non potuit.*

r Unde.

Simul

Simul ſ vereor, Pamphilum nè orata noſtra nequeat diutiùs
Celare, cum ſciet alienum puerum tolli pro ſuo.

ſ Prætereâ.

ACTÛS IV SCENA II.

SOSTRATA, PAMPHILUS.

S. *NOn clam me eſt mi gnate, tibi me eſſe ſuſpectam, uxorem tuam*
Propter meos mores hinc abiiſſe: etſi ea diſſimulas ſeduló.
Verùm ità me Dii ament, itaque obtingant ex te, quæ exopto mihi, ut
Nunquam ſciens commerui, meritò ut caperet odium illam mei:
Tèque antequam me amare rebar, ei rei firmâſti fidem: a
Nam mihi intus tuus pater narravit modò, quo pacto me habueris
Præpoſitam amori tuo. nunc tibi me certum eſt contra gratiam
Referre, ut apud me præmium eſſe poſitum pietati ſcias.
Mi Pamphile, hoc & vobis, & meæ commodum famæ arbitror:
Ego rus abituram hinc cum tuo me eſſe certo decrevi patre,
Nè mea præſentia obſtet, neu cauſſa ulla reſtet relliqua,
Quin tua Philumena ad te redeat. P. *quæſo quid iſtuc conſulti eſt?*
Illiu' ſtultitiâ victa, b *ex urbe tu rus habitatum migres?*
Haud facies: neque ſinam, ut qui nobis mater maledictum velit,

---

a Deeſt *tam*: ut ſit ordo: & quam te amare me rebar; tantùm firmâſti fidem ei rei. Don. Sed nec ſic malè fortaſſe, ut nihil deſit: *Et firmâſti fidem ei rei quam ante rebar, te amare.*

b Impulſa adacta.

Meâ pertinaciâ esse dicat factum, haud tuâ modestiâ. c
Tum, tuas amicas te, & cognatas deferere d, *& festos dies,* e
Meâ caussâ, nolo. S. *nihil pol jam istæc res mihi voluptatis ferunt.*
Dum ætatis tempus tulit, perfuncta satis sum: satias jam tenet
Studiorum istorum: hæc mihi nunc cura est maxuma, ut nè cui meæ
Longinquitas ætatis f *obstet, mortémve exoptet* g *meam.*
Hîc video me esse invisam immeritò: tempus est concedere.
Sic optumè, ut ego opinor, omnes caussas præcidam omnibus,
Et me hac suspicione exsolvam, & illis morem gessero. h
Sine me obsecro effugere, volgus quòd i *malè audit mulierum.*
P. *Quam fortunatus cæteris sum rebus, absque una hac foret,* k
Hanc matrem habens talem, illam autem uxorem. S. *obsecro mi Pamphile,*
Non tute incommodam rem, ut quæque est, in animum inducas pati. l

---

c Moderatione: facilitate.

d Quæ vitam urbanam, ut in re lautâ, omnes amplectuntur. hinc, *ab hominibus relegari*, Ciceroni 3o De off. dicuntur. qui rure habitare coguntur.

e Tum enim præcipuè convivia, & compotationes: unde Plaut. *Festo die si quid prodegeris, profesto agere liceat, nisi pepercaris.* nisi *Charistia* quæ vocabant, propriè intellexeritis de quibus Ovid. *Proxima cognati dixere charistia chári: Et venit ad socios turba propinqua* (i. e. cognati:) *Deos* de quibus plura doctiss. Kindanbrhic.

f Longitudo, diuturnitas.

g Alii, *exspectet*, quod puto verius: sed eadem sententia.

h Obsequens, indulgens fuero.

i Propter quo:, ut alibi non semel.

k Vide Phor. Act. 1. s. 4. sed aliæ edit: *absque unâ hac foret*: ut τὸ *absque*, sit adverb. non præpositio: q. d. hæc una res si abesset, aut, extra foret. Don. utriusque lectionis meminit.

l Ità omnes quas vidi edit. claudunt hìc sententiam; sed, ut arbitror, perperam. Id enim dicit: obsecro te, mi Pamphile, non tu ità sponte tuâ animatus es, ut si quid tibi contra animi tui sententiam accidat, id æquo patiaris animo; dum certè reputas, alia esse, plura, & majora, quæ tibi pro voto succedant? Hoc certè est, quod passim ethnici inculcant Philosophi; quódque Græci vulgatiss. istâ (quâ Cic. non semel utitur) sententiâ jactant, Ἄλλοις ἐν ἴσθλοις τόνδε ἀπωθοῦνται λόγον. Apud Virgil. autem, *fatis contraria fata rependere.* Ita igitur solùm hunc locum distinguendum censeo:

Obsecro

Obſecro mi Per. Non tute incomm. rem, ut quæque eſt, in animo patì, Si cætera ſunt ità, ut in vis, itaque ut eſſe illam exiſtumo? per interrogationem, ſcil. Pamphilus enim cætera laudabat uxorem, ut optimam: hoc unum erat quod illi vitio verteret, quod ad mores ſocrûs ſuæ, m. res ſuos componere non poterat.

Si cætera ſunt ità, ut tu vis, itaque ut eſſe ego illam exiſtumo, Mi gnate, da veniam hanc mihi, m reduc illam. P. *væ miſero mihi!*

S. *Et mihi quidem: nam hæc res non minùs me malè habet, quàm te gnate mi.*

---

m Concede hoc mihi, ut Cornelius Nepos ſæpè loquitur. Ità & Ad. Act. 5. ſc. 8.

ACTûS IV SCENA III.

LACHES, SOSTRATA, PAMPHILUS.

L. *QUem cum iſtoc ſermonem habueris, procul* a *hinc ſtans accepi uxor:*

Iſtuc eſt ſapere, *qui,* b ubicunque opus ſit, animum poſſis flectere,

Quod faciundum fortaſſe ſit poſt, idem hoc nunc ſi feceris. b

S. *Fors pol fuat.* c L. *abi rus ergò hinc: ibi ego te, & tu me feres.*

---

a Tò *procul*, pro *propè* anti quis uſitatum fuiſſe, notant Grammatici.

b Id eſt, quomodo; vel, ut. poſt *tò flectere*, ſemicolon, quod in quibuſdam edit. reperio, rectum puto. Duo enim videtur dicere, quæ tamen eodem recidunt: nempe, in eo veram ſapientiam præcipuè verſari, ut ubic. opus ſit, animum poſſis flectere; & quod faciendum tibi fortaſſe ſit poſteà ingratiis, id ſi voluntate tuâ (ut alibi loquitur) priùs quàm cogat neceſſitas, feceris.

c Fortuna faveat. D.

S. *Spero*

S. *Spero mecaſtor.* L. *i ergo intrò, & compone, quæ tecum ſimul*
Ferantur. dixi. d S. *ità ut jubes, faciam.* P. *pater.*
L. *Quid vis Pamphile?* P. *abire hinc matrem? minimè.* L. *quid ità iſtuc?* P. *quia*
De uxore id certus ſum etiam, quid facturus ſiem. L. *quid eſt?*
Quid vis niſi reducere? P. *equidem cupio, & vix contineo: ſed*
Non minuam meum conſilium. ex uſu quod eſt, id perſequar.
Credo, ſi non reducam, eâ gratiâ concordes magi' fore. e
L. *Neſcias. verùm tuâ refert nihil, utrum illæ fecerint,* f
Quando hæc abierit g *: odioſa hæc ætaſt adoleſcentulis:*
E medio æquom excedere eſt. poſtremò nos jam fabulæ
Sumu' Pamphile, ſenex, atque anus. h
Sed video Phidippum per tempus i *egredi. accedamus.*

---

d Vide Phorm. Act. 2 ſc. 2.

e Credo, ſi non oſtendam me cupidum, & exſpectem dum illa cupiat, & parentes offerant; eò magis in poſterum fore obſequentem matri, &c. Don. aliter: Sed hoc verius puto.

f Utrùm ab ipſis, & earum conſilio fuerit (matre ſcil. ut filiâ:) quod redeat: quod tu tibi polliceris, ſi ipſe reducere non feſtines: & indè, fore eas magis concordes in poſterum.

g Abſente matre tuâ, non eſt quòd ſollicitus ſis de earum concordiâ.

h *Cmis & manes & fabulæ fies.* Perſ. Donatus putat alludi ad veterem fabulam, quæ ut plurimùm ab his verbis, *Senex atque anus*; incipiebant. Ità certè etiam in Plauto, neſcio quis exordiatur apologum, *Fuit olim quaſi ego ſum ſenex*, &c.

i *Opportunè*, ut mox.

ACTÛS IV SCENA IV.

PHIDIPPUS, LACHES, PAMPHILUS.

PH. *Tibi quoque adepol ſum iratus, Philumena,*
Graviter quidem. nam hercle abs te factum eſt turpiter:

Etſi

Etsi tibi causſa [a] *eſt de hac re. mater te impulit:*
Huic vero nulla eſt. L. *opportunè te mihi*
Phidippe in ipſo tempore oſtendis. PH. *quid eſt?*
P. *Quid reſpondebo his? aut quo pacto hoc operiam?*
L. *Dic filiæ, rus conceſſuram hinc Soſtratam:*
Nè revereatur, minùs jam quò redeat domum. PH. *ah,*
Nullam de his rebus culpam commeruit tua;
A Myrrhina hæc ſunt meâ uxore exorta omnia.
PA. *Mutatio fit.* [b] PH. *ea nos perturbat Lache.*
PA. *Dum nè reducam, turbent porrò, quam* [c] *velint.*
PH. *Ego Pamphile eſſe inter nos, ſi fieri poteſt,*
Affinitatem hanc ſanè perpetuam volo:
Sin eſt, ut aliter tua fiet ſententia,
Accipias puerum. PA. *ſenſit peperiſſe. occidi.*
L. *Puerum? quem puerum?* PH. *natus eſt nobis. nepos:*
Nam abducta à vobis prægnans fuerat filia,
Neque fuiſſe prægnantem unquam ante hunc ſcivi diem.
L. *Bene, ità me Dii ament, nuncias: & gaudeo*
Natum illum, & tibi illam ſalvam. ſed quid mulieris? [d]
Uxorem habes? aut quibus moratam moribus?
Nos nè hoc celatos tamdiu? nequeo ſatis,
Quàm hoc mihi videtur factum pravè, proloqui.
PH. *Non tibi illud factum minùs placet, quàm mihi Lache.*
PA. *Etſi jam dudum fuerat ambiguum hoc mihi,*
Nunc non eſt, [e] *cum eam conſequitur alienus puer.* [f]
L. *Nulla tibi Pamphile hìc jam conſultatio eſt.*
PA. *Perii.* L. *hunc videre ſæpe optabamus diem,*
Cùm ex te eſſet aliquis, qui te appellaret patrem.

---

a Πρόφασις. quo excuſes te.
b Commutatio: converſio rerum. μετάστροφη.
c Quantum.
d Qualem; quod genus? ut Heaut. Act. 4. ſc. 7. *Quæſo, quid hominis es?*
e Etſi antea de reducendâ, vel non, uxore dubius animi eram, (vel, fuiſſem:) quid ſtatuerem, nunc non ſum. certum eſt, non reducere, cùm, &c.
f Metaphora à pecoribus, quæ ut mox nata ſunt, matrem ſequuntur, D.

Evenit. habeo gratiam Diis. PA. *nullu' sum.*
L. *Reduc uxorem, ac noli advorsari mihi.*
PA. *Pater, si ex me illa liberos vellet sibi,*
Aut se esse mecum nuptam, satis certò scio,
Non me clam haberet, quæ celâsse intelligo,
Nunc, cùm ejus alienum esse à me animum sentiam,
Nec conventurum inter nos posthac arbitrer,
Quam ob rem reducam: L. *mater quod suasit sua,*
Adolescens mulier fecit. g *mirandúmne id est?*
Censen' te posse reperire ullam mulierem,
Quæ careat culpâ? an quia non deliquunt viri? h
PH. *Vosmet videte jam Lache, & tum Pamphile,*
Remissam opu' sit vobis an reductam domum: i
Uxor quid faciat, in manu non est mea.
Neutra in re vobis difficultas à me erit.
Sed quid faciemus puero? L. *ridiculè rogas.*
Quidquid futurum est, huic reddas; suum scilicet,
Ut alamus nostrum. PA. *quem ipsa* k *neglexit, pater,*
Ego alam? L. *quid dixti? eho, an non, alemus Pamphile?*
Prodemus quæso potius? quæ hæc amentia est?
Enimvero prorsus jam tacere non queo.
Nam cogis ea, quæ volo, ut præsente hoc loquar.
Ignarum censes tuarum lacrumarum esse me?
Aut, quid sit id, quod sollicitere ad hunc modum?
Primum hanc ubi dixti causam, te propter tuam

---

g Suprà, *Etsi tibi* (Philumena: adolescenti mulieri:) *causa est de hac re, mater te impulit.*

h Sinec ipsi viri sunt immunes à culpâ; quantò magis ferendæ mulieres?

i *Opus hanc rem*, &, *opus hac re*: utrumque legitimum. Sed Don. magis probat illorum codicum lectionem, qui habent, *Remissu'* (i. e. remissáne:) *opu' sit vobis, an reductâ domum.* Id autem dicit: Videte vos, an malitis exspectare, dum illa remittatur à nobis, (quo pertinet illud. Act. 3. sc. 5. *Ità nunc is sibi supplicaturum me putat?*) an ipsi reducatis.

k Mater scilicet, quem mater ipsa celatum voluit. infrà, Act. 5. sc. 1. *Sin autem est ob eam rem iratus gnatus, Quod peperit uxor clàm.*

Matrem

Matrem non posse habere hanc uxorem domi :
Pollicita est ea, se concessuram ex ædibus.
Nunc, postquam ademptam hanc quoque tibi causſam vides ;
Puer quia clam te est natus, nactus alteram es.
Erras, tui animi si me esse ignarum putas.
Aliquando tandem huc l *animum ut adjungas tuum,*
Quàm longum spatium amandi amicam tibi dedi ?
Sumptus, quos feciſti in eam, quàm animo æquo tuli ?
Egi atque oravi tecum, m *uxorem ut duceres :*
Tempus dixi esse : impulsu duxiſti meo.
Quæ tum, obsecutus mihi, feciſti ut decuerat.
Nunc animum rursum ad meretricem induxti tuum :
Cui tu obsecutus, facis huic adeò injuriam.
Nam in eandem vitam te revolutum denuò n
Video esse. PA. *méne ?* L. *te ipsum : & facis injuriam,*
Confingis falsas causſas ad discordiam,
Ut cum illa vivas, teſtem hanc o *cum abs te amoveris :*
Sensitque adeò uxor. nam ei causſa alia quæ fuit,
Quamobrem abs te abiret ? PH. *planè hìc divinat.* p *nam id est.*
PA. *Dabo jusjurandum nihil esse istorum tibi.* L. *ah.*
Reduc uxorem : aut quamobrem non opus sit, cedo.
PA. *Non est nunc tempus.* L. *puerum accipias, nam is quidem*
In culpa non est. post de matre videro.
PA. *Omnibus modis miser sum* q *: nec, quid agam, scio.*
Tot nunc me rebus miserum concludit r *pater.*
Abibo hinc, præsens quando promoveo parùm.
Nam puerum injussu credo non tollet meo,
Præsertim in ea re cùm sit mihi adjutrix socrus.

---

l Ad uxorem.

m Ità Plautus, sæpe, *orare mecum tecum*, &c. pro, *me, te* : &c.

n Ὡς λουσάμενος εἰς κύλισμα βορβόρου 2 Pet. 2. v. 22.

o Uxorem tuam, teſtem (quamdiu domi tecum) tuæ impudicitiæ, & impuritatis.

p Verùm dicit. ità quidem credebat Phidippus. Vide supra, Act. 4. sc. 1.

q Sive reducam, sive non reducam. & hæc ille fortsim, ut senes non audiant.

r Translatio de ferâ indagatâ. D.

L. *Fugis ?*

L. *Fugis ? hem, nec quidquam certi respondes mihi ?*
Num tibi videtur esse apud sese ? [*sine :*
Puerum *Phidippe mihi cedò, ego alam.* PH. *maxumè.*
Non mirum fecit uxor, si hoc ægrè tulit :
Amaræ mulieres sunt, non facilè hæc [*ferunt.*
Propterea hæc ira est ; nam ipsa narravit mihi :
Id ego præsente hoc tibi nolebam dicere :
Neque ei credebam primò, nunc verùm palàm est.
Nam omnino abhorrere animum huic video à nuptiis.
L. *Quid ergo agam, Phidippe ? quid das consili ?*
PH. *Quid agas ? meretricem hanc primum adeundam censeo :*
Oremus : accusemus graviùs : denique
Minitemur, si cum illo habuerit rem postea.
L. *Faciam, ut mones. puer, eho, curre ad Bacchidem hanc*
Vicinam nostram : huc evoca verbis meis.
Et te oro porrò, in hac re adjutor sis mihi. PH. *ah,*
Jam dudum dixi, itidémque nunc dico, Lache,
Manere affinitatem hanc inter nos volo,
Si ullo modo est ut possit ; quod spero fore.
Sed vin'ne adesse me unà, dum istam convenis ?
L. *Immo verò abi. aliquam puero nutricem para.*

[Animi compos ?
[Pellicatum scil. & furtivos | maritorum amores.

ACTUS V SCENA I.

BACCHIS, LACHES.

B. *NOn hoc de nihilo est, quod Laches me nunc convenire*
esse expetit :
Nec pol me multùm fallit, quin, quod suspicor, sit, quod velit.

L. *Videndum*

L. *Videndum eſt, nè minùs propter iram hanc impetrem, quàm poſſem;* a
Aut nè quid faciam plus, quod poſt me minùs feciſſe ſatiùs ſit. b
Aggredior. Bacchis ſalve.
B. *Salve Laches.* L. *Credo ædepol te nonnihil mirari Bacchis,*
Quid ſit, quapropter te huc foràs puerum evocari juſſi.
B. *Ego pol quo que etiam timida ſum, cùm venit in mentem, quæ ſim,*
Nè nomen mihi quæſti obſiet. c *nam mores facilè tutor.* d
L. *Si vera dicis, nihil tibi eſt à me periculi, mulier:*
Jam ætate ea ſum, ut non ſiet peccato e *mihi ignoſci æquum:*
Quo magis omnes res cautiùs, nè temere faciam, accuro:
Nam ſi facis, fallùs ea es, bonas quod par eſt facere;
Inſcitum offerre injuriam tibi immerenti, iniquum eſt. f

---

a Vide Phor. Act. 1. ſc. 5. Etiam Quintil. *Bonus altercator vitio iracundiæ caret. Nullus enim rationi magis obſtat affectus, & fert extrà cauſſam.*

b Quod ſatiùs ſit me non feciſſe. Alludit ad vulgatum illud, *Nè quid nimis.* Dicebant etiam vulgò, *plus minuſve aliquid facere*: quo etiam Terent. uſus, Phorm. Act. 3. ſc. 3.

c Nè genus quæſtûs, quem exerceo, mihi fraudi ſit apud te. meretricium ſcil. non enim omnis quæſtus, malè audit. Vnde Cic. *De artificiis & quæſtibus, qui liberales habendi, qui ſordidi ſint, hæc fere accepimus, quæſtu, pro,* quæſtûs, antiquè, ut infra, ſc 3.

d Hoc empto, quod quæſtûs cauſſâ ſum meretrix, cæteros mores facilè præſtabo innoxios. infrà, ſc. 3. *Nunquam animum quæſti gratiâ ad malas adjecam partes.* & leno pariter, Ad Act. 2. ſc. 1. *Leno ego ſum: at ità ut uſquam fuit fide quàquam optimâ.*

e ἡμαρτηκότι, ſi peccaverim: ut *juvato mihi*, &c.

f non inſcitum tantum (ut vos mulieres amatis ioqui:) & inelegans; ſed palàm injuſtum. Alii, Iniquum fuerit, inſcitum (i. inſultum:) me, offerre, &c. ut ſit accuſativus. Alii cum Faerno legunt: *Inſcitum offere injuriam tibi*; (mulieri) : ſcil. *immerenti, iniquum*, i. e. immerenti autem, & innocenti, etiam iniquum eſt.

B. *Eſt magna ecaſtor gratia de hac re quàm tibi habeam.* g *nam qui*
Poſt factam injuriam expurget, mihi parùm proſit. h, *ſed,*
Quid iſtuc eſt? L. *meum receptas filium ad te Pamphilum.*
B. *ah.*
L. *Sine dicam. uxorem hanc priùs quàm duxit, voſtrum amorem pertuli*
Mane: i *nondum etiam dixi id, quod volui. nunc hic uxorem habet.*
Quære alium firmiorem tibi, dum conſulendi tempus eſt.
Nam neque ille hoc animo erit ætatem, neque pol eadem iſta ætate tu. k
B. *Quis id ait?* l L. *ſocrus.* B. *méne?* L. *te ipſam. & filiam abduxit ſuam,*
Puerúmque ob eam rem clam voluit, natus qui eſt, exſtinguere.
B. *Aliud ſi ſcirem, qui firmare meam apud vos poſſem fidem,*
Sanctiùs quàm jusjurandum, m *id polliceret tibi Laches:*
Me ſegregatum habuiſſe, uxorem ut duxit n, *à me Pamphilum.*
L. *Lepida es. ſed ſcin', quid volo potiùs ſodes facias?* B. *quid, cedo?*
L. *Eas ad mulieres huc intrò, atque iſtuc jusjurandum idem*
Polliceare illis. exple animum iis, o *teque hoc crimine expedi.*

g Incitatur hic & ſenile & fœmineum tardiloquium. Suffecerat enim, *Ago gratias.*

h Ἀλόγως, pro, multum nocuerit.

i Interpellabat enim Bacchis, non ſuſtinens audire, quæ ſibi falſò objici ſciebat.

k Supra, Act. 1. ſc. 1. *cur non aut iſthæc mihi ætas & forma eſt, aut tibi hæc ſententia.*

l Moraliter meretrix miſſa facit omnia, quæ in medium ſenex contulit, & ſoli intentioni (criminis) *Meum receptas filium ad te Pamph.* reſpondet. D.

m *Nullum enim vinculum ad adſtringendam fidem jurejurando majores arctius eſſe voluerunt.* Cic.

n i. e. ex quo duxit.

o Exonera ſollicitudine: *Si quidem*, ut Don. cenſet, 'ò *ex*, in *explere*, ſit privativa (ut interdum:) particula. Sed præſtat ut pro ſatisfacere accipiamus: ut & Andr. Act. 1. ſc. 2. *Dum tempus ad eam rem tulit, ſivi; animum ut expleret ſuum.* & ità videtur ipſe Terent. infrà explicare; ſc. 2. *exquire, adeſt; quod ſatis ſit, facias ipſa.*

B. *Faciam*

B. *Faciam. quod pol, si ess etalia ex hoc quæstu, haud faceret, scio,*
Ut de tali caussa nuptæ mulieri se ostenderet:
Sed nolo falsâ famâ esse gnatum suspectum tuum,
Nec leviorem p *vobis, quibus* q *est minimè æquom viderier*
Immeritò. nam meritus de me est, quod queam, illi ut commodem.

L. *Facilem benevolúmque lingua tua jam tibi me reddidit:*
Nam non sunt solæ arbitratæ hæ: ego quoque etiam credidi.
Nunc cùm ego te esse præter nostram opinionem comperi;
Fac eadem ut sis porrò. nostrâ utere amicitiâ, ut voles.
Aliter si facis. Sed reprimam me, nè ægrè quidquam ex me audias.
Verùm te hoc moneo unum, qualis sim amicus, aut quid possiem;
Potiùs quàm inimicus, r *periclum facias.* B. *faciam sedulò.*

p Minùs constantem, infidum.
q Parentibus, uxori.
r Contrà quàm ille (ut Donhic:) Nescio quis apud Sall. *Nam vim magis quàm benevolentiam ejus experiri mallem.* Est autem, in his Terentii, tacita comminatio, cum professione benevolentiæ.

ACTUS V SCENA II.
PHIDIPPUS, LACHES, BACCHIS.

Nihil apud me tibi defieri a *patiar, quin, quod opus sit,*
Benignè præbeatur.
Sed cùm tu saturâ, atque ebria eris, b *puer ut saturs sit, facito.*

a Deesse, ut suprà, & in Eun. *Nihil cùm est, nihil deest tamen.*

b Hoc est in nutricibus non solùm non turpe, sed etiam necessarium: ait hic Don. De saturitate concedo: Sed ebrietas nutricum pernicioſa sæpe infantibus non unâ ratione. Sed & apud Aul. Gell. *Si improbâ, si informis, si impudica, si temulenta est*, malæ nutricis signa, & nota. Conjiciebam igitur τὸ *ebria* hic ἐκ παραλλήλου, ut Grammatici loquuntur, positum, non aliud quàm benè saturam significare. Ita enim vocem *ebrium*, pro *pleno* usurpari interdum, satis notum est. Etiam apud Plaut. *cœnam ebriam*, lautam, copiosam, exponunt vulgò. Idem, *saturitate ebrium*, dixit in Captivis. Sed contrarium suadet apertiss. Plauti testimonium; *Opus nutrici utrem habeat veteris vini, largiter ut dies noctesque poret.* Sed & vino *ali viret, sanguinem colorémque*, tradit. Plin. Nec tamen isti satisfaciunt, ut vinum nutricibus conducere credam ego: viderint medici.

L. *Noſter ſocer, video, venit: puero nutricem adducit.*
Philippe, Bacchis dejerat perſanctè. P. *hæccine ea eſt?* L. *hæc eſt.*
P. *Nec pol iſtæ metuunt Deos: neque has reſpicere Deos opinor.* c
P. *Ancillas dedo: quolibet cruciatu per me exquire.*
Hæc res hìc agitur: me facere Pamphile ut uxor redeat,
Oportet. quod ſi perficio, non pœnitet me famæ,
Solam feciſſe id, quod aliæ meretrices facere fugitant. d
L. *Philippe, noſtras mulieres ſuſpectas falsò nobis,*
In re ipſâ invenimus: porrò hanc nunc experiamur. nam ſi
Compererit falsò crimini tua ſe uxor credidiſſe,
Miſſam iram faciet: ſin autem eſt ob eam rem iratus gnatus,
Quod peperit uxor clam, id leve eſt, citò ab eo hæc ira abſcedet,
Profectò in hac re nihil mali eſt, quod ſit diſſidio e *dignum,*
P. *Velim quidem hercle.* L. *exquire. adeſt: quod ſatis ſit, faciet ipſa.* f
P. *Quid iſtæc mihi narras? an quia non tute audiſti dudum,*
De hac re animus meus ut ſit, Laches? illis modò explete animum.
L. *Quæſo ædepol, Bacchis, quod mihi es pollicita tute, ut ſerves.*
B. *Ob eam rem vis ergò introeam?* L. *i, atque exple animum illis, ut credant.*
B. *Eo. etſi ſcio pol his fore meum conſpectum inviſum hodie:*
Nam nupta meretrici hoſtis eſt, à viro ubi ſegregata eſt. g
L. *At hæ amicæ erunt,* h *ubi, quamobrem adveneris, reſciſcent.*
P. *atqui*
Eaſdem amicas fore tibi promitto, rem ubi cognôrint:
Nam illas. errore & te ſimul ſuſpicione exſolves.

---

c Vel premiis vel pœnis afficere, ut quas non omnino dignentur Dii ſuâ curâ & providentiâ. Nam malos extra providentiam Deorum eſſe putabant antiqui non pauci.

d Ut uxores ſcil. maritis reconcilient. D.

e Divortio. D.

f Vide ſuprà ſc. 1.

g Inviſa ſemper, ut meretrix: ſed tantò magis tum, ut peſſex.

h Tibi ſcil. ut mox.

B. *Perii, pudet Philumenæ.* i *me sequimini intrò ambæ.* k
L. *Quid mi est, quod malim, quàm quod huic intelligo evenire, ut*
Gratiam ineat sine suo dispendio, & mihi prosit? l
Nam si est, ut hæc nunc Pamphilum verè ab se segregarit;
Scit sibi nobilitatem m *ex eo, & rem natam* n, *& gloriam esse:*
Referet gratiam ei, unáque operâ nos sibi amicos junget.

---

i Impura meretrix, (sed in hoc pudica) pudicæ mulieris conspectum non sustinet.

k Ancillas alloquitur.

l Gratulatur sibi senex ità rem commodè cadere, ut dum sibi studet, & suo ipsius obsequitur animo meretrix; eadem operâ & quod sibi quoque gratissimum, factura sit. Hoc autem dicens idcò inducitur à Poëta, nè alio quin præter morem & veri similitudinem bonam nimis & ingenuam meretricem fingeret, si totum hoc quod agit, studio commodandi aliis & gratificandi ageret. Quæ præcipua laus Terentii, & in quo palmam aliis Comicis præcipuè præripuit, quod nihil fingit, nisi quod credi facilè possit. & ad naturam omnia solertissimè exigat.

m Bacchis, ut videtur, ante Pamphili amorem, obscuriori ejus nobilitate, parta ipsi nobilitas, & gloria.

n Suprà, Act. 4. sc. 4. *Sumptus quos fecisti in eam, quàm æquo animo tuli.*

ACTUS V SCENA III.

PARMENO, BACCHIS.

P. *Æ Depol næ* a *esse meam herus operam deputat parvi preti,*
Qui ob rem nullam misit: frustrà ubi b *totum desedi diem,*
Myconium hospitem dum exspectlo in arce Callidemidem.
Itaque ineptus hodie dum illic sedeo, ut quisque venerat,

---

a Alii *nè*: pro, *non* scilicet: eodem redit; ut *floccifacio*, & *non floccifacio*.

b Deest *illuc*: ut sit, illuc ubi frustrà totum desedi diem. D.

Accedebam: adolescens, dic dum c *quæso, tun' es Myconius ?*
Non sum. d *at Callidemides ? non. hospitem ecquem Pamphilum*
Hic habes? omnes negabant: neque eum quemquam e *esse arbitror.*
Denique hercle jam pudebat : abii. sed, quid Bacchidem
Ab nostro affine f *exeuntem video ? quid huic hic res est ?*
B. *Parmeno, opportunè te offers, properè curre ad Pamphilum.*
P. *Quid eo ?* B. *dic me orare ut veniat.* P. *ad te?* B. *immo ad Philumenam.*
P. *Quid rei est ?* B. *tuâ quod nîl refert, percunctari desinas.*
P. *Nîl aliud dicam ?* B. *etiam: cognôsse annulum illum Myrrhinam*
Gnatæ suæ fuisse, quem olim mihi ipsius dederat. P. *scio.* g
Tantúmne est ? B. *tantum aderit continuò, hoc ubi ex te audiverit.*
Sed cessas ? P. *minimè equidem : nam hodie mihi potestas haud data est :*
Ità cursando, atque ambulando totum hunc contrivi diem.
B. *Quantam obtuli adventu meo lætitiam Pamphilo hodie ?*
Quot commodas res attuli ? quot autem ademi curas ?
Gnatum ei restituo, qui penè harum ipsiusque operâ periit ?
Uxorem, quam nunquam est ratus posthac se habiturum, reddo :
Quâ re suspectus suo patri, & Phidippo fuit, exsolvi. h
Hic adeò his rebus annulus fuit initium inveniundis.
Nam memini, ab hinc menses decem i *ferè ad me nocte primâ* k

c *Dic dum*, ut *adesdum*, *facito dum*, & similia. Grammatici vocant *parelcon*, & syllabicam adjectionem.

d Respondebat ille, scil.

e In mundo. D.

f Affine heri mei; ut suprà *noster Socer*. D.

g Audio te, intelligo.

h Exolvi ejus rei suspicione, quam ob rem, vel, quâ re susp. &c.

i Nono mense exacto, vel certè quadragesimâ præcisè septimanâ parere fœminas hodie vulgò credunt; unde quæ in veteribus de decem mensibus, de lunaribus quidam (Turnebus, aliique:) interpretantur. At medici tam veteres, tum recentiores decimum mensem totum pro legitimo non minùs habent, quam nonum: ut mirum non sit, si, ut nos noni, ità veteres decimi mensis meminerint. Gellius adeundus, Noct. Attic. l. 3. c. 16. Sed & Sennertus, aliique nostri temporis præstantissimi medici.

k Ineunte nocte, vel nostis primâ parte, quam alii *concubitum*, alii *contactum* appellatam volunt. Ità alibi, *primâ fabulâ*; pro, primâ parte fabulæ: *ultimâ plaudâ*, &c.

Confugere

Confugere anhelantem domum, ſine comite, vini plenum,
Cum hoc annulo, extimui illico : mì Pamphile, inquam, amabò,
Quid exanimatus es obſecro ? aut unde annulum iſtum nactus ?
Dic mihi. ille, alias res agere ſe ſimulare. poſtquam id video ;
Neſcio quid ſuſpicarier magìs cœpi ; inſtare, ut dicat.
Homo ſe fatetur vi in via neſcio quam compreſſiſſe :
Dicitque ſeſe illi annulum, dum luctat, [l] detraxiſſe :
Eum hæc cognovit Myrrhina in digito modò me habentem :
Rogat, unde ſit. narro omnia hæc : indè eſt cognitio facta :
Philumenam compreſſam eſſe ab eo, & filium indè hunc natum.
Hæc tot propter me gaudia illi contigiſſe lætor :
Et ſi hoc meretrices aliæ nolunt : neque enim eſt in rem noſtram,
Ut quiſquam amator nuptiis lætetur. verùm ecaſtor
Nunquam animum quæſti gratiâ ad malas adducam partes. [m]
Ego, dum illo licitum eſt, [n] uſa ſum benigno & lepido, & comi.
Incommodè mihi nuptiis [o] evenit : factum fateor.
At pol me feciſſe arbitror, nè id meritò mihi eveniret. [p]
Multa ex quo fuerint commoda, ejus incommoda æquom eſt ferre. [q]

---

l Antiquè, pro *luctatur.*

m Vide ſuprà, ſc. 1.

n Dum licitum eſt, uſa ſum illo benigno &c. trajectio, ſive tranſpoſitio, quales apud optimos ſcriptores non paucæ.

o Nuptiæ illæ non in rem meam : mihi incommodæ : fateor ; ſed id nullâ meâ culpâ, quæ impedire non potui.

p Vide ſuprà, Act. 4. ſc. 2. *incommodâ ejus*, pro *incommoda quæ ex eo.* Vide Phor. Act. 5. ſc. 8. *odio tuo*, &c.

ACTûs V SCENA IV.

PAMPHILUS, PARMENO, BACCHIS.

PAM. *VIde, mi Parmeno etiam ſodes, ut mi hæc certa & clara attuleris :*
Nè me in breve hoc conjicias tempus, gaudio hoc falſo frui. a
PAR. *Viſum eſt.* b PAM. *certone ?* PAR. *certé.* PAM. *Deus ſum,* c *ſi hoc ità eſt.* PAR. *verum reperies.*
PAM. *Manedum, ſodes· timeo nè aliud eſſe credam, atque aliud nuncies.* d
PAR. *Maneo.* PAM. *ſic te dixiſſe opinor, inveniſſe Myrrhynam,*
Suum annulum habere Bacchidem. PAR. *factum,* PAM. *eum quem ego olim ei dedi :*
Eáque hoc te nunciare mihi juſſit : itáne factum ? PAR. *ità inquam.*
PAM. *Quis me eſt fortunatior, venuſtátiſque* e *adeò plenior ?*
Egón' te pro hoc nuncio quid donem ? f *quid ? quid ? neſcio.*
PAR· *At ego ſcio.* PAM. *quid ?* PAR. *Nihil enim.*
Nam neque in nuncio, neque in me ipſo, tibi boni quid ſit,
Scio. g PAM. *egóne, quì ab Orco mortuum me reducem in lucem feceris,*

---

a Quid miſerè cupimus, id etiam tardè credimus. D.

b Dixerat Pamphilus, *Vide, mi Parmeno ?* &c. id eſt, cave diligenter, provide : &c. reſpondet eodem verbo Parmeno, *viſum eſt.* 1. cautum à me eſt, proviſum diligenter, &c. ità mox, *Manedum : maneo.*

c Heaut. Act. 4. ſc. 3. *Deorum Vitam adepti ſumus.*

d Inſperatum gaudium, ſomnio ſimile.

e Id eſt fælicitatis. Vide And. Act. 1. ſc. 5. ad illa, *Adeon' hominem invenuſtum eſſe, aut infælicem quenquam ut ego ſum ?*

f Phor. Act. 5. ſc. 7. *Argentum quod habes condonamus te.*

g Andr. Act. 2. ſc. 1. *Ego Char. neutiquam officium liberi eſſe hominis puto, Cùm ù nihil promereat, poſtulare id gratiæ apponi ſibi.*

Sinam

Sinam sine manere à me abire? ah nimium me ingratum putas.
Sed Bacchidem eccam video stare ante ostium:
Me exspectat credo. adibo. B. *salve Pamphile.*
PAM. *O Bacchis, ô mea Bacchis, servatrix mea!*
B. *Bene factum, & volup' est.* PAM. *factis, ut credam, facis.* h
Antiquámque adeò tuam venustatum obtines,
Ut voluptati obitus, i sermo, adventus tuus, quocunque adveneris,
Semper siet. B. *at tu ecastor morem antiquum atque ingenium obtines,*
Ut unus omnium homo te vivat nunquam quisquam blandior.
PAM. *Ha, ha, hæ, tún' mihi istuc?* B. *rectè* k *amâsti Pamphile, uxorem tuam:*
Nam nunquam ante hunc diem meis oculis eam, quod nôssem, l *videram.*

---

h Olim cùm lætum aliquid alicui gratulabantur, & gaudere se solenni formulâ profitebantur, respondebat ille, cui gratulabantur: *credo:* vel, *creditur.* Suprà, Act. 3. sc. 5. *Bene factum te advenisse. Pamph. Atque adeò*, &c. P. *Creditur.* Phorm. Act. 2. sc. 1. *Mi patrue, salvus--salvum advenisse* (: gaudeo, scil. vide ibi :) D. *credo.* Alibi quoque exempla observantibus occurrent. Hîc igitur cùm Bacchis solitâ formulâ Pamphilo fælicitatem suam gratularetur, non contentus ille simplici responsione, *credo: facta* (inquit) *ut credam facias.* q. d. Si alii crederem, aut credere me saltem pro more responderem, qui se gaudere profiteretur; quantò magis tibi, cui potissimum debeo hanc fælicitatem, quam mihi gratulari? Hæc vera loci sententia, quam Don non est. assecutus. Hinc etiam lux non uni Plauti loco, in Sticho, Antipho senex, Pamphilippo adolescenti solitâ formulâ incolumem reditum in patriam gratulatur: *Istâ ne Dii bene ament*, &c. respondet ille, jocosè, *Satis abs te accipiam, nisi videam mihi te amicum esse Antipho: Nunc qui te amicum mihi experiar esse, CREDITUR tibi.*

i Occursus.
k Non sine caussâ.
l Potuit enim vidisse, cùm non nôsset.

Perliberalis visa est. PAM. *dic verum.* B. *ità me Dii amen*
Pamphile,
PAM. *Dic mihi, harum rerum nunquid dixti jam patri ?* B. *nîl.*
PAM. *neque opus est*
Adeò mutito m : *placet hoc non fieri itidem, ut in comœdiis,* n
Omnia ubi omnes resciscunt. hic, quas par fuerat rescíscere,
Sciunt : quos non autem scire æquom est, neque resciscunt, neque
scient.
B. *Imò etiam, hoc qui occultari posse faciliùs credas, dico :*
Myrrhina ità Phidippo dixit, jurijurando se meo
Fidem habuisse, & propterea te sibi purgatum. PAM. *est op-*
tumè :
Speróque rem hanc esse eventuram nobis ex sententia.
PAR. *Here, licet scire ex te, hodie quid sit quod feci boni ?*
Aut quid istuc est, quod vos agitis ? PAM. *non.* PAR. *suspicor*
tamen.
Egóne ab Orco hunc mortuum ? quo pacto ? PAM. *nescis Par-*
meno,
Quantum hodie profueris mihi, & ex quanta ærumnâ extrax-
eris.
PAR. *Imò verò scio, neque hoc imprudens feci.* o PAM. *ego*
istuc sati' scio. PAR. *an*
Temere quidquam Parmenonem prætereat, quod facto usu' sit ?
PAM. *Sequere me intrò Parmeno.* PAR. *sequor. equidem plus*
hodie boni p
Feci imprudens, quàm sciens ante hunc diem unquam. Plaudite.

---

m Vel tenui dicto. D. And. Act. 3. sc. 2. *Itaque hercle nihil jam mutire audeo.*

n Mirè, quasi hæc Comœdia non sit, sed veritas. D. Sed Terentio præivit Plautus. ut in Amphit. *Nam mihi quidem hercle qui minùs liceat Deo, minitaviter populo, ni decedat mihi, quàm servulo in Comœdiis ?*

o Non hoc seriò dicit Parmeno, sed servili quadam jactantiâ & exultatione : neque aliter accipienda responsio Pamphili.

p Bonum facere, rectè potest & imprudens : benè facere, nemo, nisi prudens. Sen. *Non erant illi sapientes viri, etiamsi faciebant quæ faciendæ sapientibus.*

FINIS.

INDEX VERBORUM VETERUM ET RARO USITATORUM APUD TERENTIUM.

Primus numerus Actum, secundus Scenam, tertius Versum indicat.

A.

Abligurire. Eunuch. 2. 2. 4.
Absente nobis. Eu. 4. 3. 7.
Absimeo cum accusativo. Heaut. 2, 2, 132
Abutor cum accusativo. Prolog. Andr. 5
Ad Dianæ. Adel. 4. 2. 43
Adjurit. Phorm. 3, 3. 4
Adventi. Ph. 1, 3, 2
Aavorsum. An. 1, 1. 15
Æcere. Ph. 2, 1. 5
Æsculapius, & Salus. Hecyr. 2, 2. 3
Æpol. Ad. 5, 9. 4. *& alibi, ut* Hec. 1, 2. 85
Ætatem adverbium. Eu. 4, 5. 8. Hea. 4, 2. 38
Agellus. Ad. 5, 8. 26
Ago me. An. 4. 2. 25
Aïn tu. Hea. 2, 2, 1
Alterea. Hea. 2, 2. 30
Alter collativé. An. 4, 1. 29
Amittere, pro dimittere. Hea. 3, 1. 71
Andros. An. 5, 4. 20
Angiportus masc. Ph. 5, 6. 52
Anicula. Ph. 1, 2. 48
Annuis. Hea. 2, 2, 46.
Apollinis responsum. An. 4, 2, 15
Appellere se. An. 4, 6. 12
Arrhabo. Hea. 3, 3. 42
Astu. Eu. 5, 6. 17
Asymbolus. Ph. 2, 1. 25
Attemperate. An. 5, 4. 13

B.

Abylo. Ad. 5, 7. 17.
Benevolens. Ph. 1, 2. 47

C.

Cædere sermones. Hea. 2, 2. 1.
Calvier. Eu. 1, 2. 84
Caprificus. Ad. 4. 2. 38
Careo cum genitivo. Hea. 2, 3. 20
Caria. Eu. 1, 2, 46. Hea. 3, 3. 47
Carus. An. 5, 2. 14
Caudex. Hea. 5, 1. 4
Cedo dum. Ph. 2, 1. 15
Celere. Ph. 1, 4. 1
Certè quidem pol. Eu. 4, 5. 5
Chremes, pro Chremæ. An. 3, 3. 29
Chremi, pro Chremetis. An. 2, 2. 31.
Cistella. Eu. 4, 6. 16
Clanculum cum accusat. Ad. 1. 1. 27
Claudier commodum. An. 3. 3. 42

Cœperet. Ad. 3,4. 34
Coitio. Ph. 2,1.32
Colaphus. Ad. 2,2.73
Colet vitam. Hea. 1,1.14
Columen. Ph. 1,5.57
Comissator. Ad. 5, 2.8
Comissatum. Eu. 3, 1.52
Commorat. Ph. 1, 2. 51.
Commotus in aliqua. Eu. 3. 5 19
Comparari ad aliquem, Eu. 4, 4. 14
Complacita est. An. 4,1.21
Complusculi. Hec. 1, 2.102
Compositio. Ph. 5, 1. 30.
Compressus, pro vitio. Ad. 3. 5. 29.
Concordare. Ph. 2, 2.86
Condono cum gem. accus. Ph. 5, 7.54
Comperisse. Ph. 1,1.10
Congrueo. Hea. 3, 1. 91
Consii. Ad. 5, 8. 23
Conger. Ad. 3, 4. 14
Conclussem. Eu. 4, 3.25
Consuescere alicui. Ad. 4,5.32
Consuescere cum aliqua. Ph. 5,6. 34. Hec. 4, 1 40
Convasare. Ph, 1,4.13
Credulas. Ph. 5, 8. 4
Cujam, id est, cujusnam. An. 5, 4. 30
Curriculo. Hea. 4, 3. 11
Cum maxime. Hec 1,2. 40
Cyprus. Ad. 2, 2. 16. & 22

D.

Danaë. Eu 3,5.37
Dare bibere. An. 3, 2. 4
Debacchatus. Ad. 2, 1.30
Decet cum dativo. Ad. 3,5.45. & 5, 8. 5
De dis. Ad. 5, 9 7
Deduce. Eu. 3,3.32
Defervisse. Ad. 1, 2.72
Defricari. Ph. 4, 1.23
Defrudo. Ad. 2, 2. 38. Ph. 1, 1. 10.
Delibutus. Ph. 5,6. 17
Demensum. Ph. 1, 1. 9
Demidium. Ph. 4, 2.4
Despicatus. Eu. 2. 3. 92
Dicula. An. 4, 2. 27
In Diem. Eu. 5,7.19
Diique, id est, dieique. Eu. 4.7. 31
Digitulus. Eu. 2, 2. 54
Diphilus. Prolog. Ad. 6
Dis. Ad. 5, 1.8
Discordare. An. 3, 3. 43
Dispudet. Eu. 5,1.16
Distadet. Ph. 5, 8. 22
Diverticulum. Eu. 4, 2. 7
Divid um. Ad. 2, 2. 33
Divitiores. Ph. 1. 1.8
Duco. Hec. 4, 1. 7
Duint. An. 4, 1. 43. Ph. 3, 2. 34

E.

Ecam ipsam. Eu. 4, 5.12
Educere. Eu. 1.2. 37
Ehodum. An. 1, 2. 10, & 2, 1. 27. Eu. 2, 4. 68
Ellum. An. 5, 2.14
Elephanti Indici. Eu. 3, 1.23.
Emergo activè. An. 3, 3.3
Emori. Eu. 3, 1. 42
Emungere. Ph. 4, 4. 1
Enico. Eu. 3, 5. 6 Ph. 2,2.37. & 5, 8. 5
Enim in principio. Hec. 2, 1. 41
Ergo. Ph. 5, 1. 29
Ergo propterea. Heaut. 1, 1.6
Eretria. Ad. 3, 1.8

Erumpo activè. Enn. 3, 5. 2
Esse in honorem. Eun. 2, 2. 29
Exadversum. Ad. 4, 2. 45. Ph. 1, 2. 38
Exossare. Ad. 3, 4. 15
Expergere. Ad. 5, 3. 53

F.

Fabrica, pro fallacia. Hea. 3, 2. 34
Facito dum. Hea. 3, 2. 39
Falsas animi. Eu 2, 2. 44
Fame. Hea. 5, 3. 27
Fenero. Ad. 2, 2. 11
Fervit. Ad. 4, 1. 18
Flabellum. Eu. 3, 5. 47
Fors fortuna. Hec. 3, 3, 26
Foris nominat. singularis. Ad. 2, 3. 11
Fructi. Ad. 5, 4. 16
Fuat. Hec. 4, 3. 4
Fungor cum accus. Hea. 3, 3. 19. Ad. 3, 5. 18. Ph. 1, 5. 51

G.

Gracila. Eu. 2, 3. 22
Gynaceum. Ph. 5, 6. 23

H.

Hæc, pro hæ, Eu. 3, 5. 34 Hea. 4, 6. 10
Hariolor. Ad. 2, 1. 48. Ph. 3 2. 7
Hercules. Eu. 5, 8. 5
Hice nominativus. Eu. 2, 2. 38
Hilarus. Ad. 4, 7. 38. & 5, 3. 56
Horum. Hec. 1, 2. 97

I.

Illi, pro illic. Ad. 1, 2. 36. Ph. 1, 2. 41. Hec. 1, 2. 19. & 3, 4. 24
Iligneus. Ad 4, 2. 46
Illico, illi loco. Ph. 1, 2. 38
Illudo aliquem. Hea. 4, 3. 19. Ph. 5, 7. 22. *in aliquem.* Eu. 5, 4. 20. *in aliquo.* 4. 5. 19
Illuvies. Hea. 2, 2. 54
Imbrus. Hec. 1, 2 96
Immisericorditer. Ad. 4, 5. 29
Impendere cum gen. accus. Ph. 1, 4. 2
Indicente me. Ad. 3. 5. 62
Indulgeo cum accus. Eu. 2, 1. 16. Hea. 5, 2. 35
Inscitia. Eu. 5, 9. 41
In honorem esse. Eu. 2, 2. 29
Ingratia. Eu. 2, 1. 14. Hea. 3, 1. 37
Inque. Hea. 4, 6. 1. Ph. 5, 7. 26
Insisto cum accus. Eu. 2, 3. 3
Insomnia. Eu. 2, 1, 13
Introspicere. An. 2, 2. 28
Interea loci. Eu. 1, 2. 46 & 2, 2. 42. Hea. 2, 2. 16
Interloqui cum accusat. Hea. 4, 2. 13
Intuitur. Hea. 2, 3. 23
Invito activè. Ad. 4, 2. 11
Justa, pro jure. Ph. 1, 5. 50
Justa injusta. Ad. 5, 9. 32

L.

Labos. Hec. 3, 1. 6
Lacrumæ. An. 1, 1. 99
Latere tecto. Hea. 4, 1. 59
Lavatum. Eu. 3, 5. 44

Lemnius. Ph. 1, 2. 16
Liberum. Ad. 5, 3. 7
Lictum est. An. 2, 6, 12. Hec. 5, 3. 29
Linea. Eu. 3, 5, 53
Legi. Ph. 3, 2. 8
Longule. Hea. 2, 1. 10
Lucifcit. Hea. 3, 1. 1
Lutat. Hec. 5, 3. 31
Lucu pro luce. Ad. 5, 3. 55
Ludere. Ad. 3, 4. 14

M.

Magnificare. Hec. 2, 2. 18
Mancupium. Eu. 2, 2. 43
Mansum. Hea. 1, 2. 26
Malitia. Ad. 5, 2. 6
Mavolo. Hec. 4, 1. 25
Maxumo opere. Eu. 3, 3. 26
Maxumum fecit, pro maxim. *Meatu.* Eu. 4, 3. 22. Ad. 3, 1. 2
Meditata passive. Ph. 1, 5. 18
Mercenarius à villa. Ad. 4, 2. 2
Miletum. Ad. 4, 5. 20
Minerva. Hea. 5, 4. 13
Minueris, mutaveris. An. 2, 3. 18. *& alibi, ut.* Hec. 4, 3. 10
Mirificiſſimus. Ph. 5, 6. 32
Miſeritum. Hea. 3, 1. 54. Ph. 3, 2. 16. Hec. 3, 3. 19
Miſit orare. Eu. 3, 3. 22
Modo non. Ph. 1, 2. 18
Morigera. An. 1, 5. 60
Mulcare. Eu. 4, 7. 4. Ad. 1, 2. 10
Multimodis. An. 5, 4. 37. Hea. 2, 2. 79. Ph. 3, 1. 1. Hec. 2, 3. 7
Muſſitare. Ad. 2, 1. 53
Mutire. An. 3, 2. 25. Hec. 5, 4. 25

N.

Nam qua. Ph. 5, 1. 5
Niſiſi. An. 5, 15. Eu. 5, 2. 63
Non ſciunt. Hec. 3, 2. 25
Nulli pro nullius. An. 3, 5. 2
Nullus. An. 2, 2. 33. Eu. 2, 1. 10. Hec. 1, 2. 4

O.

Bgannire. Ph. 5, 8. 41
Obitus, Hec. 5, 4. 18
Obſitus annis. Eu. 2, 2. 5
Obſitus pannis. Eu. 2, 2. 5
Obſita pannis. Hea. 2, 2. 53
Oedipus. An. 1, 2. 10
Oleo unguenta. Ad. 1, 2. 37
Omphale. Eu. 5, 8. 3
Ornave fugam. Eu. 4, 4. 6
Ornati. An. 2, 2. 28. Eu. 2, 2. 6
Oſſum. Eu. 2, 2. 34
Oſtenſa. Ph. 5, 4. 7

P.

Pædagogus. Ph. 1, 2. 94
Papa. Eu. 2, 2. 23. *&* 2, 2. 48
Parcere. Ad. 5, 3. 27
Parſi. Hec. 3, 1. 2
Patriſſo. Ad. 4, 2. 25
Paupera. An. 5, 4. 3. 31
Pax. Hea. 2, 2. 50. *&* 4, 2. 39
Pendeo animi. Hea. 4, 3. 5
Periculus. Eu. 4, 7. 7
Perus maſculinum. Eu. 2, 3. 18
Percuſſit animum. An. 1, 1. 98
Peraum. Hea. 4, 5. 7. Ph. 1, 2. 73. Hec. 1, 2. 59. *&* 3, 4. 27
Perperum. Ad. 4, 1. 6

Pertendere. Hea. 5, 5. 9
Peſſum dare. Ph. 1, 4. 5
Phalerata dicta. Ph. 3, 2. 15
Phi. Ad. 3, 4. 49
Pirum. Eu. 2, 2. 59. & 3, 4. 1
Piſtrilla. Ad. 4, 1. 45
Plerique omnes. An. 1, 1. 28. Ph. 1, 3. 20
Plaſcula. Ph. 4, 3. 60
Poſſidet. Hec. 4, 3. 3
Poſtilla. An. 5, 4. 34. Eu. 1, 2. 47. Hea. 3, 1. 38. Ph. 2, 1. 33. & 4, 4. 24. & 5, 8. 29
Poſtremum. An. 2, 1. 24
Potis eſt. Eu. 2, 3. 32
Potentur. Ph. 5, 5. 2
Poteſſe. Eu. 4, 3. 23
Potior cum accuſ. Ad. 5, 4. 17
Prabit. Ph. 2, 1. 31
Prater. Hea. 1, 2. 27
Praut. Eu. 2, 3. 9
Precator. Hea. 5, 2. 23. Ph. 1, 2. 90
Preci pro precibus. An. 3, 4. 22
Primulum. Ad. 3, 1. 2. & 5, 6. 10.
Prodeambulare. Ad. 5, 1. 4
Produxe. Ad. 4, 2. 22
Proluvium. Ad. 5, 9. 27
Promittere, pro minari, Hea. 4, 3. 7
Pro patre. Ad. 5, 8. 28
Pronto activé. Eu. 3, 5. 51
Protelo. Ph. 1, 4. 37
Protinam. Ph. 1, 4. 13
Publicitus. Ph. 5, 7. 85
Pudet cum gemino accuſ. Ad. 4, 7. 36
Pulpamentum. Eu. 3, 1. 36
Pulto. Hea. 2, 2. 34, & 3, 1. 1
Put. Eu. 4, 2. 4
Pyrrhus. Eu. 4, 7. 43

Q.

Quadrupedem conſtringere. An. 5, 2. 24
Quafſo. Hec. 5, 9. & 5, 3. 38
Quantus quantus. Ad. 3, 4. 31
Quemquem. Hec. 1, 1. 8
Qui, pro quis. Ph. 5, 8. 1
Quidem hercle certé. Ph. 1, 3. 12
Quiſquam genere fœm. Eu. 2, 3. 82. & 4, 4. 11
Quota eſt. Hec. 4, 1. 57
Quivis pro quovis. Ad. 2, 3. 1

R.

Raptio. Ad. 3, 3. 2
Referre. Ad. 4, 2. 28
Remitto. Hec. 1, 2. 112
Riſcus. Eu. 4, 6. 17
Rno activé. Hea. 2, 2. 128

S.

Sævidicta. Ph. 1, 4, 37
Salus. Ad. 4, 7. 43. Hec. 3, 2. 3
Satagit. Hea. 1, 2. 51
Satis, animus, opis, peropus, prius, & ſimilia pro ſatis, animus, opus, peropus, prius, &c. paſſim.
Satias. Eu. 5, 6. 3. Hec. 4, 3. 18
Satrapes. Hea. 3, 1. 43
Scibam. Eun. 1, 2. 33. Hea. 2, 2. 68
Scibo. Ph. 5, 1. 39
Sciri. An. 2, 1. 39. & 5, 4. 19 Hea. 2, 3. 38.
Scirpus. An. 5, 4. 39
Scortus. Hec. 1, 2. 3
Senium cum accuſat. maſc. Eu. 2, 3. 10

Sensti. An. 5, 4. 11
Sentus. Eu. 2, 2. 5
Seria. Hea. 3, 1. 51
Servat domi. Eu. 4, 7. 10
Servibo. Hec. 3. 5, 45
Sibi, abundat. Ad. 5, 8. 35
Silicernium. Ad. 4, 2. 48
Similis cum genitivo. Eu. 3, 3. 43
Socors verum. Ad. 4, 5. 61
Solæ, pro soli. Eu. 5, 7. 3
Sorbillant. Ad. 4, 2. 52, 2
Sperare, pro timere. An. 2, 3. 21
St. silentii nota. An. 4, 1. 59. Hea. 3, 3. 35. Ph. 5, 1. 17
Statim. Ph. 5, 3. 7
Stercilinium. Ph. 3, 2. 41
Studet se. Prolog. Eu. 1
Suffarcinata. An. 4, 5. 31
Subagitare. Hea. 3, 3. 52
Subtemen. Hea. 2, 2. 52
Succenturiatus. Ph. 1, 4. 54
Sumum. Eu. 1, 2. 35. & 3, 3 13
Sycophanta. An. 4, 6. 30
Symbolam. An. 1, 1. 61.
De symbolis esse. Eu. 3, 4. 2.

T.

Tamen etsi. Ad. 5, 2. 23
Tantidem. Ad. 2, 1. 46
Techna. Eu. 4, 4. 51
Te indulgebant. Hea. 5, 2. 35
Templa cœli. Eu 3, 5. 42
Tenuis. And. 4, 6. 13
Traducere. Ad. 5, 7. 19
Transdere. Prolog. Ph. 2
Tumulti. An. 2, 2. 28. Hec. 3. 2, 21

V.

Vacivom. Hea. 1, 1. 38
Vecti. Eu. 4, 7. 4
Ventulus. Eu. 3, 5. 47
Videre somnium. Hea. 3. 1, 82
Villum. Ad. 5. 2, 11. 2
Volupe. Hec. 5, 4. 16
Usus, pro opus. Hea. 1, 1. 28. Ad. 3. 4. 66.

FINIS.